C

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
20 — K
38
ROMA

GALEATII TRISSINI VICENTINI, ET VERONENSIS,

ILLVSTRIVM EXPOSITIONVM SVPER GENESIM A doctissimis viris extractarum.

LIBRI SEPTEM.

Continentes Historiam Moysis ab exordio Mundi, vsque ad introitum Iacob, & filiorum eius in Aegyptum, & praecipue mortem Ioseph, & res gestas a sanctissimis Patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob.



PATAVII, APVD GASPARVM CRIVELLARIVM.

SVPERIORVM PERMISSV, 1612.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.MO D. D.

SCIPIONI BVRGHESIO

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE Cardinali amlpissimo.

GALEATIVS TRISSINVS Vicentinus. S. D.

AM diù mos inoleuit Burghesi Amplissime, eos qui aliquod opus excuderint magnò cupiam Principi illud dicare, qui id à detractorum vindicet iniuria & dignitate sua dignitatem addat operi. Quibus me causis licet adductum non negem, vt

bosce

hosce tibi in Genesim commentarios consecrarem, attamen vt vere dicam, alia potior causa me impulit memoria scilicet officiorum tuorum in Serranum Trissinum affinem meum olim tibi a dapibus, nunc S. D. N. Papæ Pauli Quinti intimum cubicularium, quæ cum ita ampla & honorifica sint, vt toti genti nostræ afferant splendorem ipse mihi imperare non potui, quin aliquod deuoti animi specimen in vulgus ederem. Quid? quod ingentes virtutes tuæ me adeò tibi deuinxerunt, vt quamuis nullo nomine tibi deberem, plurimum tamen debere me tibi prorsus adigerent. Conciliant certè animos hominum nobilitas, clarissimus honor, ac liberalitas tua, at multo magis religio, pietas, iustitia, consilium, animi magnitudo quouis periculo, vigor quauis re superior, miraque in rebus agendis dexteritas, quæ omnia eminere in te nemo est, qui non fateatur, nemo est qui non prædicet. Hæc non eò attigi, vt vel Laudes tuas persequerer, quæ panegyrim potius, quam epistolam postulant, vel vt leui saltem assentatiuncula aures delinirem tuas, omni quippe adulationis suspitione vacat, qui Burghesium Laudat verum, vt singularis mea erga te obseruantiæ causam tibi testatam relinquerem.

rem. Interim hoc meum munus qualecunque est, quæso libenter, atque benigne accipe: meque non minus in ære tuo, quam munus ipsum habere ne graueris. Seruet Deus amplitudinem tuam.



AVCTOR OPERIS LECTOR.

IAM anni elapsi, & euoluti sunt, quo tempore ad scribendum nonnullas orationes aggressus fui super Genesim: & Exodum: At videns eum esse laborem parui pretij, manum porrexi ad opus, quod nunc in lucem mittimus super Expositiones Genesis, in quibus amplexatus, & secutus sum Benedicti Pererij Valentini doctrinam viri admirabilis ingenij, tum Philosophiæ, tum Theologiæ, & historiæ simul, vndè eum sæpius quam conueniens est requisiui, quo casu cum hoc in afferendis opinionibus, & sententijs illius actum fuerit, quæ quidem cum pulcherrimæ sint, rationem non video vt hoc mihi peccatum tribuendum sit; Quoniam si sententiæ illæ ad rem nostram mirabilitet faciunt, si sunt nobilissimæ cognitionis, quare eis vti non debemus ad intellectum sublimiũ consolationem? Nempe in his expositionibus opus valde arduum, & laboriosum sumpsi, nullis coloribus rethoricis ornatum, quam breuius per me possibile fuit explicatum, sed quadam simplicitate exposui, & attuli res ipsas, sicut in illo sensu siue litteraliter siue moraliter aut misticè repertæ fuerunt. Consideret Lector id quod aggrediamur magno tempore, & labore, & videat, nec despiciat opus quale id sit, quoniam id fecimus

mus beneficio sacrarum litterarum omnium incumbentium. Et si nonnullis visum fuerit nimis breuem esse sermonem, & inelegantem hoc factum esse agnoscant euadendi causa circuitum, & multitudinem verborum, ne molestia illorum perterriti Lectores, defessi ex longo itinere sedeant, & ab incepta lectione retrorsum redeant. Nolui me abstringere auctorum verbis presertim Pererij tum breuitatis causa, tum euadendi colores Rethoricos, quorum ipse scriptor valde eloquens, & copiosus reperitur: Ideo tantum apprehendi auctorum sententias, verba non necessaria quantum potui relinquens, & quantum ad declarandum sermonem, & conceptum propositum visum fuit sufficere. Hortamur nunc Lectores in Domino vt libenter accedant ad opus, eum legant, & ad memoriam reuocent & quæ hic leguntur, & quæ in ipsis expositionibus declarata sunt ad executionem mittant. Valete in Domino.

GALEATII TRISSINI VICENTINI EXPOSITIONVM

super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER PRIMVS.



DE CREATIONE MVNDI. Caput Primum.



N principio creauit Deus Cælum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Dominus ferebatur super aquas: Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona: & diuisit lucem à tenebris: Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est vespere, & mane dies vnus. Gen. c. 1. V. 1. 2. 3. 4. Creauit igitur Do-

 minus

minus Cœlum, & terram, idest naturam Angelicam intellectam pro cœlo, & materiam informem pro terra. Sic ait Diuus Augustinus libro duodecimo Confessionum, capite septimo. Etiam pro cœlo secundum modernos Doctores Theologos intelligitur Cœlum empyreum locum Beatorum, quem affirmant Alcuinus, Rabanus, Magister Sententiarum, Liranus, Tostatus, & Catharinus esse corpus totius mundi, & amplissimum, penitus immobile; & impassibile, totum lucens, non luce densa, quæ radios fundat, & quæ sit oculis mortalium conspicua, sed luce tali, qualis esse dicitur in elemento ignis, quod supra aerem orbi Lunæ subsidet. Porro cælum empyreum dicunt a principio creatum esse, ornatum, atque distinctum nouem Angelorum ordinibus, & Diuinæ potentiæ claritate, ac maiestate, supra quā dici, aut etiam cogitari possit, decorari, atque illustrari: Hic Deum suam essentiam clarissime videndam beatis mentibus aperire; huc euolare iustorum animos corpore solutos, nullaque peccati macula infectos: hic denique post resurrectionem omnes iustos simul cum corporibus suis commoraturos. Sic ait Benedictus Pererius Valentinus. Et cum sit quod Deus, (sicut ait Beatus Basilius) potuisset complures mundos condere, hoc egit consilio, & libera voluntate illius non autem ex necessitate naturæ. Nonnulli mirantur cur Moyses narrans, & describens creationem mundi non fecerit mentionem aliorum elementorum, præterquam terræ, & aquæ, reliqua duo tacitus præteriens; attamen simul facta esse omnia quatuor elementa censet Basilius Homilia secunda, & Damascenus lib. 2. cap. 5. namque ignem latere intra terram, perpetua eructatio flammarum, & ignium, velut ex monte Æthna, alijsque locis satis indicat.

Descriptio cœli empyrei secundū doctores Theologos.

Bened. Pereri⁹.

Basilius.

Damasc.

Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem Abyssi: Basilius ita definit abyssum, est inquit Abyssus copiosa aqua ad cuius fundum non facile penetrari potest deorsum versus, August. super Psalm. 41. Abyssus inquit est profundus, impenetrabilis, & incomprensibilis, Caietanus quidem censet maiorem tunc fuisse aquarum vim, & copiam, quam tempore Diluuij, Beda in Examer. affirmat totum

Diffinitio abyssi secundum Basilium.

Aug.

Beda.

tum

tum illud mundi spatium, quod inter empyreum, & terram continebatur plenum fuisse aqua. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Basilius inquit non aliud esse ferebatur, quam fouebat, & viuificabat aquas, præparans eas mox ad futuram fœcunditatem. Multi sapientes, & prisci gentilium similia prodiderunt de creatione mundi, quæ hic traduntur a Moyse, vt Mercurius, Trimegistus, Plato, Anaxagoras, Hesiodus, Aristoteles, Ouidius, Thales, Homerus, & Virgilius: & quia eos omnes Moyses multis sæculis antecessit, credibile fit illa ex Moiaicis hausta esse fontibus. Sic inquit Benedictus Pererius. *Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. Genes. v. 3.* Hoc est iussit, statuit, & voluit efficaciter vt lux fieret. Augustinus lib. 11. De Ciuitate Dei, capite nono, censet nomine cœli significatam esse a Moyse naturam Angelicam; nomine autem lucis insinuari confirmationem, & consummationem Angelorum in gratia: per diuisionem autem lucis, & tenebrarum, iudicari segregationem malorum Angelorum a bonorum consortio: Sed communis ferè patrum est sententia lucem illam fuisse corporalem, & sensibilem. Eandem quoque Ecclesia videtur amplexata opinionem in Hymno, qui canitur ad Vesperas Diei Dominici, in quo Deus laudatur ob creationem primigeneæ lucis ad hunc modum,

Pereri'.

Aug.

Quid significatum sit nomine cœli.

„ *Lucis creator optime*
„ *Lucis dierum proferens.*

Beda in suo Examer. Hugo de Sancto Victor. lib. 1. de Sacramentis, Magister Sententiarum, libro secundo, Bonauentura, Nicolaus de Lira, Tostatus in Commentarijs suis arbitrantur primam illam lucem non fuisse Solem, sed corpus quoddam lucidum ad similitudinem densæ lucentisque nubis in superiori parte mundi. Pererius in Commentarijs suis in Genes. libro primo, cap. septuagesimosexto, inquit, mihi præter cæteras eorum sententia probatur, qui censent primam illam lucem non aliam fuisse, quam Solis, sed primo quidem die velut informem, & imperfectam esse factam, quarto autem die fuisse absolutam, & confirmatam. Dionysius Areopagita in 4. cap. primæ partis eius libri, De Diuinis

Quid senserũt esse primã illã lucem.

Beda.

Vgo.

Magist. Sentent.

Bonauẽ.

Nic. de Lira.

Toſtat. *Opi. Pe- rerii.* *Aiad- uerſio auctoris in B. Dio nyſ.*

Nominibus, ita ſcribit: Lux eſt menſura, & numerus horarum, dierumque, totius labentis temporis: ſed quia mihi videtur lucem eſſe actum diaphani, & lumen Solis, vt inquit Ariſtoteles in ſecundo de Anima, cap. 3. quod declarans, & exponens Auerroes ait eſſe diſpoſitionem in corpore diaphano, arbitror definitionem ſuperius introductam per Diuum Dionyſium potius eſſe definitionem temporis, quam lucis. *Factumque eſt veſpere, & mane dies vnus, v. 3.* Hunc diem creditur fuiſſe diem Solis, & Dominicum, in quo euenerunt maxime inſignia, & memorabilia valde illuſtrarunt, & nobilitarunt eum, ſicut tradit Beatus Leo epiſtola octuageſimaprima, ad Dioſcorum, cap. 1. & ſimiliter Diuus Auguſtinus in ſermone 154. de tempore: quæ ſi colligantur tot fere ſunt, Primo hic fuit primus mundi dies, in quo lux facta eſt. Secundo, in hoc die ſiccis veſtigijs Hebræi mare rubrum tranſgreſſi ſunt. Tertio eodem die primum de Cœlo pluit Manna in deſerto. Quarto Chriſtus, vt quidam exiſtimant initio huius diei natus eſt. Quinto baptizatus eſt in Iordane. Sexto primum miraculum fecit in nuptijs aquam conuertendo in vinum. Septimo multiplicans quinque panes, & duos piſces, quinque hominum millia ſatiata ſunt. Octauo Dominus noſter reſurrexit a mortuis. Nono, octauo poſt reſurrectionem die, Dominus Ieſus ianuis clauſis ingreſſus eſt ad Diſcipulos, deditque eis Spiritumſanctum, & poteſtatem remittendi peccata. Decimo mandauit Apoſtolis, vt Euangelium toto orbe prædicarent; & baptizarent homines in Nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti. Vndecimo, in hunc diem incidit dies Pentecoſtes, quo Spiritus ſanctus ſuper Chriſti Diſcipulos deſcendit. Duodecimo, in hoc die Dominico Ioannes habuit, admirans, illas viſiones, quas in Apocalypſi reliquit ſcriptas, vt ipſemet c. 1. eius libri teſtatur. Decimotertio in hoc die creditur futura noſtrorum corporum reſurrectio, & totius mundi renouatio. *Dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Gen. cap. 1. v. 6.* Nonnulli graues Auctores putarunt eſſe veras aquas ſupra Cœlum Sydereum, vt Iuſtinus Martir, Philo, Ioſeph, Baſilius, Theodoretus, Ambroſius, & Genedius,

Præconiũ diei Dñici. *D. Leo.* *Aug.*

An aquæ ſupra cœlos ſint. *Aucto-*

vt

vt inquit Pererius in libro primo eius Commentarij supra verba prædicta Genesis, cap. nonagesimoprimo. Sed ipse au-ctor in eodem loco, cap. nonagesimotertio, sic scribit. Nullo modo est credibile, veram aquam esse supra cœlum, etenim cum sit aqua corpus grauius, & crassius aere, esset profecto contra naturalem rerum ordinem, & paulo inferius ait idem cap. nonagesimosexto, sic scribens. Nos igitur existimamus aquas, quæ sunt super firmamentum non esse alias, quam quæ in sublimi, quam mediam regionem aeris vocant Philosophi; generantur: illuc enim vapores ex terra, & aquis potentia Solis elati; densantur, & coguntur in nubes, ex quibus imbres generantur, & in eodem loco cap. nonagesimoseptimo, inquit ipse Valentinus. Placet itaque nobis secundo die factum esse firmamentum, hoc est ex materia illa nebulosa, & aqua, quæ interius mundi spatium opplebat. *Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento Cæli. Creauitque Deus cæta grandia, &c. Gen. v. 20. 21. 22.* Ælianus libro 15. Histor. Animalium, cap. vigesimoprimo, inquit, Alexander cum alia pleraque animalia apud Indos inuenerit, eum Draconem inuenit, quem, quia Sacrum in antro quondam Indi existimarunt, & summa religione colerent, idcirco precibus Alexandrum obsecrarunt, ne in illum inuaderet: quod quidem ipsum ille annuit. At enim Draco cum exercitus strepitum sensit (quod sit animal, tum audiendi, tum videndi acerrimo, atque acutissimo sensu præditum) maximo sibillo, & summo afflatu edito, omnes exterruit, & perturbauit, septuaginta cubita longus esse existimatur: neque enim eis totus apparuit, sed illius solum caput ex antro emicuit: eius oculi ad magni clypei Macedonici magnitudinem accessisse dicuntur, Hæc Ælianus. *Dixit quoque Deus producat terra animam viuentem in genere suo iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Genes. cap. primo, v. 24. & 25.*

res q. putarūt aquas supra cælos esse. Iustin. Mart. Philo. Ioseph. Basilius Theodo. Amb. Genedi? Pererius opinat⁹ ē aquas non esse supra cęlum. Draco inuētus ab Alexandro in India. Aelian⁹

Sententia est Theologorum tribus his posterioribus Diebus in vnoquoque elemento creata esse a Deo ea, ex quibus illud elementum ornatur, & impletur: at volucres, seu

Opi. DD. qua ex materia

aues

creatæ sit aues, et pisces aues non aquam, sed aerem ornant, & implent, vt potius ex aere, quam ex aqua creari debuerint, sic ait, Pererius in cap. 143. lib. vt supra citato, & paulo inferius in cap. 145. inquit, defendens communem sententiam, & interpretationem patrum de generatione Auium ex aquis. Dicamus igitur propterea factas esse aues ex aqua similiter vt pisces, quia magna est inter aues, & pisces cognatio, & similitudo, sicut paulo superius ostendimus, idcirco existimandum est, sicut ex Augustino, Ruperto, & Beato Thoma superius docuimus, aues non esse factas ex aqua densa, quæ per terram labitur, & in ipsa terra continetur, sed ex aqua in vapores tenuata, & in nubes confirmata: Sic ille. *Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die sexto opus suum, quod fecerat; & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Nonnulli tradunt quietem hanc Dei in die septimo post effectionem mundi, fuisse figuram quietis Christi in Sepulchro die Sabbathi, postquam die sexto opus nostræ Redemptionis per Passionem, & mortem suam consummasset. Nos quoque post laborem sex dierum præsentis vitæ requiescemus septimo die in altera vita. Sic inquit ipse auctor. Quippe qui in disputatione. An mundus sit conditus per sex dierum interualla, an simul totus vno temporis puncto numero centesimoseptuagesimonono, ait, Augustinum esse principem, & auctorem huius opinionis: Veruntamen contrariam Augustino sententiam non modo probabiliorem indicat, sed etiam certæ, ac indubitatæ veritatis constare credidit, ex hac sententia fuere Beda, Vgo de Sancto Victore, Magister Sententiarum, Bonauentura. Diuus Gregorius libro 32. moralium, cap. decimo, sic inquit. Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul species formata non est, & quod simul extitit per substantiam materiæ, non simul apparuit per speciem formæ. Requieuit igitur Deus ab opere quod patrarat: hoc est in se ipso, sicut ante creationem mundi, & ex omni æternitate in se ipso requiescebat, se solo fruens; & se solo contentus, ac beatus. Sic, inquit Pererius. *Et bene dixit diei septimo, & sanctificauit illum.* Certe hunc diem septimum exemit Deus ab

Præclara D. Gregor. sñia de creatione mundi.

ab omni labore, & seruili opere, ita vt cæteri dies in operando, & laborando consummerentur, hic autem dies esset vacationis, & orationis; Danieli quoque per septuaginta annorum septimanas, tempus Messiæ Aduentus definitum fuit. Denique multis, ac præclaris rebus in Scriptura septenarium numerum consecratum, & nobilitatum reperimus in libro vt supracitato, numero centesimoseptuagesimotertio. Sed si mundus sit duraturus duntaxat sex annorum millibus, vel pluribus, quod a multis proditum fuit, & amplexatum ab Hebræis, Germanus Episcopus Constantinopolitanus in libro de Teoria rerum Ecclesiasticarum test. Hippoliti, & Cyrilli confirmat mundum sex millibus annorum super quingentis duraturum: Nunc autem dicemus de ætatibus Mundi: prima siquidem ab Adamo, vsque ad Diluuium consumpsit annos 1656. secunda a Diluuio ad ortum Abrahæ 292. vel compræhensa generatione Cainam 322. tertia ab Abraham, vsque ad Dauid, 942. Quarta a Dauid, vsque ad captiuitatem Babylonicam, 473. Quinta a captiuitate Babylonica, vsque ad Christi Domini Aduentum, secundum Bedam in libro de sex ætatibus mundi, 589. at secundum veriorem certioremque Cronologiam 630. Sexta ab ortu Domini Nostri, vsque ad finem mundi incertæ, & incompertæ mortalibus durationis est. At enimuero cum tam graui oratione Christus repræhenderit curiosam Apostolorum sciscitationem de futuris temporibus, dicens eis. *Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Profecto valde temerarium est de futura mundi duratione quicquam explorare, certique velle describere. Nonnulli mirantur, cur Moyses narrans creationem mundi nullam mentionem fecerit de creatione Angelorum? Respondent Chrysostomus, & Theodoretus, dicentes, Iudæos ingenio fuisse ad Idolatriam admodum procliuos, vt Moysen veritum, ne si cœlestium mentium dignitatem, & præstantiam Hebræis aperiret, hinc illi occasionem caperent existimandi Angelos esse Deos, & diuinis honoribus colendos. Consulto in enarrando opificio mundi, creationem eorum commemorare, supersedisse. Putarunt

Basilius,

Basilius, Ambrosius, Damascenus, omissum esse a Moyse creationem Angelorum, quod is voluerit tantummodo describere originem huius mundi corporei, earumque rerum omnium, quæ simul cum mundo sunt conditæ, Angelos vero multis ante hunc mundum sæculis esse factos; hoc si verum esset omnem propositæ quæstionis difficultatem exinaniret: Veruntamen vt Angelos simul esse cum mundo factos libentissime credam, & prope certum habeam, moueor plurimum auctoritate Innocentij III. & Patrum Concilij Magni Lateranensis, qui hanc sententiam aliis præferendam conceptis verbis indicarunt. Sic inquit Pererius libro vt supra citato, num. 197.

Opinio Pererij mũdum factũ esse simul cum Angelis.

De Cœlis, & Astris secundum Sacram Scripturam.

AN STELLAE, ET COELI natura constent incorruptibili?

Caput Secundum.

Vlti auctores fuerunt qui crediderunt quod cœli aliquo modo interituri sint, & in meliorem statum commutandi. Omnes fere Patres tradunt hoc, vt Iustinus respondens ad quæstiones Orthodox. 93. 94. Basilius hom. 1. & 3. in Gen. Ambros. libro 1. in Examer. Grego. Nyssen. in libro de creatione hominis, cap. 24. Philastrius in Catalogo hæreseon, Chrysostom. hom. ad popu. Antioch. Nec Sacrarum modo, sed etiam prophanarum literarum hæc est doctrina: nam præter Aristot. qui cœlum fecit incorruptibilem, Heracliti, Empedoclis, Anaxagoræ, Democriti, Stoicorum omnium, atque Epicureorum, (adde etiam carmina Sibyllarum, seu vaticinia) concors est senten-

Iust. Basil. Gregori. Nyss.

sententia, mundum hunc corruptibilem esse, tandem interiturum, sic inquit Benedictus Pererius, Valentinus in libr. de Cęlis, & Astris, q. 1. B. Aug. in lib. 20. de Ciu. Dei, cap. 24. affirmat superiores cęlos, in quibus sunt Astra supremo mundi Incendio, nec esse purificandos, nec ab igne aliquatenus attingendos, sed aereos duntaxat Cęlos, & elementa conflagratione illius ignis esse reseruanda. Hanc doctrinam Augustini plerique omnes sequuntur Theologi, præsertim Scolastici, Hier. S. super c. Isa. 61. & 65. appellat illum interitum renouationem in meliorem statum; Clemens inquit in lib. 2. & 3. recogn. dixisse Petrum supremum Cęlum Domicilium beatarum mentium nullo vnquam tempore mutaturum, nec interiturum, sed omnino duraturum immutabile in omnem æternitatem. Cęlum vero sydereum mortalibus oculis conspicuum in consummatione sæculi esse dissoluendum, & abolendum, vt ablato velamine eius corporis, tunc ei appareat Deus, cuius dignatus fuerit aspectu eius; sed quia inter illos libros magnifaciendum est propter dubiam fidem illorum si fuerint illius Sancti Viri; Ideo non est deflectendum ad istam opinionem. Pererius inquit in libro superius allegato, cap. 7. illud mihi quidem fit simillimum vero, ac propè certum, mundum corporeum non esse corrumpendum secundum substantiam, sed secundum figuram: sic inquit ille, igitur si corrumpendus est mundus corporeus secundum figuram, & non secundum substantiam, corrumpentur elementa, & in meliorem, & pulchriorem statum renouabuntur. Præter cęlos, & elementa quatuor, cætera omnia secundum substantiam peribunt, vt nullum corpus mixtum post diem iudicij futurum sit. Sed quæstio oritur quomodo mundus post finem eius erit plene perfectus cum careat omnibus generibus rerum? possumus dicere status ille mundi incorruptibilis non alias res complecti debeat; sic ait Pererius, id est sufficere illi statui beatitudinem illorum spirituum, & pulchritudinem cœlorum, non esse illi necessarium animalia viuere, nec plantas virescere, nec arbores fructus facere, cum fuissent vani, & infructuosi actus illi. Ad Ptolomæi, vsque tempora, Mathematici iuxta, & Philosophi octo esse cœlos

B. Aug. sentētia de cōflagratione mundi.

S. Hier.

censuerunt, septem planætarum, & octauum inerantium sy-
derum. Ptolomæus, & posteriores Mathematici nonum cœ
lum addiderunt. Nunc deprehensus est a Mathematicis de-
cimum cœlum esse, quem illi trepidationis appellarunt, qui-
bus addendum est vndecimum, quod Theologi Cœlum Em
pyreum nominarunt. Sic ait Pererius lib. 1. de Cœlis, &
Astris, quæst. 4.

Nomen cœli in Sacris litteris vocatur tribus modis, sci-
licet verum Cœlum, Celeste, & Empyreum. Putat Pere-
rius cœlos moueri ab Angelis, & in quæstione decima, nu-
mero vigesimo, sic inquit: Qui negat cœlos moueri ab An-
gelis nullam profecto reliquam facit viam, & rationem Phi-
losophicam, qua cognosci, & probari queat Angelos esse.
Aristot. putauit Cœlos moueri ab intelligentijs, quæ sunt
Angeli; in eadem sententia fere deuenerunt omnes patres,
& Philosophi antiqui, sed si post diem iudicij cessaturus sit
motus nec ne: credendum est quod cessaturus sit, quia post
diem Iudicij, &. Resurrectionem hominum tempus non
erit amplius, atque tempus cessare non potest, nisi cessante
motu cœli? Pithagorici, Platonici, Aristotelici, Stoici credi-
derunt cœlos esse animatos, Beatus Thomas ex sensu Ari-
stot. & ex suo credit cœlos esse animatos anima intelligente,
veruntamen contraria huic opinioni longe probabilior vi-
detur sententia cum doctrina Theologica, & Ecclesiastica.
Certe Astra non esse animata censent Basilius homilia tertia
in Genes. Ambrosius lib. 2. Nequam. 24. Cyrill. lib. 2. contra
Iulianum. Sanctus Bonauentura, in secundo Sententiarum,
distinctione decimaquarta, opinionem dicentium astra esse
animata non dubitauit falsam appellare. Sed quot sint stellæ
inerantes visu notabiles, doctiores Astrologiæ depræhende-
runt esse duas, & viginti supra mille, me vero instigant esse
alias quamplurimas forma minimas. Sic Pererius, Iustinus
Martir, Origenes, Eusebius, Emissenus, Diodorus, Tarsensis,
Procopius, Gazeus omnes censuerunt sydera proprijs moti-
bus agi per cęlum, vt pisces per aquam. Idem ait Diuus Chry
sostomus homilia sexta, & decimatertia in Genes. & sicut
sydera voluuntur proprijs motibus, sic Sol proprio motu
voluitur

Cęlos ab Angelis moueri

Opinio illorũ, qui crediderũt cęlos esse animatos.

Auctores q crediderũt cęlos nõ esse animatos.
Basil.
Amb.
Cyril.
Bonau.

voluitur per cœlum eius ab Oriente in Occidentem, verum Astra igneaan constent natura, & sint proprie calida, hoc est si efficiant calorem, aut in se ipsis calorem habeant, vel vt in Scolis loquitur, vtrum sint actu, & formaliter calida, an tantum virtualiter, & effectiue, omnes Philosophi præter Aristotelem crediderunt naturam cęli esse igneam. Aristot. vero credit naturam cęli esse quintam essentiam. Augustinus, & Basilius putarunt esse vere calida sydera. Sed Benedictus Pererius putauit, nec esse calida, nec igneæ naturæ, & sua luce Astra calefacere, quæ quanto copiosior est in Sole, quam in cæteris Astris, tanto potentior est ad calefaciendum?

Basil. & Aug. putarũt sydera esse calida.

Diuinationem Astrologicam contrariam Sacræ Scripturæ.

ERGO CONTRA DICTAM Diuinationem.

Caput Tertium.



Nnuntiate nobis ventura, & dicemus Dij estis vos: Isa. cap. decimoquarto, & in cap. quadragesimoquarto, inquit ipse Propheta. *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum*, cap. autem quadragesimoseptimo, deridens Deus Babylonios, ait: *Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, Stent & saluent te augures Cœli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.* Hieronymus quoque docet cap. 10. Iudæos, vt Astrologicas obseruationes pro nihilo ducant, nihil a Stellis, vel sperandum, vel timendum esse. Decreta Ecclesiæ contra Astrologos Iudiciarios semper fuerunt, quæ legere licet in secundo Decretorum Ecclesiæ,

cap.26.& in Conc.Bincarensi 1.cap.nono,& in Tolet.1.in assert.fidei contra Priscellianistas.Multa contra Astrologos
Basil. disputant Basil.hom.6.in Gen.Chrysostomus, & Gregorius
Chrys. Magnus in secundo cap.Matthæi,& præsertim Augustinus
Gregor. libro secundo super Gen.ad litteram,cap.17.& etiam l.2.de
Magnus doctrina Christiana, cap.21. & Eusebius Cesariensis, lib.sex-
Aug. to,cap.nono,de præparatione Euangelica, & ipse Eusebius
Eusebi⁹ eodem libro De præparatione Euangelica, cap.1.inquit, in
contra diuinationibus,& oraculis sæpe mentitum esse Apollinem,
Astrolo quippe qui per motum Stellarum ea futura significare mul-
gos. tis responsis aperuit. Quis ergo credit (ait Pererius) Astrologos esse veraces in prædicendis venturis, cum in eo Dæmones falli sæpe contingat. Ne quidem spiritus cęlestes, ac beatas mentes, quæ clarissimè Deum cernunt, tenentque perfectissimam cognitionem cęlorum,certo scire futura, quæ nimirum pendent ex libero arbitrio, nisi earum rerum Deus singularem notitiam eis impertiat? Cuius autem amentiæ est tribuere, Astrologis quod nec Angelis, nec beatis mentibus concessum est? Caietanus in Summaula,vbi agit de obseruatione Astrorum, contra dictam obseruantiam longè disputans, sic ait; Et sicut erraremus subijciendo nos passionibus iræ, odij, spei, timoris; ita quod haberemus impetus passionum pro lege, ita vilificamus nos, si inclinationes Cęlorum pro lege habeamus, corpora enim sunt, & per modum passionis inclinant nos. Hæc ille. Notabilem orationem habuit Diuus Augustinus in reconciliatione cuiusdam Mathematici post enarrationem Psalmo sexagesimoprimo,petens ipse Mathematicus publicam veniam, & ille inquit coram populo: iste dicebat quod adulterium non voluntas propria, sed Venus, & homicidium non faciebat voluntas propria, sed Mars, & iustum non faciebat Deus, sed Iupiter, & alia multa sacrilegia non parua, hæc ille. Narrat Epiphanius in libro de mensuris, & ponderibus, Aquilam Ponticum scripturæ interpręteṁ, ob eam maximè causam fuisse a patribus ex Ecclesia pulsum, quod obseruationibus natiuitatum,cæterisque diuinationibus Astrologicis,studiose vacaret: Origenes quoque,vt inquit Eusebius libro sexto,

De

De præparatione Euangelica, cap. 9. scripsit contra Astrologos, & egregie disputauit. Quidam Astrologorum istorum dicunt, ex Marte in nona Cęli regione feliciter constituto tantum nobis præstari, vt ab obsessis corporibus sola præsentia Dæmones expellamus. Albumazar quoque scribit; qui Luna Ioui coniuncta in capite Draconis, Deo supplicauerit, illum, quicquid a Deo petierit, certissime impetraturum: id quoque: Petrus Apponensis expertum esse confirmat, nam cum vigente illa coniunctione, scientiam rerum a Deo postulasset, ait se post eam diem magnam sibi factam esse scientiæ accessionem, sensisse. Hæc autem, & alia quam sint nefaria detestanda nemo est tam hebes ingenio, vt non clarissimè intelligat. Multiplex & præualida contra Astrologos ex Philosophis argumentatio oritur, veluti quæ sit natura cœli, magnitudo, numerus orbium, & inter eos ordo, & differentia, varietas motuum, astrorum numerus, comparatio eorum inter se in magnitudine, luce, potestate, & effectu. Rogemus igitur Astrologos, vt supradictas quæstiones soluant, aut faciliores, vt an Cœlum sit natura quædam simplex, an composita materia, & forma; vtrum talis sit materia Cęli, qualis est omnium elementorum; an omnino diuersa, sit ne cęlum animatum, aut inanimum; num sua vi moueatur, an extrinsecus ab Angelo, & alia similia sciscitemur ab illis, profecto reperiemus doctrina harum rerum planè rudes, & expertes. Verum quam sit falsum, & commentitium, hoc quod tradunt Astrologi Caldæi De antiquitate, & obseruantia illorum artis Astrologicę, facile lector potest comprę hendere asserentes illi esse quadringenta, & septuaginta millia annorum comprehensa habuisse monumentis huiusmodi obseruationum Astrologicarum.

Astrologi ignorantes scientiæ Philosophiæ.

Profitentur Astrologi se cuiusuis hominis euenta posse prænunciare, dummodo sibi ortus eius certum tempus pernotescat: vt eiusmodi tempus proprie, vt opus esset Astrologo nescitur, vt inquit Basilius homilia sexta, super Gen. in momento temporis, in ictu oculi plurimum differentiæ est inter natiuitatem, & natiuitatem, vt is quidem qui in hoc momento genitus est futurus sit Rex Ciuitatum,

Disputatio an uera sit rō diuinādi p. Astra.

tatum, populorumque Princeps locupletissimus: is autem qui natus est temporis sequentis momento pauper quidam sit futurus, aut mendicus circulator, vel præstigiator, ex ostijs ostia permutans quotidiani consequendi causa victus, & in eadem argumentatione, idem Basilius, paulo inferius, sic ait. Posito igitur enixu eorum, qui in lucem eduntur, videamus obsecro, si hanc exactissimam temporis diuisionem authores hi sibi valeant conseruare. Nam simul atque editus pusio est, mas an femella sit obstetrix explorat; tum vagitum expectat infantis, nimirum iudicium vitæ eius, qui natus recens est. Quot hoc tempore vis sexaginta minuta præterijsse? Dicit Obstetrix deinde Caldeo partum, qui editus est, quot minutissima momenta vis interea dum obstetrix loquitur prætercurrisse? præsertim si forte fortuna fuerit non in conclaui mulierum caldeus ille præsens, sed in ædium atrio, aut vestibulo, tempus horamque reponens, sic Basilius multas alias rationes in eodem loco assignans, quas breuitatis causa relinquimus. Ad hanc sententiam comprobandam

B. Aug. argumẽtatio. Beatus Augustinus in libro secundo super Gen. ad litteram, cap. 17. sic scribit. Cum multa corpora diuersorum generum, vel animantium, vel herbarum, & arbustorum vno simul puncto temporis seminentur, vnoque puncto innumerabiliter multa nascuntur, non tantum diuersis, sed etiam eisdem terrarum locis tantæ sunt varietates in progressibus, in actibus, & passionibus eorum, vt vere isti (sicut dicitur) perdant sydera si ista considerent. Quid autem insulsius, & hebetius, quam cum istis rebus coniunguntur, dicere ad solos homines sibi subijciendos fatalem Stellarum pertinere rationem? sic ille: si vera esset istiusmodi Astrologorum doctrina, necesse esset geminos, qui vno tempore concepti, & nati sunt simillimos omnino fore, quod falsum est, vt videtur in Natali Esau, & Iacob, qui fuerunt dissimillimis ingenijs, studijs,

Nigidi⁹ figulus. moribus, euentisque: & si isti refugiant ad exemplum Nigidij figuli rotæ, quæ mouetur maxima celeritate, tamen celeritas illius rotæ maxima est, vt non possint Astrologi tempus natalis obseruare.

Hoc refugium, & præsidium Astrologorum infirmum est:

est: parumque tutum, Quoniam si tam breui variatur ratio constellationis; sub qua quisque nascitur, erit profecto tempus proprium ortus cuiuslibet Astrologis incomprehensibile, sic inquit Benedictus Pererius libro secundo, De Astronomantia, numero sexagesimonono. Phauorinus apud Aulum Gellium libro decimoquarto, cap. 1. sic inquit. Quam multi homines vtriusque sexus omnium ætatum diuersi Stellarum motibus in vitam editi regionibus, sub quibus geniti sunt longè distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris, aut labentibus tectis, aut Oppidorum expugnationibus, aut eadem in naui fluctu obruti, eodemque generis mortis, eodemque ictu temporis intereunt? sic Phauorinus, Eusebius libro sexto, De præparatione Euangelica, cap. octauo, sic inquit. Apud Syros lex est prohibens occidere, fornicari, & adorare simulacra: vnde in illa regione nullum templum conspicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida: sic ipse auctor. Stante igitur libero arbitrio hominis, & immortalitate animi nostri, ars ista nullo modo stare potest. Hoc manifestum fit vnius Socratis exemplo, qui ex naturali corporis affectione mulierosus erat; sed eiusmodi vitiosas naturæ inclinationes, adeo animi, & diligentiæ magnitudine emendauit, vt omnium sui temporis prudentissimus, & continentissimus sit habitus. Possumus etiam adiuuare, & comprobare sermonem nostrum cum sequenti pulchro dilemmate sic dicēte; aut fatum cęleste potest ab homine impediri, aut nullo modo impediri potest, si potest impediri, vt non eueniat; ergo sicut effectus est incertus, ita prædictio eius incerta est. Sic ex Pererio in eodem libro, numero septuagesimoquarto. At Phauorinus apud Aulum Gellium, libro decimoquarto, cap. primo, sic inquit: Si dicunt prospera, & fallunt miser fies frustra expectando. Si aduersa dicunt & mentiuntur, miser fies frustra timendo. Sic Phauonius, Suetonius narrat in Augusto Nigidium figulum in Astrologia nobilissimum apud Romanos, accepta hora partus Augustini obseruatis astris eius natalitijs dixisse Dominum Orbis esse natum: existimandum est profecto, nec scienter id eum, nec certa aliqua ratione, sed temere, ac fortuito dixisse.

Phauorinus. *Eusebi⁹.* *Argumentum Phauorini.* *Sueton.* *Nigidi⁹ figulus.*

Cicero

Cic. contra Astrologos. Cicero libro secundo de diuinatione, sic inquit. contra Astrologos istos. Quotidie refelluntur Caldei, quam multa ego Pompeo, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Cæsari a Caldæis dicta memini, nemine eorum nisi in senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum? Beatus Ambrosius libro quarto, in Examerom, cap. septimo, sic inquit. *Præclara sententia Beati Ambrosii.* Delectatus sum quod nullus imber effusus est, donec præcibus Ecclesiæ datus, manifestaret non de initijs Lunæ sperandum esse, sed de prouidentia, & misericordia Creatoris, quo exemplo, & vanitas istius Astrologiæ confutata est, & efficacia Christianæ pietatis, visque Religiosarum præcum re ipsa comprobata. *Refelluntur Albumazar, & Abrahã Astrologi.* Albumazar princeps huius superstitionis Astrologicæ prædixit Christianam legem duraturam non plus annos mille quadringentos sexaginta. Abraham Iudæus prænunciauit ex obseruationibus Astrologicis venturum Messiam a Iudæis expectatum anno post Domini ortum 1464. cuius prædictionis nouitatem dies ipsa redarguit. Petrus Aliacensis in libro de concordia historiæ, & Astrologiæ multa scribens probare nititur, quicquid in orbe terrarum valde memorandum quoquo tempore acciderit eodem tempore magnam aliquam constellationem in Cœlo apparuisse. *Aduersio in Petrum Aliacensem.* At enimuero cum clarissime falsa sit comparatio annorum eius, qua fundamentum illorum ratio, & doctrina fulcitur, consequens est, quæ ducuntur, & pendent ex illa computatione esse falsa. Pererius multa scribit contra Petrum Aliacensem in libro secundo de Astronomantia, numero septuagesimoseptimo, & septuagesimooctauo, quæ causa breuitatis relinquimus. *Auicenna cõtra Astrologos.* Auicenna, qui post Hippocratem, & Galenum Principatum medicinæ obtinet libro vltimo primæ Philosophiæ negat Astrologis credendum in diuinatione futurorum, quia ipsi nec puncta cœlestia teneant, neque naturæ rerum inferiorum necessarios ad faciendum iudicium prospectus habeant; neque nitantur demonstrationibus, sed probationibus Oratorijs, Poeticis. *Arist. li. de cę. & mũ. nullũ verbũ facit de Astrol.* Arist. qui fuit vir copiosus in doctrina rerum cœlestium, & scripsit aliquot libros, præsertim de cœlo, & mundo, nusquam tamen de istiusmodi Astrologia vllum verbum fecit. Ptolomæus

princeps

Princeps Aſtrologorum in tractatu. quem vulgo appellant Centiloquium, hoc eſt centum ſententiarum, prima eius ſententia, ſic inquit, Soli numine diuino afflati prædicunt futura particularia, & in Sancta eius ſententia, ſic ait, poteſt is qui ſciens eſt multos Stellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, Vnde manauit illa trita ſententia: Sapiens dominabitur Aſtris. Porphyrius in Vita Plotini confeſſus eſt eum multum temporis, ſtudij, & operis poſuiſſe in iſta Aſtrologia, depræhendiſſe tandem Aſtrologorum Iudicijs non eſſe credendum. Si vera eſſet hæc ars, nempe ad bene regendam, & adminiſtrandam Rempublicam, in magno honore, & gloria Aſtrologi fuiſſent apud Reges, & Principes, vt contra prorſus euenit. Quoties Aſtrologi Romæ eiecti ſunt Prencipe Tiberio, Vitelio, Diocletiano, Coſtantino, Theodoſio, Valentiniano, & Iuſtiniano? ſic ait Pererius libro vt ſupra citato: Beatus Ambroſius libro quarto in Exameron comparat prædictiones Aſtrologorum telæ araneæ. Confugiunt Aſtrologi ad inuentum illorum, ſicut ait Pererius, attribuentes omnia, quæ eueniunt in mundo ad influentiam Cœlorum: feſtiue quidam Aſylum ignorantiæ eos appellauit. Quoniam ſi interrogemus Aſtrologos cur magnes ad ſe ferrum rapit? confeſtim reſpondebunt, quia propria eius influentia eam virtutem illi indidit. Vnde Remora piſciculus paruus vim habeat ſiſtendi nauigium a valido ventorum flatu? reſpondent cauſam eſſe influentia, quæ tantam vim & poteſtatem dedit piſciculo illi. Ptolomæus in 3. apotulemarum docet primum naturæ hominis principium eſſe obſeruandum in admiſſione ſeminis hominis, ſed quia nouerat punctus illius admiſſionis, vel conceptus, impoſſibiles cognoſci ab Aſtrologis, ideo videtur in dubio reliquiſſe an Aſtrologi poſſint ſcire euenta futurorum. Tarutius Mathematicus omnia, quæ Vrbi Romæ contigerunt, ad vim Aſtrorum, ſub qua ea vrbs a Romulo condita eſt, referebat. Cicero libro ſecundo de diuinatione aperte irridet opinionem, & ſententiã dicti Tarutij. Ab origine gentis Caldææ, hoc eſt poſt euerſionem Turris Babel facta nempe linguarum diuiſione, non ſunt adhuc quatuor millia annorum completa, & tamen

Pulchra ſentẽtia Ptolomæi.

Porphyrius aduerſus Aſtrologos.

B. Amb.

Sentẽtia Ptolomæi.

Tarutiꝰ Mathematicus

Cicero.

volunt isti Caldæi initium habuisse artem illorum olim 400. & ter annorum millia. Sic inquit Pererius libro secundo de Astronomantia, numero octuagesimonono; sed contra illos Diuus Augustinus libro decimooctauo, de Ciuitate Dei, capite quadragesimo, sic ait, in quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multum ante annorum duomillia literas magistra Iside didicerunt? non enim paruus auctor est in Historia Varro qui hoc prodidit. Sed cur Astrologi nonnulli multa vera prædixerunt? cum Augustino Sancto libro quinto, de Ciuitate Dei, cap. septimo, respondebimus sic inquiente. Non immerito creditur, cum Astrologi mirabiliter multa vera respondent occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas, & noxas opiniones De Astralibus fatis inserere humanis mentibus, atque firmare non horoscopi notati, & inspecti arte, quæ nulla est: sic ex ipso auctore. Huc referre conuenit ait Pererius, sortes antiquis vsitatas quando videlicet versibus alicuius Poetæ sortito acceptis, quid eis futurum portenderetur inquirebant; Vel ut Alexandro Seuero etiam adolescenti, nec Imperio aspiranti, dum Virgilianas sortes scrutatus, versus ex libro Æneid. sexto, exiere, qui futurum illi Imperium præsignificabant his verbis. Tu regere Imperio populos Romane memento: Ne tibi erunt artes pacisque imponere morem, parcere subiectis, & debellare superbos, nec mirum ita euenire Deo volente. Sic ipse auctor. Beatus Augustinus volens nos prohibere ab omnibus artibus diuinationum lib. 2. de Doctrina Christiana, sic inquit. Omnes igitur artes huius mundi, vel nugatoriæ, vel noxię superstitionis ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum quasi pacta infidelis, & dolosę amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandæ, & refugiendæ Christiano. Et sic finem de Diuinatione Astrologica faciemus.

Aug. cōtra Caldæos.

Opinio Augustini quō Astrologi multa vera respondēt.

B. Aug. consiliū.

DE

DE PARADISO.

Caput Quartum.

Ifficillimum est nunc tractare historiam de paradiso, quoniam non defuere, qui propter immensam rei difficultatem, desperata Paradisi cognitione, Mosaicam doctrinam mortalibus in hac vita inexplicabilem esse putarunt. Vnde Beatus Ambrosius tractans de Paradiso, sic inquit. De Paradiso adoriendus sermo non mediocrem æstum videtur nobis incutere, quid tantum sit Paradisus, vbi sit, qualis ve sit inuestigare. Sic Beatus Ambrosius. *B. Amb. de Paradiso.* *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat: ex cap. secundo libri Genes. vers. octauo,* Pererius in libro de Paradiso inquit vocabulum Paradisi significare nobis locum amænissimum, & iucundissimum: vnde scriptum est in Apocalyps. cap. secundo: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei:* & sic intelligitur de Paradiso Cœlesti, & non de corporeo, sicut nunc tractamus. Philo Hebræus in extremo libro de mundi Opificio allegorice tractans Orationem Moysis de Paradiso, quem secutus fuit Origenes, hanc sententiam disputat tum in Ancoratu, tum in epistola, quam scripsit ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum. Sed Diuus Ambrosius in libro Commentariorum eius cap. 6. prioris Epistolæ Pauli ad Corinthios, sic inquit. Sicut duplex est Hierusalem vna cęlestis, altera terrestris, ita duplicem Paradisum esse vnum terrestrem, alterum cęlestem. Omnes Patres, tam Græci, quam Latini concordi sententia existimarunt Paradisum, quem describit Moyses, fuisse locum corporeum, sic inquit Benedictus Pererius, quem nos aliquando appellabimus Valentinus a Ciuitate Valentiæ, vbi ortum habuit. Chrysostom. hom. 13. in Genes. affirmat nomen loci *Amb.* *Opinio Chryso. Paradi-*

fuisse Eden. vbi erat Paradisus esse Heden in plaga Orientali. Diuus Basilius in Oratione de Paradiso describens eum, sic inquit. *Descriptio Paradisi terrestris secundum Basiliũ.* Paradisus erat locus delitijs omnifariam affluens, omnem creaturæ sensibilis exuperans pulchritudinem, ob sublimitatem loci, in quo erat, nulla sui parte tenebras admittens sed exorientium syderum semper illustratus, in quo nulla erat ventorum immodica vis, nulla tempestatum procella, nullius hyemis horror, non nimia veris humiditas; non torrens æstatis ardor, non molesta, & noxia Autumni siccitas, sed temperata, & pacifica omnium temporum inter se consonantia; *Descriptio Paradisi secundum Damascenum.* Sic Basilius, Damascenus libro secundo De Fide Orthodoxa, cap. 11. est, inquit, locus Dei manibus in Eden ad Orientem mirabiliter consitus, omnis lætitiæ, & voluptatis promptuarium, omni terra excelsior, optima temperie cœli, aere subtilissimo, & purissimo, plantis semper virentibus suauissimum odorem spirantibus plenus, lumen vniuersæ sensibilis venustatis, & pulchritudinis excellens venustatis intelligentiam, Diuinus profecto locus, mirifice congruens primi hominis dignitati, in quo nullum animal habitat, sed solus diuinarum manuum factura homo: sic ipse auctor. *Isidorus* Isidor. libro 14. Etymol. c. 3. scribit fere in eandem sententiam, sicut Basilius. Fuerunt nonnulli, qui dixerunt Paradisum fuisse vltra Oceanum a nobis remotissimum ibi situm, sed quia ridiculum esset Moysem voluisse describere, & notum facere Paradisum per ea loca, quæ sunt in nostro Orbe, si Paradisus extra hanc nostram terram fuisset: sic inquit Valentinus De Paradiso lib. 3. nu. 2. Qui quidem pariter reprobat opinionem illorum, qui crediderunt Paradisum positum fuisse super omnem altitudinem terræ, & aeris, ita vt attingeret fastigio suo *Distãtia terræ ab Orbe Lunæ.* Orbem Lunæ, quoniam Vlphagranus, & Ptolomeus docent, esse milliaria centum millia distantia a terra, vsque ad Orbem Lunæ, Quæ altitudo Paradisi tolleret lucem Solis, & aspectabilis vndique esset, est enim tertia regio aeris mutabilis homini, ob nimiam eius siccitatem, Vehementem agitationem ex raptu, & ventigine Cœli: est aer ille tenuissimus, & siccissimus, atque ob eam causam respirationi hominis minime conueniens. Sic Valentinus ille. *Scotus.* Scotus in secundo

do Sententiarum distinctione decimaseptima, quæstione secunda, opinatur sicut diluuium generale non naturaliter factum, sed miraculo: ita quoque miraculum factum esse, vt Paradisus a Diluuij exitio seruaretur. Putauit Tostatus in cap. 13. Geneseos, quæstione nonagesimaoctaua, Paradisi longitudinem fuisse circiter duodecim milliarium, ambitum vero eius triginta sex, vel quadraginta. Verum aliquis mirabitur, quare Deus creauerit Paradisum illis hominibus Adamo & Euæ, qui quidem tam exiguo tempore in ipso debebant commorari. Theodoretus qu. 24. in Gen. Beda, Vgo de S. Victore, Rabanus, & Strabo in comment. suis super lib. Gene. S. Th. q. 102. ar. 2. varias rationes afferunt. Prima ratio est, Deus non tractat hominem ex præscientia futurorum, sed secundum præsentem iustitiam, quia status ille innocentiæ poscebat locum habitationis eius esse singularis, & eximiæ pulchritudinis. Secūda ratio fuit vt esset in terra aliquid corporeum & aspectabile, quod incomparabilem Paradisi cęlestis pulchritudinem adumbraret. Sed quid causæ fuerit cur Paradisus nullo tempore adhuc fuerit inuentus, Pererius ex mente D. Th. & Tostati inquit, ante Paradisum esse celsissimos, & insuperabiles montes; horridas interpositas esse inuias ferocissimis venenatis animalibus refertas, solitudines, multa loca ibi exhalantia spiritum exitialem, hominibus, auibusq; læthalem. Qui quidem auctor existimat dubiam esse, & fallacem viam Paradisi lib. 3. de Paradiso nu. 4. & nec inuentus sit nec inueniri queat, quia Paradisus ille Diluuio perierit, & illa generali aquarum eluuione omnis Paradisi pulchritudo, amœnitas, & venustas dissipata, & sublata sit: sic ille. Sed vbi tunc fuerit Enoch in tempore Diluuij, docet Rupertus lib. 3. de Trinitate, & eius operib. c. 33. Enoch & Eliam non esse translatum in illum Paradisum terrestrem, vnde eiectus fuit Adam his verbis. Nusquam in Scriptura datur intelligi, quod Enoch, & Eliam Deus tulerit in ipsum Paradisum, vbi comederent de ligno Vitæ, & viuerent in æternum, sed ita sublati sunt, vt in secretam quandam regionem terræ ducerentur vbi, in magna carnis, & spiritus quiete viuerent, quousq; ad finem mundi redeant, & mortis debitum

Longitudo & latitudo paradisi secundū Tostatū.

Cur De⁹ creauerit paradisū primis hominibus

Causæ cur paradisus inueniri nō potest.

Vbi fuerit Enoc. tempore Diluuij.

tum

tum soluant, sic ille. Gregorius Sanctus scribens de Elia ferè similia in homilia vigesimanona in Euangelia, sic inquit: in cęlum aereum Ælias sublatus est, vt in secretam quandam regionem terræ repente duceretur, vbi in magna carnis, & spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat: ille enim mortem distulit non euasit. Senserunt igitur Rupertus, & Gregorius Henoch, & Eliam non esse translatum in Paradisum Terrestrem, sed in aliqua regione secreta mundi vitam agere. Sed Irenæus libro quinto aduersus Hæreses contrarius est opinioni prædictæ, & sic Tertullianus in Apologetico, Isidorus quoque in libro de Vita, & Obitu Patriarcharum, Magister Sententiarum libro secundo, distinctione decimasceptima. Ego autem accedo libenter sententiæ Ruperti, & Diui Gregorij, & mihi videtur magis credibilis, & rationabilis, quoniam si Deus eiecerit ex Paradiso Adamum, & Euam causa transgressionis Diuini Præcepti, & posuit ad custodiendum illum Cherubim tenentem gladium versatilem, vt illuc non accederet, & introiret vllus hominum, quare debemus affirmare, vt translati sint ibi Enoch, & Elias contra primam dispositionem, & voluntatem Dei? Valentinus noster disputat aduersus opinionem istam constanter, & multis, & longis rationibus, quę nos breuitatis causa prætermittimus. Et sic finem imponemus tractatui de Paradiso, & incipiemus in sequenti capite loqui, & discurrere de ligno vitæ.

Opinio Ruperti et Gregorij, vbi translatus sit Enoch, & Elias.

DE

DE ARBORE VITAE, ET de Arbore ſcientiæ boni, & mali.

Caput Quintum.

Vocabatur arbor vitæ, quia nunquam ſinebat corpus hominis mori, aut infirmari guſtato fructu illius arboris per virtutem diuinam ei attributam. Redintegrabat igitur illa arbor puritate, & ſinceritate calorem vitalem hominis, vt in poſterum non moreretur; & non ſolum vni homini, ſed omnibus hominibus, qui obſequentes fuiſſent præcepto, & voluntati Dei. Pererius ex mente Eugubini inquit in ſua Coſmopæia ſignificatam eſſe immortalitatem, quam Deus promiſerat Adamo, ſi præceptis eius obtemperaſſet. Sed Arborem vitæ fuiſſe veram, & terreſtrem arborem, non eſt dubitandum. Moyſes enim oſtendit potuiſſe fructum illius arboris comedi. Beatus Auguſtinus in libro decimotertio, De Ciuitate Dei, cap. vigeſimoprimo, primum refellens opinionem illorum, qui ſolum credebant eſſe intelligendum Paradiſum cęleſtem, & non corporeum, declarans deinceps miſtice deſcriptionem Paradiſi, ſic inquit. Nemo itaque prohibet intelligi Paradiſum, Vitam Beatorum: Quatuor flumina eius, quatuor Virtutes, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, atque Iuſtitiam; & ligna eius, omnes vtiles diſciplinas, & lignorum fructus, mores piorum: & lignum vitæ, ipſam bonorum omnium matrem Sapientiam: & lignum ſcientiæ boni, & mali, tranſgreſſi mandati experimentum. Poſſumus hæc etiam in Eccleſia intelligi, vt ea melius accipiamus, tanquam prophetica indicia præcedentia futurorum. Paradiſum, ſcilicet ipſam Eccleſiam, ſicut de illa legitur in Cantico Canticorum: quatuor autem Paradiſi flumina, quatuor Euangelia: ligna fructifera Sanctos: fructus autem eorum, opera eorum,

Miſtica Auguſtini interpretatio de Paradiſo.

rum, lignum vitæ, Sanctum Sanctorum, vtque Christum lignum ſcientiæ boni, & mali, proprium voluntatis arbitriũ. Hæc ille. Credit Pererius arborem illam fuiſſe ſingularem & talem qualis nulla eius ſpeciei, vel intra Paradiſum, vel extra inueniretur. Sed an fuerint multæ arbores, vel vna tantum, Toſtatus in cap. decimotertio Geneſeos, quæſtione centeſimaſexageſimatertia, negat fuiſſe plures vna, tum quia Deus non potuiſſet tantam Cuſtodiam ſi eſſent plures arbores vitæ, extra Paradiſum, tum quia ait Moyſes fuiſſe arborem in Paradiſo ponens vnam ſingularem, & ſic arbitratus eſt etiam Pererius libro tertio de paradiſo, quæſtione ſecunda, numero ſexageſimoquarto. Scotus cenſuit arborem Vitæ habuiſſe vim conſeruandi hominem in vita ad longiſſimum tempus, non tamen in perpetuum in ſecundo lib. Sententiarum diſtinctione decimanona, quæſtione prima. Beatus Thomas prima parte, quæſtione nonageſimaſeptima, articulo quarto, videtur hanc opinionem ſequi. De virtute donata Deo homini contra primam cauſam mortis. Beatus Thomas prima parte, quæſtione nonageſimaſeptima, articulo primo, ſic ſcribit: Corpus primum hominis non erat indiſſolubile per aliquem immortalitatis rigorem exiſtentem in eo, ſed inerat animæ vis quædam ſupernaturaliter diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præſeruari, quamdiu ipſa Deo ſubiecta manſiſſet: quod rationabiliter factum eſt. Quia enim anima rationalis excedit proportionem corporalis materiæ, conueniens fuit, vt in principio, & virtus daretur, per quam corpus præſeruari poſſet ſupra naturam corporalis materiæ, Hæc Diuus Thomas. Putauit Pererius in eodem libro vt ſupra citato in tertio capite, quod homo in ſtatu innocentiæ poſſet viuere vita decuplo longior, quam fuit ante Diluuium per virtutem, & efficaciam arboris vitæ, vtpote decem millia annorum, nam fere annos mille viuebant viri illi ante Diluuium. Auguſtinus libro decimoquarto De Ciuitate Dei: Aderat homini in Paradiſo cibus ne eſuriret, potus ne ſitiret: Lignum autem Vitæ ne ſenectus eum diſſolueret. Sanctus Bonauentura, tria dixit eſſe in paradiſo arborum genera, ſcilicet quædam ad nutritionem,

Arborẽ vitę vnã tm̃ in Paradiſo extitiſſe

Scotus.

B. Tho.

Homo in ſtatu innocentię quandiu viuere poſſet.

Auguſt. ſentẽtia.

nem,& ſuſtentationem, Aliæ Arbores erant ad vtilitatem animæ,ſicut arbor ſcientiæ boni,& mali,cuius fructus interdictus fuit homini ad probandam eius obedientiam. Tertij generis fuit arbor vitæ. Potuerat enim Deus has duas arbores ponere in Paradiſo, vt aſpiciens homo arborem vitæ amore immortalitatis ad obſeruantiam Diuinæ legis acrius incitaretur: Cernens autem arborem ſcientiæ boni,& mali timore mortis tanquam fræno quodam in diuinorum præceptorum obedientia contineretur. Dicta autem eſt arbor Vitæ non ob effectum, quem ipſa habuit, ſed ad quem ordinabatur,& quem ſine dubio habuiſſet,ſi homo in Dei gratia perſeueraſſet. *Sic* Diuus Bonauentura,& in eodem loco,inquit ille. Nec mirum eſſe debet eius arboris fructum potuiſſe hominem diſpoui ad immortalitatem: Cum multa ſint aromata, veluti Myrrha,& Balſamum,quæ longiſſimo tempore ſeruant incorrupta corpora,ex quibus videtur ipſum Diuum Bonauenturam ſenſiſſe vim illam arboris vitæ fuiſſe ſupra naturalem, ſic inquit Valentinus. At è diuerſo Vgo de Sancto Victore,Strabo,& Beatus Thomas videntur ſenſiſſe effectum arboris vitę fuiſſe naturalem. Strabo ſic inquit, lignum vitæ hanc naturaliter virtutem habebat,vt qui ex eius fructu comederet perpetua ſoliditate veſtiretur, nulla infirmitate,vel anxietate,vel ſenij laxitudine fatigabundus,Vgo de Sancto Victore ita ſcribit,lignum vitæ habuit in ſe naturam vt perpetuaret homini vitam, ſi competenter ederetur. Beatus Thomas prima parte,quæſtione nonageſimaſeptima,articulo vltimo,ſic argumentatur: Virtus cuiuſcumque corporis eſt finita: Et quanto aliqua virtus eſt maior,tanto imprimit durabiliorem effectum. Vnde non poterat virtus ligni vitæ ad hoc ſe extendere, vt daret corpori virtutem durandi tempore infinito,ſed tantummodo, vſque ad determinatum tempus, quo finito, vel homo tranſlatus eſſet ad ſpiritualem vitam,vel indiguiſſet iterum ſumere de ligno vitæ, ſic ille. Quæ argumentatio Beati Thomæ eſt validiſſima, ſi virtus arboris illius fuiſſet naturalis dicimus, ſi autem eſſe ſuperuaturalem dicimus inualida eſt, ſic inquit Pererius libro tertio De paradiſo, q.4.num.ſeptuageſimooctauo. Qui

S. Bonauent.

Vgo S. Victoris Strabo, B.Th.cẽ fuerunt effectũ arboris vitæ naturalem fuiſſe.

quidem in sequenti capite tradit Moysen scripsisse, fuisse in
Hesiodi fabula. Paradiso arborem vitæ, cuius fructus præstabat homini immortalitatem hoc fortasse, inquit ille, cum legisset Hesiodus, ad id fabulas suas transtulit, comenti deorum cibum, ac potum esse nectar, atque ambrosiam, quibus rebus qui alerentur, eos non modo, immortalem, sed etiam viridem perpetuo, ac florentem ætatem agere, & hoc summa Dæmonis caliditate, ac malitia esse factum, vt multa a poetis fabulosa fuerint prædita; quo fides abrogaretur diuinis literis, & accedens ille ad opinionem Diui Thomæ, sic inquit. Sed Adamus etiam in statu innocentiæ in paradiso habitans, & fructu arboris vitæ vescens, suapte natura tamen mortalis erat, ac dissolubilis: esus autem arboris vitæ seruabat eum a morte, non quidem ad infinitum tempus, sed longissimo tamen æuo, quoad scilicet in spiritualem, ac cœlestem vitam, & in perfectum statum immortalitatis transferretur. Sic ille. Sed si Adam dum fuerit in paradiso comederit fructum arboris vitæ, respondendum est non comedisse, quia breuissimo tempore fuit in paradiso, & si edisset de arbore fructum illius, haud dubie longius, quam vllus mortalium vitam duxisset, cum tamen breuioris vitæ fuit, quam Mathusalem, Tared, & Noe: Nunc vero dicemus nonnulla circiter arborem scientiæ boni, & mali; quæ quidem fuit arbor realis, & corporalis, & vna numero, & per ipsam volebat Deus probare obedientiam hominis. Neque vero cognominata est ea arbor scientiæ boni, & mali, quod eum haberet effectum, vt fructum suum comedentes, boni, & mali,
Pererius. scientes faceret: Sed ob alias causas, sic Pererius, Nonnulli putarunt arborem illam esse Vitem, vel frumentum.
Moyses Barcephas. Moyses Barcephas in libro de paradiso putauit eam esse Ficum; At alij putarunt arborem illam esse pyrri, vel Mali. Sed cur appellata fuerit arbor scientiæ boni, & mali, putauit
Ioseph. Ioseph libro primo Antiquitatum, sic esse appellatam arborem illam, quod si fructus eius ederetur ab homine vim haberet augendi acumen ingenij. Sed Nicolaus de Lyra refellit Iosephum dicens fructum eius arboris fuisse corporeum, non igitur vllam vim habere potuisset in mentem hominis,

minis, quæ est incorporea. Valentinus noster inquit sic esse dictam arborem scientiæ boni, & mali ab euentu, quod tunc accidit homini, vt experiendo cognosceret discrimen inter bonum quo ante peccatum erat præditus, & malum in quod peccando incurrit: ideoque scientiam haberet boni, & mali, scilicet experimentalem; & hanc ait esse communem opinionem Theologorum, Sed prædictus auctor accedit ad aliam opinionem, quæ est, sic esse appellatam arborem illam scientiæ boni, & mali propter fallacia verba, & mendacia promissa serpentis pellentis homines illos, & pollicentis eos fore deorum similes scientes bonum, & malum, & hoc ex fonte Ruperti exauriuit, qui quidem dixit. Hoc lignum ironicè appellatum est scientia boni, & mali, vt ipso nomine suo monumentum legentibus repræsentet diabolici mendacij, & vt copiosius in eo loco Ruperti legitur.

DE QVATVOR FLVMInibus Paradisi.

Caput Sextum.

T fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita, Nomen vni Phison, ipse est qui circuit omnem terram Euilath; vbi nascitur Aurum, & Aurum illius terræ optimum est, ibique inuenitur Bdellium, & lapis Onychinus Gene. secundo, ver. vndecimo, & duodecimo.

Mirabilis quidem sententia est Ruberti libro secundo De Trinitate, cap. vigesimoquarto, & vigesimonono, sic scribentis. Omnes igitur aquæ potabiles, & salubres vbicumque fluant, & vndecumque appareant, de fonte paradisi per occultos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles, & salubres fiant. Et quemadmodum Iecur in corpore animalis fons est sanguinis, vt docent Physici, cunctis per corpus spartis venis sanguinem dispensans, *Sentētia Ruberti.*

que hoc ministerio vitam animalis conseruans; sic ille fons vniuersam terram per occultas venas irrigans veget at, & in multos redundat fontes, ac flumina, sed eorum omnium ista quatuor sunt capita, idest principalia. Fontes igitur, Tigris, & Euphratis, si libet in Armeniam demonstrentur. & tamen per viam quam solus nouit Auctor fluminum Deus de Paradiso secundum veritatem Scripturæ huius manare credantur. Hæc Rupertus. Vnde videtur secundum opinionem Ruberti ingredi Fluuium in Paradiso, & inde egredi, & diuidi in quatuor flumina principalia.

Ioseph. Epipha. Aug. Hier. Phison Gangem esse.

Iosephus libro primo Antiquitatum, Epiphanius in Ancoratu, Augustinus libro octauo super Genes. ad literam, cap. septimo, Hiero. libro traditionum Hebræ. in Gene. inquiunt Phison non alium esse, quam Gangem Indiæ Flumen, Hieronymus etiam in Epistola quarta ad Rusticum, sic inquit, Ganges Fluuius, quem Phison Sancta Scriptura commemorat, qui circuit totam terram Euilath, & multa genera pigmentorum, de paradisi dicitur fonte deuehere; vbi nascitur Carbunculus, & Smaragdus, & Margarita cadentia, & vniones quibus nobilium fœminarum ardet ambitio; Sic Beatus Hieronymus Auctore Strabone. Origo Gangis est in Monte Indiæ Caucaso. Quidam autem, vt inquit Pererius lib. tertio de paradiso, vbi agit de primo Flumine Phison dicunt, per Phison Hebraicè esse nobis demonstratum, & significatum oris, ac vultus immutationem. Alij tradunt interpretari abundantiam latione quippe abundat piscibus, ille nempe Anguillis triginta pedum longitudine, vt tradit Plinius libro nono, cap. trigesimo, Pererius libro superius citato, quęstione centesimaquinta, sic inquit. Ego facile patior mihi persuaderi, quod a doctis quibusdam viris proditum est: Phison & Gehon fuisse fluuios ex ipso Tigri, vel Euphrate deductos, & deriuatos, qui diuersum cursum agentes, alter Æthiopiam, alter vero terram Heuilath peragrauerit. Sic ille Auctor. Qui quidem putauit terram Heuilath non procul fuisse a Palæstina, atque Assyria, Euphrati scilicet fluuio vicinam, nec dubitauit sic affirmare, quanquam in terra Heuilath dicatur esse magna copia Auri; respondet ille multis in alijs locis Sy-

riæ,

riæ, & Palæstinæ olim fuisse magnam abundantiam Auri; sed quid sit Bdellium, sic definitum est a Plinio libro duodecimo, cap. nono, In Batriana Bdellium est nominatissimum, quæ Arbor nigra est magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici naturaque. De Onichino, sic scribit Plinius. Onix, vnde Onichinus lapis, inde appellatur est, quæ habet in se permixtum candorem in similitudinem vnguis humani, Hanc gignit India, & Arabia. *Et nomen secundi Fluuij, Gehon: ipse est, qui circuit omnem terram Aethiopiæ, Gen cap. 2. vers. 13.* omnes ferè Scriptores opinantur Gehon esse Nilum, quia Scriptura dicit circumire omnem terram Ætyopiæ, & nullus fluuius est notabilis in terra Ægypti præter Nilum. Sed Pererius putauit esse Gehon brachium Tigris, & Euphratis diuerso alueo fluentem in terra descripta. *Nomen vero fluminis tertij Tigris: ipse vadit contra Assyrios: Fluuius autem, quartus ipse est Euphrates.* Secundum Isidorum libro decimotertio Ethymologiarum, cap. vigesimoquarto, & Rupertum lib. 2. De operibus Trinitatis, cap. vigesimonono, appellatus est Tigris a celeritate cursus ducta a similitudine Tigris, vel sic appellatus, vt inquit Quintus Curtius lib. 4. & Strabo lib. 11. dictus est Tigris a velocitate sagittæ, quæ lingua Medorum Tigris appellatur. Plinius de Flumine Tigris, cap. 27. libro 6. multa scripsit, quæ breuitatis causa relinquimus, cum satis sit nobis ostendere locum lectori, vbi possit videre quicquid ei libuerit. De Origine Euphratis fluminis cursuque, & exitu multi Scriptores multa prodiderunt: fuit enim appellatus Fluuius magnus, Strabo lib. vndecimo, sic inquit Taurus Armeniam disterminat a Mesopotamia: hinc fluunt Tigris, & Euphrates, qui Mesopotamiam circundant, & apud Babylonios inuicem cohærent, deinde in Mare Persicum emittunt: Quorum Euphrates maior est, & plus regionis flexuoso alueo præcurrit. Fontes habet in parte Tauri Boreali: fluit ad Occidentem per Armeniam, quæ maior appellatur, vsque in Armeniam minorem, quam a dextris habet, a sinistris vero lichanā, sic auctor ille Quintus Curtius lib. 5. sic inquit. Inter Tigrim, & Euphratem iacentia, tam vberi, & pingui solo sunt, vt a pastu repelli pecora dicantur, ne

Bdelliū Arbor. *Onix lapis.* *Gehon.* *Euphrates.* *Isidorus* *Rupert.* *Q. Curtius.* *Tigris sic vocatus a velocitate.* *Strabo.* *Fontes Euphratis.* *Q. Curtius.*

facietas

facietas perimat: causa fertilitatis est humor, qui ex vtroque amne manat, toto fere solo per venas aquarum refudante ipsi amnes ex Armenia, montibus profluunt, & magno deinde aquarum diuortio, iter quod cępere percurrunt, duomillia, & quingenta stadia emensi sunt, qui amplissimum interuallum circa Armeniæ montes notauerunt. Et paulo inferius idem Auctor sic ait. Eadem per Babyloniorum fines in Rubrum mare prærumpunt. Lucanus, & Boetius falso crediderunt eosdem esse Tigris, & Euphratis fontes, sed consentaneum est credere Straboni, & Curtio peritioribus Cosmographiæ. Pererius libro tertio De Paradiso de tertio, & quarto flumine Tigri, & Euphrate in penultima quæstione sic scriptum reliquit. Paradisum fuisse in Mesopotamia, vel non inde procul situm in plaga Orientali Regionis Heden, & ibi fluxisse Tigrem, & Euphratem, ex quibus putauit ille duo alia flumina Phison, & Gehon deriuasse ex primis fontibus Tigris, & Euphratis. Sed quia multa verba fecit, placuit mihi tantum ferre substantiam verborum auctoris. Et sic finem imponemus præsenti cap. de paradisi fontibus.

Refelluntur Lucanus, & Boetius.

Vbi positus fuit paradisus secundum Pererium.

DE CREATIONE *primorum hominum.*

Caput Septimum.

IXit Deus faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. **Gen.c.1. v.23.** Diuus Basilius homilia decima in Exameron, inquit: Erudire igitur hinc ò homo, ac edisce, quanti vnus te æstimandi venias. Neque enim per generationem tuam velut pretij vulgaris communi creaturarum mandato censuit attexendam: in Deo progreditur consultatio quemadmodum tantum hoc animal prouehi debeat ad vitam.

D. Basil.

Facia-

Faciamus ait. En consultat Sapiens, & quid secum statuerit artifex proponit decernendum: Sic ille, qui quidem Basilius Homilia nona, in Gen. vt ostenderet nobis esse significatum Mysterium Sanctissimæ Trinitatis per verba illa. Sed quia nonnulli crediderunt quod verba *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram,* dicta sint Angelis, nunc subdens Moyses, *& creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam*, videtur aperte verba non esse dicta Angelis, verum test. Ambrosij libro sexto, cap. septimo, in Exameron clarius demonstrabimus, cuius verba sunt hæc. Cui dixit Deus, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram?* non sibi vtique, quia non dixit faciam, sed faciamus; Non Angelis, quia ministri sunt, serui autem cum domino, & opera cum authore non possunt operationis habere consortium, sed dixit filio, etiamsi Iudæi velint, etiamsi Ariani repugnent: Sic Ambrosius: In quinque locis Scripturæ legitur de se locutum fuisse Deum numero plurali, primus est hic locus quem tractamus. Alter est infra Cap. secundo. *Faciamus Adæ adiutorium simile sibi:* tertius est in cap. termo: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est:* Quartus est in cap. vndecimo. *Venite descendamus, & confundamus ibi linguas eorum.* Quintus est apud Esaiam in cap. sexto, sic dicentem. *Audiui vocem Domini sic dicentis, quem mittam, & quis ibit ex nobis?* sic Pererius libro quarto de creatione Hominis. Cicero in primo libro de legibus, sic inquit. Animal prouidum, sagax, multiplex, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem præclaia quadam conditione a supremo Deo esse generatum, Sic ille. Ioseph libro primo Antiquitatum opinatus est Adam creatum esse ex terra rubra, quia lingua Hebraica Adam significat terram rubram. Eusebius libro vndecimo, cap. quarto, de præparatione Euangelica inquit, nobis significare Adam terrenum, seu terrigenum. Super verba Moysi, quæ dicunt. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram,* putarem ego, vt Deus velit nobis ostendere in creatione hominis suam liberalem largitatem in communicando illi multa bona, virtutes, & prærogatiuas, quæ quidem sunt infinitæ in Deo, sed in homine sunt, sicut

Creatio hominis

Amb.

Cic. inqt hominẽ esse generatum a Deo.

Opinio Iosephi circa creationem primi hominis.

Eusebi⁹.

Opinio auctoris

Pererius. ſicut imagines, & vmbra virtutis Dei. Pererius in loco ſupracitato, inquit eſſe ſententiam multorum Auctorum, hominem eſſe creatum ad imaginem Dei ſecundum dona naturalia, ſcilicet voluntatem, memoriam, & liberum arbitrium. Rupertus libro ſecundo, de Trinitate, diſputat quid interſit inter imaginem, & ſimilitudinem, quam quidem diſputationem breuitatis cauſa prætermittimus. Sed cur homo dicatur factus ad imaginem Dei. Toſtatus quæſtione vigeſimaoctaua, hunc in modum explicare conatur ex mente Hebræorum. Sicut Deus inquit replet totum mundum, ſic anima totum corpus. Sicut vnus Deus præeſt vniuerſo mundo, ſic anima præeſt toto corpori: ſicut Deus non inquinatur ſordibus mundi in quo eſt, ita nec vlla labe corporis inquinatur anima: Sicut Deus videt omnia, & a nullo videtur, ſic anima videt, & non videtur: Denique ſicut Deus nunquam dormit, ſed perpetuo vigilat, ſic etiam animus noſter, quæ opinio Hebræorum a Pererio refellitur libro quarto, De creatione hominis, quæſtione prima. Epiphanius in Hæreſim, 70. (ſicut ait Pererius) opinatus eſt hominem eſſe factum ad imaginem Dei, ſed in qua parte hominis, vel qua in re ea imago ſit poſita incompertum eſſe, atque incomprehenſibile ſolique Deo notum. Auguſtinus in libro de quantitate animæ, cap. ſecundo, animum noſtrum eo dici ſimilem Deo, quod ſit immortalis, atque diſſolubilis. Gregorius Nyſſenus in Exameron. Homo inquit eo factus eſt ad imaginem Dei, quod factus eſt omnis boni capax; bonitatis enim plenitudo diuinitas eſt. Diuus Bernardus in libro de Anima, cap. primo, ſic inquit. Repræſentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitum pacis, in intuitum veritatis, & in amore charitatis; Secundum vero Fauſtinum, ſimilis Deo animus noſter videtur, ſcilicet, quia immobilis, eſt velociſſimus, inuiſibilis, incorporeus, ſubtilis æternus. Pererius libro quarto De Creatione hominis, quæſtione prima, inquit, hominem eſſe creatum ad imaginem Dei propter ſex proprietates naturæ intelligentis, ſcilicet cauſa incorporeitatis, & immortalitatis præditum, & ornatum intellectu, memoria, ac voluntate, libero arbitrio capacem eſſe ſapientiæ, virtutis diuinæ

Margin: Rupert. — Cõparatio inter Deũ, & animam ſecundũ Toſtatũ. — Epiph. Opinio. — Aug. — Gregor. Nyſſ. — D. Bern. — Fauſtin.

diuinæ gratiæ, & fœlicitatis æternæ cunctis animantibus terræ non ſolum præcellentem, ſed etiam poteſtate dominantem. Sic ex ipſo Auctore exhauriui ſecundum ſententiam, non ſecundum verba. An Angelus magis ad Dei imaginem factus ſit, quam homo, ſic reſpondemus, quod aliqui Angeli ſecundum gratiam, & gloriam ſunt Deo ſimiliores, quam plerique homines; & è contrà nonnulli homines, quam multi Angeli. Poteſt tamen ſimpliciter, & abſolute dici, homo ſimilior Deo, quam Angelus, in eo ſcilicet, quod in genere hominum ſit Deipara ſemper Virgo Maria, quæ longiſſime ſecundum gratiam, & gloriam omnes Angelos ſuperat, ac ſimilior eſt Deo, quam vllus Angelorum. Sic Valentinus. Sed an mulier facta ſit ad imaginem Dei, reſpondemus cum Baſilio S. hom. 10. in Geneſic dicente. Habet mulier nihilominus, quam vir, quod ad imaginem Dei facta eſt: honor vtriq; naturæ nihilo diſpar æquales virtutes, vtrique in agone virtutis decertanti propoſitum par præmium, conſimilis vtrique peccanti decreta damnatio. nolim dicat mulier imbellis ſum & infirmæ conditionis; iſthæc infirmitas carnis eſt, nam in anima ſibi ſedem fixit virtus firma, ac potens. Diuina igitur imago hæc cum in vtroque ſexu per æque honoretur, ſit & compar vtroque virtus, quæ per bona opera vim ſuam exerat, & explicet, ſic Baſilius. Pererius in libro ſupracitato in quadam eius digreſſione morali, in fine, ſic inquit. Et ſicut Apelles ſimulacrum Veneris inchoatum, morte præoccupatus non potuit abſoluere, nemoque poſtea pictor, qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus eſt, oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitãdi ſpem auferebat, vt tradit Cic. in exordio, lib. 3. De officijs, ſimili ratione Deus per creationem hominis dedit imaginem ſuam, ſed imperfectã, quam nemo præter Deum poſſet perpolire, & abſoluere; id enim proprium Dei eſt, qui quam imaginem inchoauit per creationem, eam polit, & ornat per iuſtificationem, & abſoluit, atque conſumat per glorificationem: itaque qui Dei imaginem in ſe poſitam ſceleribus fœdat, deſtruit, ac delet, quaſi in Deum iniurioſus grauiſſima mœretur ſupplicia, ſic ipſe Auctor.

Baſil.

Pereri.

DE IMPERIO IN ANIMALIA ante, & post Diluuium.

Caput Octauum.

T præsit Piscibus Maris, & Volatilibus Cœli, & bestijs, uniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra, cap. 1. v. 26. Moyses primo loco memorat pisces, quia hi omnium animantium minimè dociles videantur, quod si eis præest homo, quanto magis eum cæteris animantibus præesse credendum est? Sic Pererius: at D. Basi. sic inquit. Delphinus incredibilis perspicacitatis animal magnarumque virium, mirificè amat, & obseruat hominem, eique quoquomodo gratificari, obsequi, & deseruire gestit. Sic ille. Plinius libro 8. cap. vigesimoquinto, de Crocodilo narrat mirabilia, quæ quidem cum nobis indicantur impossibilia, & pene incredibilia prætermittimus.

Delphini.

Crocodilus.

Theodoretus.

Theodoretus in quæstione vigesima in Gen. putauit ingentes illos pisces, Cætos, & Balenas non esse subiectos Imperio hominis. Sed è contra Basilius homilia decima in Genes. refellit opinionem Theodoreti, & sic inquit: Equidem vidi admirabilem hominum in capiendis Balenis solertiam, & ingeniosum valde artificium, & paulo inferius. Atque ita Cætus hic tam immanis, & ferus nullo prope negotio per hamum tenacius inhærescentem captiuus adducitur, hominis ingenio, & industria domitus, & expurgatus, prædaque factus piscatori exiguo, ingens, immanis, imbellis, sic ille. De obedientia animalium erga homines legitur de Beatis Francisco, & Antonio Patauino, Aues, atque alios animantes eis fuisse obsequentes, & obedientes, & audientes illos: & hoc accidit illis, propter sanctitatem vitæ. Sed videamus quomodo Animalia ante peccatum erant subiecta homini. Ad quam quæstionem respondens Pererius libro quarto, De creatione

Aues obediẽtes Beatis Frãcisco & Antonio.

Creatione hominis, in cap. De Imperio hominis in animantia, sic inquit. Summa solertia, ac prudentia hominis factum esse in statu innocentiæ, vt cuncta animantia Imperio eius subijcerentur: & hoc quatuor modis effici posse, vt animal quantumuis sæuum, & truculentum sub potestatem, & vsum hominis redigatur, primo inquit ille per quosdam arcanos modos, qui certis quibusdam verbis, & carminibus constant, & appellantur incantationes, vt patet in serpentibus. Deinde commutatione cœli, & variatione confacti victus, præbens nobis exemplum Leonum, qui quidem si alantur, & transferantur in meliorem regionem Cœli, & temperiem aeris meliori cibatu alantur paulatim ferocia leonina remittentur: rabiem suam, & ferociam exuunt aduersus eos, a quibus aluntur, Sed cum illis familiariter ludunt eique blandiuntur. Sic Ille. Narrat Plinius libro decimo, cap. septuagesimoquarto, de quodam Aspide veram historiam sic scribens: De Aspide miraculum Philarco reddatur: is enim auctor est, cum ad mensam veniens in Ægypto aleretur assiduè, enixam catulos, quorum ab vno filium hospitis interemptum: illam reuersam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, & necem intulisse catulo, nec postea in tecto id reuersam; sic ille. Altera ratio Pererij, quæ est sequens, videtur mihi esse magis realis, & rationabilis, quæ tota pendet, & sumitur ex singulari prouidentia Dei, qua mirabiliter factum fuit, vt animalia non solum homini nocerent, verum etiam subiecta essent, & obedirent. Credidit enim auctor ille per Angelos animantes adductas esse ad Adamum, vt singulis ipse nomen imponeret. Vgo de Sancto Victore in suis annotationibus super Genes. annotauit propter peccatum hominem amisisse dominium in duo genera animalium, in maxima vt sunt Leones, Tigres, & similia, & in minima, & vilissima veluti sunt muschæ, pulices, culices; sic ille. Sed fortasse quispiam quæret, an in statu innocentiæ non tantum brutis, sed etiam homo homini dominaturus fuerit, cui quæst. Respondet Diuus Augustinus libro decimonono De Ciuitate Dei, cap. decimoquinto, sic inquiens. Rationalem factum ad imaginem suam, noluit nisi irrationalibus

Quibus modis hõ possit subijcere animalia suo Imperio, secundum Pereriũ.

Plin. de quodam Aspide historia.

Pereri⁹.

Vgo Sãcti Victoris.

Hoĩem pp pctã amisisse dñum ĩ duo gña aĩalium.

Aug.

 domina-

dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. Et paulo inferius in eodem loco ipse Augustinus, sic ait. Conditio quippe seruitutis iure intelligitur imposita peccatori: Putauit Pererius etiam in statu innocentiæ alios alijs imperaturos fuisse, vt videtur in Angelis Sanctissimis alios esse superiores, alios inferiores. Daniel Propheta quoque cap. octauo, & Zaccharias cap. secundo, inducunt Angelos alios alijs imperantes; status autem innocentiæ non destruebat, aut funditus euertebat statum, & ordinem naturæ. Diuus Augustinus libro decimonono, de Ciuitate Dei, cap. decimoquarto, sic inquit. Non enim iusti dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec, principiandi superbia, sed prouidendi misericordia. Hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominem condidit. Sic ille. Sed an in statu innocentia mulier fuisset sub viri potestate; respondet Pererius, sic inquiens, subiectio mulieris sub potestate viri in illo statu innocentiæ fuisset voluntaria iucunda, atque omnis expers molestiæ; fuisset enim in vtroque natura integra, ratio recta. Post peccatum autem, vt hæc subiectio fit mulieri acerba, & in pœnam peccati; tum quod sæpe numero mariti inhumanius, quam par est tractant vxores: tum etiam quod mulieres corrupta natura, deprauata voluntate, vel præter quandam naturalem leuitatem ingenij, & iracundiam animi ægreferunt regisse a viro, eiusque imperio esse subiectas. Hæc autem prauitas, tam viri, quam mulieris ex peccato nata est. Sic Auctor ille. Quiquidem digressionem faciens ad moralitatem se vertens, sic ait, per pisces, qui demersi aquis perpetuo viuunt, significatur mollities carnis, & æstus libidinum. Per aues immodica gloriæ, & honoris cupido: per reptilia nimium coaceruandi diuitias, bonaque terrena studium: per bestias, & feras ardens vindictæ, & vltionis appetitus. Sic ille. *Formauit igitur Deus hominem de ligno terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Genes. cap. secundo, vers. septimo,* Rupertus libro secundo de Trinitate cap. vigesimo, mouet quæstionem hanc, cur Deus cum posset ruinas Angelorum nouis a se creatis Angelis reædificare, & totidem quot ceciderunt creare,

Sentẽtia Aug.

An in statu innocẽtiæ mulier fuisset sub potestate viri.

Rupert⁹

&c in

& in Cœlum leuare; vt vnius generis esset plebs cuncta, omnisque nobilitas cœlestis patriæ, cur inquam homines alterius naturæ, vel conditionis fecerit, quos reponeret pro Angelis, & non cunctos, aut multos simul, sed vnum tantummodo de terra plasmauerit, de quo propagarentur cæteri? ad quam quæstionem sic respondet Pererius libro quarto de creatione hominis super verba. *Formauit igitur Dominus de limo terræ*, sic inquiens, Hominem primo, & principaliter non esse creatum ad reparandas Angelorum ruinas: nam & si nullus cecidisset Angelus, nihilominus creatus esset homo; quippe qui rerum omnium corporalium sit præstantissimus, qui si deesset mundo, nequaquam is completus, & absolutus censeri potest. Sunt enim tres generales gradus naturæ: vnus, primus, ac summus, naturæ pœnitus incorporeæ, vt Angelus: alter infimus, naturæ tamen corporeæ, vt leo, & equus; tertius medium dignitatis locum tenens ex vtroque mixtus, quod genus vnus duntaxat homo constituit, partim corporeus, & partim incorporeus. Nonnulli putarunt præter quatuor elementa, aliquid etiam ex quinta essentia, scilicet ex natura cœlesti venire in compositionem corporis humani; Verum hanc opinionem, vt falsam, & sanæ doctrinę contrariam damnant Theologi & Philosophi: sic Pererius. *Pereri⁹.*

AN

AN DEUS DEDERIT HOMINI corpus naturæ eius conueniens perfectum secundum ætatem : & si Angeli concurrerint in procreatione hominis.

Caput Nonum.

Ine vlla dubitatione credendum est corpus humanum aptissimum, & decentissimum naturæ hominis a Deo fabricatum esse, ait Pererius, D. Bonauentura in secundo Sententiarum distinctione decimaseptima, articulo secundo; multis rationibus probat non fuisse conueniens humanum corpus constare materia cœlesti. Corpus hominis esse longe præstantius corporibus aliorum animalium iudicari potest. Primo hoc manifeste indicat recta humani corporis species, causa efficiens quidem est abundantia caloris. Materia est valde mollis, & delicata, denique finis eius: non enim vt cętes animalibus, sic homini propter cibum, & potum modo & conseruationem vitæ; sed præcipue ad comparandam scientiam omnium rerum, præsertim vero cœlestium, & cognitionem rerum diuinarum. Sensus autem interiores esse perfectiores in homine, quam in animalibus extra controuersiam est: interiores sensus appellat ille sensum communem: Vim imaginatiuam, memoriam, ac reminiscentiam, cogitatiuam, & non solum hominem esse præstantiorem omnium animalium in sensibus interioribus, sed etiam in exterioribus, sic Pererius in libro de creatione hominis, quæstione prima. Secundum summariam eius sententiam. Aristot. libro quinto de generatione Animalium, cap. primo, tradit excellentiam cuiusque sensus duabus ex rebus existimari posse, vel ex perceptione rei sensibilis, vel ex iudicio eiusdem rei, sic ille; At in perceptione rei sensibilis certe Aquila cernit longinquius, & odores sentit

Bonau.

Causa creationis hominis.

Sensus hominis perfectiores, quã in animalibus.

Arist.

vultur,

vultur, homo tamen ad omnem varietatem differentias colorum, siue in lapidibus, siue in metallis, siue in herbis, aut floribus certius visu cognoscit. Vice omnium, quæ habent animalia, Deus homini dedit rationem, & manus; perspicue cognoscitur excellentia temperamenti corporis humani: quod quidem in homine propius accedit ad mediocritatem, quam in corporibus cæterorum animalium, vt nimis terrea, vel nimis aquea. Quo fit, vt habere naturalia indumenta, & arma, vti habent animalia, imperfecta arguat corporis eorum destitutionem. Sic inquit Pererius loco superius citato. Verum audiamus quid dicat Seneca in libro secundo de Beneficijs, cap. vigesimonono, repræhendens eos, qui de Natura, & Deo quæruntur: sic inquit. Et quidem professi sapientiam quæruntur, quod non magnitudine corporis æquemus Elephantes, velocitate Ceruos; leuitate Aues, impetu Tauros, & paulo inferius. Proinde quisquis es iniquus æstimator sortis humanæ, cogita quanta vobis tribuerit parens noster, quanto valentiora animalia sub iugo miserrimus, quanto velociora consequamur; quam nihil sit mortale non sub nutu nostro positum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil in eodem, quo intendit momento per suũ est syderibus velociorem, quorum post multa sæcula futuros Cursus antecedit: sic Seneca. Veruntamen proculdubio dicendum est corpus primi hominis, nec ab Angelis formatum esse, nec potuisse: siquidem Angeli cum sint incorporei nullam vim, & potestatem habent per se generandi rem aliquam corpoream, nisi tantummodo ministrando adhibendo causas naturales inuicem, per quas causas corpora naturalia generari possunt; quo Agricola segetes creare, vinum generare. Medicus propulsare morbos, & sanitatẽ effice re dicitur, sic inquit Pererius, quod exprobatum est a Diuo Augustino in libro nono de Genes. ad literam, in cap. decimoquinto. Nonnulli dixerunt collegisse puluerem Angelos, compegisse materiam, eamque in similitudinem humani corporis figurasse; quam materiam humana specie figuratam Deum animasse inspirando in eam animam rationalẽ. Quæ quidem opinio, quam vera sit, sicut facile potest dici, sic

Animalia cernunt longinquius. Homo melius cernit differentias colorum.

Seneca.

eadem

eadem facilitate poteft reprobari. Auguftinus fuper Genefi dicit, quod Adam in virili ætate continuo factus eft, & hoc fecundum fuperiores, non inferiores caufas, ideft fecundum voluntatem, & potentiam Dei, quam naturæ generibus non alligauit: qualiter Virga Moyfis conuerfa eft in Draconem. Sic Auguftinus, nonnulli putarunt Adamum, & Euam fuiffe creatos in ætate Domini Iefu Chrifti, in qua refurrexit a mortuis, fcilicet in anno 33. At Pererius putauit fuiffe creatos in annum quinquagefimum; & quia Adam vixit longiorem vitam omnium mortaliũ, credidit iuuenilem ætatem illius non effe priufquam in anno quinquagefimo, & perfecta corporis ftatura effe formatum. Ioannes Lucidus in libro primo, De emendatione temporum. cap. quarto, exiftimauit Adamum proceritate corporis fuiffe Gigantem; & Beatus Hieronymus fuper cap. vigefimofeptimo Matthæi: fcripfit Adamum non in Montem Caluariæ, fed in Hebron, vt tradit Iofue, fepultum effe. Sed refellitur Ioannes Lucidus a Beato Cipriano in fermone de Refurrectione Chrifti, ab Epiphanio libro fecundo, contra Hærefes, cap. vltimo, ab Auguftino fermone feptuagefimoprimo, qui eft de immolatione Ifaac, in Epiftola Paulæ, & Euftochio, omnes ipfi dicunt Adamum effe fepultum in monte Caluarię, & vocatum effe maximum, non proceritate corporis, fed dignitate propter duas prærogatiuas habitas a Domino, vnam originis a Deo in creatione, alteram vero fingulorum beneficiorum, quibus ornatus a Deo fuit, fcilicet iuftitia originali, fcientia omnium rerum, immortalitate, & Domicilio Paradifi terreftris: fed an corpus primi hominis prius tempore formatum fit, quam fit creata anima; refpondet Chryfoftomus homilia decimatertia, fic inquiens: ficut enim Cœlum, & Terra, & Sol, & Luna, & cætera omnia formata funt, & irrationabilia animalia, & poft hæc omnia homo, horum principatum fufcepturus: ita & in hac hominis formatione prius corpus producitur, & doftea anima, quæ eft dignior: Sic ille. At Gregorius Nyffenus in libro de Homine, cap. vigefimonono, & trigefimo. Damafcenus libro fecundo de Fide Orthodoxa, cap. duodecimo. Sanctus Thomas prima parte, quæftione nonage-

Opinio Pererij fuiffe creatos Adamũ et Euam in quinquagefimo anno

Ioannes Lucidus

Refellitũ Io. Lucidus a Cipria. Epiphan. & Aug.

Opinio Chryf.

Gregor. Nyff. Damaf. Tho.

nonageſimaprima, Aug.lib.de Gen.contra Manichæos, c.8. *Aug.* cenſent iſti viri doctiſſimi formatum eſſe corpus humanum ſimul cum anima in eodem tempore, & in eodem inſtanti; ſed ſi ex aliqua parte Angeli concurrerint ad procreationem hominis, reſpondetur non potuiſſe Angelos concurrere ad creationem animæ rationalis, cum ſit animus hominis immaterialis, & immortalis, nec aliter quam ex nihilo, ex Deo creari poteſt. Nec Angeli poſſunt creare rem nullam docet Aug.lib.9.de Gen.ad literam, c.15. *& inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Gen.c.* 2.v.7. Quidam putarunt animam hominis ex ſubſtantia Dei eſſe procreatam, vt fuit M.Tullius. Arbitratus eſt Perer.li.4. de creat.hom.q.2.nu.117. Moyſen oſtendiſſe immortalitatem animæ verbis illis cum dixit, hominem eſſe factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, quoniam ſi homo nõ fuiſſet immortalis, ſcilicet anima eius, & incorporea non vere diceretur eſſe factus ad imaginem Dei, atque ſimilitudine hac hominis cum Deo. Plato in Alcibiade, & in Phedone putauit validiſſimum eſſe argumentum immortalitatis animæ. Hæc autem ſimilitudo hominis cum Deo in rationibus ſequentib. maxime elucet; primo in quadam infinita capacitate mẽtis, quæ habilis eſt ad agnoſcendas res omnes. Deinde in appetitu voluntatis humanæ, vt nullo bono præter infinitum, ſcilicet Deum, omnino ſatiari queat; poſtea in voluntate liberi arbitrij. Denique in quadam naturali cupiditate æternitatis, quam ſibi expetit animus. Sic ſenſus locutionis illius. Qui quidem ait Moyſen dixiſſe, & iuſſiſſe, vt terra, & aqua producerent animas terreſtrium, & aquatilium animalium. ſignificãs eos creatos eſſe ex materia elementari; ſed de anima hominis dixit eam eſſe inſpiratam, & inſufflatam a Deo, vt intelligatur eam eſſe diuerſæ conditionis ex nulla materia, creata, & a Deo ſolo. Alius locus ad demonſtrandum immortalitatem animæ repertur in Exod.cap.tertio, vbi ſcriptum eſt Moyſen dixiſſe: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob,* non enim vt ait Dominus, in Euangelio eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Sic ille. Sed an animus rationalis ſit immortalis natura ſua; an tantum Dei voluntate;

Pererius ſup immortalitatem animæ.

F Putauit

Putauit Pererius natura sua, animam rationalem esse immortalem cum sit immaterialis natura quædam simplex, & per se substineus.

SVPER VERBA ILLA: TVLIT ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum: præcepitque: Ei, dicens, ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Caput Decimum.

PRius Adam collocatus est in paradiso posterius vero creata est Eua: conueniens erat, vt statim introducto in Paradisum homine legem, quam seruaturus erat ei imponeret, vt quam primum agnosceret se esse seruum Domini Dei sui. Rupertus in libro secundo De Trinitate, cap. trigesimosecundo, inquit esse datum præceptum non comedendi de ligno scientiæ boni, & mali non solum Adamo, sed etiam Euæ. Cur igitur Moyses expressit solum nomen Adæ? quia ei principaliter datum est, ex cuius obseruatione, aut violatione pendebat conseruatio fidelitatis, quam a Deo accepit; vel eius amissio sui totiusque posteritatis exitium; Si enim Adam præceptum custodiuisset, licet Eua id non seruasset, nihil tamen mali Adamo, & posteris eius contigisset; at contra peccante Adamo, licet Eua non peccasset eadem tamen mala, quæ vtrisque peccantibus euenerunt, nihilominus tamen eorum posteris accidissent, sic Pererius ex sensu Ruperti. Tertullianus sub initium eius libri aduersus Iudæos, sic inquit. Primordialis enim lex data est Adæ, & Euæ in paradiso,

Rupert⁹.

Tertull.

paradiso quasi matrix omnium præceptorum Dei: sic ille; est enim lex naturalis, quam Deus cunctis hominibus dedit; altera est lex supernaturalis Fidei, Spei, Charitatis; Tertia fuit lex Mosayca; quarta lex Diuina, scilicet lex Euangelica; Quinta est priuata lex, vt ista data Adamo, vt non ederet de cibo vetito, scilicet arboris scientiæ boni, & mali. Sed cur præter legem naturalem, & in illa supernaturali Deus hac etiam lege speciali non edendi ex illa arbore voluerit eos Deus obligare? Prima ratio, vt declararet Deus se Dominum esse hominis, & esse factum à Deo facultate liberi arbitrij præditum, & ornatum. Sic Pererius libro quarto, de creatione hominis, quæstione secunda, numero centesimoquadragesimoquarto, & centesimoquadragesimoquinto Diuus Augustinus volens nobis ostendere, quam bona sit obedientia libro octauo, super Genes. ad literam, cap. decimotertio, sic inquit. Nec potuit melius, & diligentius commendari quantum malum sit sola inobedientia, cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset non vtique peccasset; & paulo inferius sic ait ille. Hoc expertus est homo contemnens præceptum Dei, & hoc experimento didicit, quod interest inter bonum, & malum; bonum scilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ, idest superbiæ, & contumaciæ, peruersæ imitationis Dei, & noxiæ libertatis. Sic Augustinus. Beatus Gregorius libro trigesimoquinto Moralium, cap. decimo, inquit. Non enim in paradiso arbor mala extitit, quam Deus homini, ne contingerit, interdixit; sed vt per melius obedientiæ meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, vt hunc etiam a bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto & a bono cessans, auctori suo se subditum humilius exhiberet: Sic ille. Rupertus libro secundo De Trinitate, cap. trigesimoprimo, affirmat tribus propositionibus Deum voluisse à primo hominem Fidem, Spem, Charitatem, sic scribens. Ex omni ligno comede, & de hoc ne comedas, & in quocumque die comederis ex eo morte morieris. His tribus propositionibus tres ab homine virtutes exigens, idest Charitatem, Spem, & Fidem,

Aug. cõtra inobedientiam.

Greg.

Rupert.

Fidem, quas nunc reciprocato ordine a nobis exigit eadem Trinitas vnus Deus Fidem, Spem, Charitatem: Qui quidem Auctor, ait, non eſſe ſimilem Dei, atque hominum rationem in prohibendis malis futuris. Multa facit Deus ex quibus ipſe certo ſcit mala quædam conſecutura, cuius generis fuere miracula in Ægypto facta coram Pharaone, & Ægyptijs. Creat item Deus quotidie quamplurimas animas rationales, quas ſcit æternis ſupplicijs damnatas iri. Si enim Deus nihil mali ſineret fieri, vbi eluceret clementia eius in condonandis peccatis? vbi iuſtitia in ſceleribus vindicandis? Patet igitur non ideo fuiſſe conueniens, vt Deus præceptum illud non daret Adamo, quod ab eo violatum iri pernouiſſet. Sic Pererius libro ſuperius citato, quæſtione quarta. Quomodo vero fuerit, quod Deus minatus eſt Adæ, vt in quocunque die comederet ex illa arbore moreretur, quippe difficile habet intellectum; cum poſt eum illius fructus triginta, & nongentos annos vixerit Adam. nonnulli putarunt Deum eſſe locutum de Morte Spirituali tantum, ſed non de corporali. Alij opinantur eſſe ſententiam comminatoriam non diffinitiuam: ſic Pererius. At Iuſtinus Martir in Dialogo cum Triphone, & Irenæus libro quinto aduerſus Hæreſim cenſent, dies Domini eſſe ad mille annos, ſicut cecinit David Pſal. 89. mille annos ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ præterijt; Sanctus Hieronymus in libro tradition. Heb. in Gen. pro verbo illo morieris vertit mortalis eris. Hæc interpræratio probatur a Theodoreto in quæſt. 38. in Gen. Beatus Gregorius homil. 37. in Euangelia, ſic inquit, temporalis vita æternæ vitæ comparata mors eſt potius dicenda quam vita. Sic ille. Adam propter eſum interdicti cibi non modo corporis mortem promeruit, verum etiam æternæ mortis reus fuit. Cur igitur non pœnam inferni, ſed tantum mortis Deus comminatus eſt Adæ, etenim affectus humanus plane ſequitur cognitionem Dei. At pœna Inferni ſola Fide nota nobis eſt, & perſuaſa; mors autem corporis credita eſt nobis Fide, ratione, & ſenſu; quia homo compoſitus ex materia, & forma; ex rebus contrarijs non poteſt mortem effugere. Sic Pererius libro quarto, de creatione hominis, quæſtio. quarta art.

Iuſtinus Martir. *Irenæus* *S. Hier.* *Theodoretus.*

art.167. Sed quotidie videmus homines infirmos eſſe, deinde mori, & ablatos eſſe ad ſepulchra, vnde faciliime credimus nos debere mori. Aug.lib.13.de Ciuit.Dei,c.23. ſic inquit,propterea comminatus Deus Adamo mortem,de ſecunda morte nihil dixiſſe credendum eſt,quia occultam eſſe voluit,propter diſpenſationem teſtamenti noui:ſic ille: & ſic finem faciamus capituli.

DE FORMATIONE
Euæ ex Adamo.

Caput Vndecimum.

Ixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam; cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Geneſ.cap.2.verſ.18.21.& 22.

Moyſes aperit cauſam nobis, quia non eſſet bonum hominē eſſe ſolum, tum maxime ad generandam propagandamque prolem, tum ad conſeruandam ſpeciem humanam, & quia perfectum opus viuentium eſt generare ſibi ſimile Auctore Ariſt. imperfectus fuiſſet Adam ſi ea facultate caruiſſet. Nec erat bonum hominem eſſe ſolum propter Angelos, nimirum cauſa reſtaurandi ruinam illorum. Nec id fuiſſet bonum propter Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ex Adamo progenerandus erat primus prædeſtinatorum. Sic Pererius lib. ſupracitato de procreatione primæ mulieris. At hæretici noſtri temporis ſuper hanc ſententiam Domini, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, ad oppugnanda monaſtica vota ſic inquiunt, illi non eſt bonum hominem eſſe ſine coniugio, ergo iſta vota, quæ coniugium excludunt mala ſunt. Verum dici poteſt iſtis hæreticis, erratis neſcientes Scripturas.

Aduerſio cōtra hereticos dicētes nō eſſe bonū hoīē eſſe ſine coniugio.

Nonne

Nonne in cap. tertio prioris epistolæ ad Corinthios statum virgineum longe optabiliorem esse matrimonio Paulus demonstrat? Bonum est inquit hominem mulierem non tangere: & dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego: & solutus es ab vxore noli quærere vxorem, & qui iniungit matrimonio virginem suam bene facit: & qui non iniungit melius facit; Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium; Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam. Sic ille. Sed quid dicimus doctrinam noui testamenti contrariam esse veteri testamento? non equidem, at in illo statu sic requirebat, vt homines crescerent, & multiplicarent, sed in statu nostro post aduentum Domini conueniens fuit, vt perfectiores viri se continerent a matrimonio propter Regnum Cœlorum, & causa ducendi meliorem, & perfectiorem vitam. Audiat

B.Cipr. igitur lector Beatum Ciprianum in tractatu de habitu virginis, sic dicentem. Prima Dei sententia crescere, & generare præcepit; secunda ad continentiam suasit. Cum adhuc rudis, mundus, & inanis est, copia fœcunditatis generante propagamur, & crescimus ad humani generis augumentum, Cum iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt Spadonum more viuentes, castrantur ad regnum. Sic ille. Fecit Dominus, & creauit Euam, partim similem, partim dissimilem a viro, similem fecit in anima rationali, capacem æternæ beatitudinis, dissimilem vero secundum sexum, & secundum ea, quæ consequuntur sexum naturaliter. Sic Pererius secundum sensum sermonis illius

Aug. super verba. *Faciamus adiutorium simile sibi*. Beatus Augustinus libro nono de Genes. ad literam, cap. tertio, & quarto, sic inquit. Si quæritur ad quam rem fieri oportuerit hoc adiutorium nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos, & paulo inferius, ait ille. Aut si ad hoc adiuto-

B.Paul' rium facta est? Sic Augustinus, Beatus Paulus in cap. vndeci-

Tertull. mo prioris Epistolæ, inquit. Virum esse imaginem Dei, mu-

B.Tho. lierem autem viri. Tertullianus libro secundo aduersus Mar-

Rupert' cionem, Rupertus libro secundo de Trinitate, cap. trigesi-

Basil. mosecundo, Basilius homilia vndecima in Genes. Beatu

Tho-

Thomas in prima parte, quæſtione centeſimaſecunda, omnes cenſuerunt Euam formatam eſſe in paradiſo; & in die ſexto, credidit Sanctus Thomas eſſe procreatam. *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: Geneſ. cap. ſecundo, verſ. vigeſimoprimo.* Pererius ſuper illa verba diſputans, an fuiſſet ſomnus Adami, vel extaſis, ſic inquit. Dicamus igitur fuiſſe illum quidem ſomnum, ſed talem, vt in eo ligatis ſenſibus nihilominus mens ſoluta, & diuinitus illuſtrata, & res, quæ in id temporis gerebantur, cerneret, & quæ in eis latebant myſteria intelligeret. Sic ille. Magiſter Sententiarum in ſecundo libro, diſtinctione decimaoctaua, putauit ſic a Deo factum fuiſſe, vt nobis oſtenderetur admirabilis illius potentia, qui tam ſuauiter facere potuerit. Deinde vt inſinuaret magnum quoddam myſterium, quod in ea re latebat; quemadmodum ex Adami dormientis latere formata eſt Eua, ita ex latere Chriſti in Cruce mortui profluxit ſanguis, & aqua, vnde condita eſt Eccleſia. Chryſoſtom. homilia decimaquinta, in Geneſ. & Epiphan. contra hæreſim, 48. crediderunt tam grauem ſomnum Adamo eſſe a Deo impreſſum, quia voluit Deus, ne Adam vllum dolorem ſentiret ex detractione coſtæ. Narrat Toſtatus ſuper cap. decimotertio Geneſeos, quæſtione tercenteſimaquinquageſimaquarta, fuiſſe ſuo tempore in Hiſpania mulieres quaſdam Maleficas, quas appellant Stryges, quæ linientes corpus ſuum quodam genere vnctionis ab omni ſenſu alienabantur, vt viderentur ſibi in longinquas terras per aera deferri, & in amœniſſimis locis verſari: cum tamen facta illa vnctione caderent in terram, veluti exanimes, ita vt nec verberibus excitari poſſent, nec acutus vehementer punctæ, nec ignibus aduſtæ. Beatus Auguſtinus in libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap. vigeſimoquarto, ſic inquit. Præsbyter quidam fuit nomine Reſtitutus in Parochia Calamenſis Eccleſiæ; qui quando ei placebat, rogabatur autem vt hoc faceret ab eis, qui rem mirabilem coram ſcire cupiebant, ad imitatus quaſi lamentantis cuiuſlibet hominis voces, ita ſe auferebat a ſenſibus, & iacebat ſimillimus mortuo: vt non ſolum velicantes, atque pungentes minime ſentiret, ſed aliquando etiam igne vreretur

Magiſt. Sentent.

Allegoria.

Chryſ. Epiph.

Toſtat. Mulieres Maleficæ in Hiſpania.

Aug. Caſus cuiuſdam præsbyteris.

tur

tur admoto ſine vllo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex vulnere: non autem obnitendo, ſed non ſentiendo non mouere corpus, eo probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus; hominum tamen voces ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audiuiſſe poſtea referebat: ſic ille: potuit id etiam fieri a Deo, vt detractio coſtæ Adamo nihil doloris inferret ei ſuſpendente, in ſenſu tactus vim illam ſentiendi. Quatuor cauſis Adam vehementer incitabatur ad diligendam Euam, ſcilicet propter ſimilitudinem eiuſdem naturæ: propter copulam carnalem: propter generationem prolis. Super omnia quod eſſet Eua aliquid ipſius, ideſt ſubſtantia eius, etenim coniunctio Adam, & Euæ continebat Sacramentum Eccleſiæ coniunctionis cum iuſto; Ex ſiniſtro autem latere formata creditur Eua in quod vertitur cor humanum propter ſummum amorem, qui inter virum, & vxorem eſſe debet; ex coſta porro facta eſt mulier, quod in coſta ſit caro, & os, neruus, & ſanguis: quapropter ex ipſa formata eſt Eua, tanquam ex perfecta parte corporis. Sic Pererius quæſtione tertia, & quarta, libro quarto de creatione hominis: Putauit etiam idem Auctor, vt coſtam illam in tantam materiæ molem quantum ſufficeret eſſe auctam in fabricanda muliere. Catharinus in Gen. ſuper verba, *Et adduxit eam ad Adam*, ſic inquit; hoc ipſum in eius mentem inſpirauit, vt ad illum, ex quo ſumpta erat accederet, tanquam ad virum ſuum. Et paulo inferius ſic ait. Ex illo autem tempore fuit inter Adam, & Euam copula matrimonij omnino indiſſolubilis, quæ non talis in alijs eſt, priuſquam carnaliter copulentur, quia non ſunt vna caro, ſicut illi erant; ſic ille. Caietanus cenſuit, quæ ſcripſit Moyſes de procreatione Euæ ex Adamo non tamen hiſtoricè, ſed parabolicè accipienda eſſe, ſed aduerſantur Caietano omnes Patres, ac Theologi: ſimiliter damnatur Origenes ab Epiphanio, quia tria prima cap. Geneſeos non hiſtoricè, ſed allegoricè intelligenda eſſe cenſuit. *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, Geneſ. cap. ſecundo, verſ. vigeſimoquarto.* Heſdra libro tertio, cap. quarto, ſic inquit. *Homo patrem ſuum relinquit*

Cauſe dilectionis inter Adamum, & Euā.

Catharinus.

Heſdra.

inquit qui enutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit, & cum muliere remittit animam; & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem, & paulo inferius: *& iterum diligit homo vxorem suam magis quam patrem, aut matrem, & multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas, & multi perierunt, & iugulati sunt, & peccarunt propter mulieres.* sic ille.

AN IN STATV INNOCENTIAE multiplicati fuissent homines per generationem carnalem. Et si in statu illo integritas muliebris corrupta esset.

Caput Duodecimum.



ARdor libidinis turpificans, & deformans actum generationis non fuisset in statu innocentiæ, ait Augustinus. *Aug.* Sed generationem carnalem in illo fœlici statu sentit idem futuram esse. Putauit Pererius libro superius citato, quæstione secunda, numero ducentesimouigesimonono, in statu innocentiæ parem futurum marium, atque fœminarum numerum. Beatus Augustinus libro decimoquarto De Ciuitate Dei, cap. vigesimosexto, sic inquit. In tanta facilitate rerum, & fœlicitate hominum, absit vt suspicemur non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo: sed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera: & sine ardoris illecebroso stimulo cum tranquillitate animi, & corporis nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Sic Augustinus. Sed Beatus Bonauentura in secundo Sententiarum, distinctione vigesima, quæstione quarta, interprætatur *S. Bonauent.* sententiam Augustini in hunc modum, verba illius sunt hæc, intelligendum est, quod integritatis corruptio tria dicit, scilicet claustrorum muliebrium apertionem, pœnalem passionē, & fędā delectationē: quorum primum est naturę, alterum

est pœnæ, tertium vero corruptionis vitiosæ, quæ medium tenet inter culpam, & pœnam. Si igitur vir cognouisset vxorem in tempore institutæ naturæ, fuisset ibi claustrorum apertio non tamen ibi fuisset pœnalis passio, neque fæda delectatio, quia vis generatiua, nec esset tunc corrupta, nec infecta, immo obedirent rationi illa membra, vt dicit Augustinus, sicut obediunt os, manus, & lingua. Sic ille. Contendunt Hæretici nostri temporis super illa verba. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*. præceptum esse a Deo quemlibet hominem non vacare generatione prolis. Sed è contra Scotus in quarto Sententiarum, distinctione vigesimasexta, sic interprætatur illud præceptum, est institutio matrimonij per modum præcepti affirmatiui, quod obligat semper, sed non ad semper, sed tempore necessitatis non tantum in principio, sed adhuc videtur eodem modo obligare, si paucitas in filijs ex aliqua causa accideret, puta ex bello, peste, vel clade, & eiusmodi. Sic Scotus. Prætermittimus breuitatis causa insistere in hac disputatione, & afferre quid dicat Beatus Cyprianus tractatu secundo de habitu virginis: necne Magister Sententiarum libro quarto, distinctione vigesimasexta, & pariter Beatus Augustinus libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap. vigesimoprimo, Damascenus libro secundo, & quarto, De Fide Orthodox. Chrysostomus libro de Virginitate.

Scotus.

AN IN STATV INNOCENTIAE fuisset in vsu hominibus carnium esus. Et si in exordio mundi animalia, quæ nunc sunt carniuora, etiam tunc carnibus vescerentur, an Solis plantis.

Caput Decimumtertium.

Ixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Genes. cap. primo, vers. vigesimonono. Ex verbis istis apparet arbores fuisse a Deo creatas in exordio mundi cum fructibus maturis; simplicitas, quam frugalitasque in victu illorum quanta esset: quæ frugalitas per annos 1656. vsque ad Diluuium seruata, & culta est. Sic inquit Pererius libro. 4. de creatione hominis super verba Gen. superius citata. Sed hic adscribam carmina Ouidij in lib. 1. Metam. *Ouid.*

,, Contentique cibis nullo cogente creatis
,, Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
,, Cornaque & in duris hærentia mora rubetis,
,, Et quæ deciderant patula Iouis arboris glande.

Beda in Exameron putauit ante peccatum omnes plantas fuisse frugiferas, nullamque noxiam, sic inquit. Iam hinc patet, quod ante reatum hominis, vel nihil noxium terra protulit, nullam herbam venenatam, nullam herbam sterilem, cum manifeste dictum sit, quod omnis herba, & vniuersa ligna data sint hominibus, ac volatilibus, terræ quoque animantibus cunctis in escam. Sic Beda. Quæ quidem opinio refellitur a Pererio loco superius citato, qui putauit, vt in sta- *Beda.* *Rupert.*

tu innocentiæ omnes artes liberales colerentur, & exercerentur: ſcilicet Agriculturam, Muſicam, Artem nauigandi, pingendi, Architectandi: & alias artes. Sed cur Deus primis hominibus non præſcripſit potum, ſicut cibum eis aſſignauit: reſpondet auctor ſupradictus tunc nullum vinum erat: Nam licet fuiſſent vites, non tamen ad potum vini, ſed ad vſum vuarum. Noe autem poſt Diluuium fuit primus inuentor vini, cæpit ſerere vites vinumque conficere: cuius potu correptus eſt ebrietate, in quã non ex intemperantia lapſus eſt, ſed ex ignorantia potentiæ vini. Sic ſenſus ſermonis illius libro quarto de creatione hominis ſuper verba. An in ſtatu innocentiæ fuiſſet in vſu carnium eſus, num. 251. & 252. Verum conſiderans ſingularem, & maximam miſericordiam Dei, erga animalia ſuper verba Moyſis. *Vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ*, vehementer admiror bonitatem, & prouidentiam Dei erga Coruos, cum apud Lucam cap. duodecimo ſcriptum ſit. *Conſiderate Coruos, quoniam non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt Cellarium, neque Horreum, & Deus paſcit illos, quãto magis vos pluris eſtis illis?* putauit Beatus Thomas in prima parte, quæſtione nonageſima ſexta, articulo primo, animalia quæ nunc ſunt ferocia, & occidunt alia animalia, in ſtatu innocentiæ eſſe eiuſdem naturæ, ponam hic verba illius. Quidam dicunt quod animalia, quæ nunc ſunt ferocia, & occidunt alia animalia, in ſtatu illo fuiſſent manſueta non ſolum circa hominem, ſed etiam circa alia animalia: ſed hoc eſt omnino irrationabile. Non enim per peccatum hominis natura animalium eſt mutata: vt quibus nunc naturale eſt comedere aliorum animalium carnes, tunc vixiſſent de herbis, ſicut Leones, & Falcones. Sic ille; in eadem ſententia videtur fuiſſe Caietanus ſuper libros Geneſ. At Beda in Examerõn, ex aduerſo, ſic inquit, patet quia nec ipſæ aues raptu infirmorum alitu viuebant: nec Lupus inſidias explorabat circum Ouilia: nec Serpenti puluis panis eius erat: ſed vniuerſa concorditer herbis virentibus, ac fructibus arborum veſcebantur. Hæc ille. Argumentum Beati Thomæ fundatum ſuper naturam animalium, quæ nunc ſunt carniuora eſt, non potuiſſe illa animalia non eſſe carniuora pariter in ſtatu illo innocentię,

Noe primus inuẽtor vini.

B. Tho. Opinat⁹ eſt aïalia ferocia eſſe eiuſdem naturæ ĩ ſtatu innocẽtiæ, cui⁹ nũc ſunt.

Caiet.

Beda ad uerſatur B. Tho.

nocentiæ, quia impossibile illi videtur, animalia esse nunc vnius naturæ, & alterius in illo statu: ad hæc argumenta respondet Pererius, sic inquiens. Temperamentum hominis, & animalium cum ætate variatur, & quod in vna ætate est naturale, in altera non est naturale: Verbi gratia, naturale est hominis in infantia non vesci carnibus, sed lacte muliebri, at in ætate adulta naturale est ei vesci carnibus, & non lacte. Non debet ergo mirum videri, animalia, quæ nunc sunt carniuora naturaliter, ante Diluuium ex herbis, & fructibus arborum eis naturalem fuisse cibum. Sic vis locutionis illius. Basilius homilia vndecima in Genes. fuit eiusdem sententię, de qua accipiemus tantum hæc pauca, & breuitatis causa alia longiora prætermittemus: qui quidem sic ait, patentes tantum herbas omne animal sibi attendebat, & depascebat; *erat autem vterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius, & non erubescebant. Gen. cap. 2. v. 25.* Augustinus libro vndecimo de Gen. ad literam, cap. primo, sic inquit. Nudi erant primi homines, & non confundebantur, Nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur, nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrænandum, quid enim puderet eos, quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suæ? Sic Augustinus. Plato libro Politicor. sic scriptum reliquit de statu primorum hominum secundum sensum sermonis illius, neq; vero in illo tempore erat vlla fera, neque alia in prædam, & escam alij cede bat. Deus ipsos pascebat eisque prȩerat, & paulo inferius, inquit ille. Nudi & sine strato sub Dio perseuerabant.

Argumentum Pererij aduers⁹ B. Tho.

Basil.

Aug.

Plato.

DE

DE STATV INNOCENTIAE primorum hominum, & de sapientia, & scientia Adami.

Caput Decimumquartum.

D. Aug. sentētia.

Iuus Augustinus libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap. vigesimosexto, sic inquit. Cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret, lignum vitę, ne illum senectus dissolueret, nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore, vllas molestias, vllis eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus æstus metuebatur extrinsecus; summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas. Sic ille. Damascenus libro secundo de Fide Orthodox. cap. vndecimo, disputans de paradiso, sic inquit. Diuinus profecto locus, ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, incolatu. In quo nullum irrationalium habitabat, sed solus homo diuinarum manuum factura. Et paulo inferius sic ait. Sine cura etiam, & solicitudine vnum duntaxat opus habuissemus, quod Angelorum est, laudare indefesse, & assidue Creatorem, & ipsius contemplatione delectari. Sic Damascenus. Pererius libro quinto de statu innocentiæ in fine præfationis illius libri, inquit septem res conficere, & decorare statum innocentiæ, quarum tres erant extra hominem, velut habitatio paradisi, fructus arboris vitæ, & singularis cura Dei erga hominem ab omni malo, tam animi, quam corporis mirabiliter conseruantis. Quatuor autem res aliæ inerant in homine ipso vna sapientiæ, altera gratiæ gratum facientis, tertia iustitiæ originalis, quarta immortalitas, & impassibilitas. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cęli; adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia: & vniuersa volatilia cęli,*

Damas.

Pereri⁹. Res septem, q̃ decorarunt statũ innocentię in paradiso.

cæli, & omnes bestias terræ. Genes. cap. secundo, vers. decimonono.
Quomodo vero animalia ducta sint ad Adamum, putauit Augustinus hoc esse factum ministerio Angelorum, libro nono, de Genesi ad literam: exigua est inter pisces, & animantes terrestres conuenientia, & similitudo, propterea ait Catharinus non esse adductos illos ad Adam. Verum cur Deus adduxit animalia ad Adamum? primo voluit ille, vt ex eorum aspectu, & comparatione cognosceret, quantum illis præstaret ob eamque causam ad laudes Dei celebrandas gratiasque agendas incitaretur, & vt agnosceret se esse factum Dominum, & principem cunctorum animantium; Et vt imponendo nomina animalibus linguam conderet; ad extremum vt cerneret ille in singulis animalibus esse marem, & fœminam: idem quoque intelligeret in humana specie fieri debere. Sic sensus sermonis Pererij libro superius citato. Eusebius libro vndecimo de præparatione Euangelica, cap. quarto, de impositione nominum disputans, sic inquit. Non ergo triuiale quidam est, ò Hermogenes, recta nominis impositio, sed doctissimorum, atque præstantissimorum virorum. Sic ille. Putauit Pererius libro quinto de statu innocentiæ, Adamum non modo scientiam rerum accepisse, verum etiam linguam perfectam, quam quidem credit esse primam omnium linguarum, vsque ad confusionem linguæ, qua vsus sit Adam, cæterique mortales, sed impositio nominum per Adam animalibus quando facta fuerit, ostendit esse factam ante creationem Euæ. Magister Sententiarum libro secundo, distinctione vigesimatertia. Bonauentura articulo secundo, quæstione prima, & secunda, Beatus Thomas prima parte, quæstione nonagesimaquarta. Vgo de Sancto Victore libro primo de Sacramento, parte sexta, cap. duodecimo, putauerunt Adamum omni scientia rerum naturalium a suo ortu fuisse præditum, quam quidem sententiam Pererius libro superius citato, quæstione prima, sic nititur comprobare. Deus in exordio mundi animalia omnia creauit in suo genere perfecta. Quemadmodum igitur Adam creatus est perfectus corpore quantum ad integritatem ætatis, proceritatem staturæ, & robur virium, ita credendum est factum esse animo, menteque

Aug.
Catharinus.
Cur De⁹ adduxit animalia ad Adamum.
Cur pisces non sint ad Adamũ adducti.
Eusebi⁹.
Magist. Sentent.
Bonau.
Chrys.
Tho.
Vgo Sãcti Victoris.

De ſcientia Adami, et perfectione eius.

teque perfectum, ſed naturalis perfectio mentis ſcientia eſt; igitur habuit hanc ſcientiam a principio ſuæ creationis, qui quidem auctor putauit ſcientiam illam fuiſſe a Deo illi infuſam non acquiſitam, quoniam non erat illi tempus acquirendi omnem ſcientiam; & quia fuit primus homo futurus doctor aliorum hominum neceſſe fuit ipſum ſtatim eſſe perfectum ſecundum ſcientiam, & quia non potuit eam habere per acquiſitionem, neceſſe fuit eam habere per infuſionem. Attamen ſcientia Adami non ſe extendebat ad futura contingentia, nec ad ſecreta cordium, nec ad cognitionem omnium indiuiduorum cuiuslibet ſpeciei. Sic Pererius loco ſuperius citato, quæſtione ſecunda, qui quidem auctor refellit Caietanum dicentem perfectam ſcientiam Cœlorum, Sydèrum, atque elementorum nulli homini fuiſſe conceſſam: exemplo Salomonis libro Sapientiæ, cap. ſecundo, qui ait eſſe ſibi datam certam ſcientiam perfectam Orbis terrarum, elementorum, Stellarum, & omnium, quæ abſcondita ſunt, & obſtruſa.

An Adam ſapientior fuerit cunctis mortalibus.

Sed an Adam fuerit ſapientior cunctis mortalibus dicendum eſt, ſi ſapientia accipiatur pro vno ex ſeptem donis Spiritus ſancti, quod maior fuerit ſapientia in Beata Virgine, & in Apoſtolis, quam in Adamo. Putauit Toſtatus Salomonem fuiſſe ſapientiorem Adamo, firmatus ſuper verba illa, tertio Regum, cap. tertio, quæ ſic inquiunt. *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt ſurrecturus ſit*. at Pererius libro ſuperius citato, quæſtione tertia, refellit Toſtatum, dicens, Salomonem eſſe ſapientiorem omnibus hominibus excepto Adamo, & Domino Noſtro Ieſu Chriſto, vel dicturus eſt ſapientior Salomon omnibus hominibus non quidem ſimpliciter, ſed omnibus Regibus, & Principibus, qui ante eum præfuerunt Hebræo populo; & ſpecialiter poteſt dici eum fuiſſe ſapientiorem, ſcientia politica, quæ eſt regendi, ac moderandi Ciuitates, & populos. Nouerat quidem Adam præmia ſupernaturalia eſſe viris bonis piè ſeruientibus Deo conſtituta in Cœlis; Satis etiam probabile eſt non latuiſſe Adamum illum horribilem Angelorum caſum, & illas ruinas cœleſtes per homines terrenos reparari, ac refici debere; Cognouit etiam Adam per fidem

fidem Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis; cognouit quoque futuram ex ipſius progenie incarnationem. Sic ſenſus ſermonis Pererij, eadem ſententia fuerunt Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione ſecunda, articulo 7. Bonauentura quoque in ſecundo Sententiarum, diſtinctio. 23. & B. Proſper in cap. primo libro de promiſſionibus Dei. Sed vtrum Adæ in ſtatu innocentiæ cognitio rerum ſupernaturalium, quam habuit, fuerit ſublimior, & clarior, quam eſt fides: dicemus cum Vgone Sancti Victoris libro primo de Sacramento, p. 6. cap. 14. cognitionem creatoris primus homo habuiſſe creditur, cognouit enim a quo creatus fuerat, non eo modo cognoſcendi, quo ex auditu ſolo percipitur, quomodo a credentibus abſens quæritur, ſed quadam interiori aſpiratione, qua Dei præſentiam contemplatur: non tamen ita excellenter, ſicut poſt hanc vitam Sancti viſuri ſunt, neque ita in ænigmate, qualiter in hac vita videmus. Sic ille. Beatus Thomas 2. 2. q. 5. ar. 1. putauit contemplationem in beata patria Angelos non habuiſſe ante confirmationem, quæ tollit neceſſitatem fidei, nec primum hominem ante peccatum, ſed illius contemplationem fuiſſe maiorem quam noſtra, & mediam inter cognitionem præſentis ſtatus, & cognitionem patriæ. Nec diſſimilis eſt opinio Beati Bonauenturæ in ſecundo Senten. diſt. 23. art. 2. quęſtio. ſecunda, qui quidem ait. cognitio hominis in ſtatu innocentię, media erat inter cognitionem ſtatus glorię & ſtatus miſeriæ, ſicut medius erat etiam locus paradiſi inter hanc Vallem miſeriæ, & patriam cęleſtem: ſic ait ille.

S. Tho.

B. Tho.

D. Bonauent.

De cognitione in ſtatu innocentię

SI POSTERI ADAE IN STATV innocentia habuissent scientiam innatam, & si in illo statu potuisset admitti aliquod peccatum veniale.

Caput Decimumquintum.

Iuus Thomas prima primæ, quęstione centesima prima, sic inquit, duplicem esse ignorãtiam, alteram, quam Theologi appellant puræ negationis, quæ oritur non ex culpa, sed ex conditione naturæ creatæ, quæ non potest omnia, & quolibet tempore scire: quippe talis etiam inest in Angelis, neque enim illi omnia norunt. Alteram vero ignorantiam esse culpabilem docent vitiosam, huiusmodi ignorantia non fuisset in posteris Adæ. Sic Pererius lib. quinto de statu innocentię, quæstione quinta, qui quidem ait scientiam rerum non fuisse ingenitam in posteris Adami, sed multas res esse illis in adiumentum ad comparandas, & adipiscendas omnes scientias, primum erat summa docilitas, & habilitas propter admirabilem excellentiam illorum hominum; secunda erat præstantia omnium sensuum, tam interiorum, quam exteriorum; tertia ingens copia optimorum doctorum quarta longitudo vitæ, quanta sufficeret tractandis parandisque omnibus doctrinis; Quinta optima valetudo, robur corporis; Sexta facilitas parandi omnia, quæ ad victum vestitumque pertinent; septima magna opportunitas experiendi naturas, proprietates, virtutesque animalium, stirpium, metallorum, lapidum; Octaua perfecta moderatio animi, & omnium perturbationum sedatio. Nona singularis quædam erga homines prouidentia Dei, eos miris modis ad acquirẽdam cognitionem omnium rerum adiuuans, vel per Angelos, vel per illustrationes interiores. Decima, & vltima, nulla in id temporis homini ad insistendum doctrinarum studio a dæ-

monibus

monibus accidissent, sic sensus locutionis Pererij. Multi Doctores censuerunt Adam non fuisse creatum cum gratia, sed tantum cum Iustitia originali, & ex hac sententia fuere Vgo de Sancto Victore, libro primo, De Sacramentis, parte sexta, Alexander de Ales, parte secunda, quæstione nonagesimasexta, Bonauentura, & Scotus libro secundo Sententiarum, distinctione vigesimanona, Marsilius in eundem librum quæstione decimasexta. Altera fuit opinio Diui Augustini Adamum esse creatum cum gratia in Enchirid. cap. decimoquarto. In libro autem de correptione, & gratia, cap. decimo, ad hunc modum scribit ipse Augustinus. Primum hominem fecit Deus beatum: quia & non mori, & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebat: in quo statu recto, ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profecto sine vllo mortis, & infęlicitatis experimento acciperet illam, merito hu iusmodi permansionis, & beatitudinis plenitudinem, qua & Sancti Angeli beati, idest vt cadere non posset vlterius & hoc certissimè sciret: sic ille. Beatus Thomas super sententiam Ecclesiast. *Fecit Deus hominem rectum*. sic inquit ille. Hinc concluditur si primus homo creatus est cum illa rectitudine eumcum Dei gratia creatum esse. Augustinus libro decimotertio de Ciuitate Dei, cap. decimotertio, sic inquit, posteaquam præcepti facta est transgressio confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt: senserunt enim nouum motum inobedientis carnis suæ tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ, & in libro decimoquarto eiusdem operis cap. 17. ait idem auctor. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientiæ plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas, & fecit attentos reddiditque confusos. Sic Augustinus, sed in statu innocentiæ potuissent viri illi committere aliquod peccatum veniale; circa hanc quæstionem duæ sententiæ reperiuntur; vna est Alexandri Alensis, & Sancti Bonauenturæ in 2. Sent. dist. 21. art. 3. & D. Thomæ in 1. 2. quæst. 89. negantium vllum peccatum veniale potuisse fieri in statu illo, sed necessarium fuisse primum peccatum esse mortale: quoniam peccatum mortale destruebat statum innocentię,

Vgo Sancti Vict.
Alexander de Ales.
S. Bonauent.
Scotus.
Marsil.
B. Tho.
Aug.
Pœna peccati.
An in illo statu committere potuissent peccatum veniale Adam, & Eua.
Alex. de Ales.
B. Tho.

innocentiæ,non autem peccatum veniale. Hæc autem ſententia videtur approbata eſſe communiter a Doctoribus, ait Diuus Bonauentura, Altera fuit ſententia Scoti in ſecundo Sententiarum,diſtinctione vigeſimaprima, quæſtione prima potuiſſe Adam in illo fœlici ſtatu peccare venialiter, ſed ſi in ſtatu innocentiæ poſteri Adæ ex eo generati, fuiſſent confirmati in gratia, nunc ad hanc quæſtionem reſpondens Anſelmus libro primo, capite trigeſimooctauo, ſic inquit: in illa iuſtitia,in qua erant primi homines conſtituti, videtur,quod ſi viciſſent,vt non peccarent tentati,ita confirmarentur cum omni propagine ſua,vt peccare vltra non poſſent.Sic ille: At opinio Durandi in ſecundo Sententiarum, diſtinctione vigeſima,quæſtione quinta,& Beati Thomæ in prima parte,quęſtione centeſima,articulo ſecundo,videtur melior eſſe,& pariter Beati Auguſtini in libro primo retractationum,cap. 13. qui ex aduerſo volunt, tametſi Adam non peccaſſet, non idcirco tamen poſteros eius confirmatos in gratia. Verba Beati Auguſtini libro ſuperius citato,ſunt hæc. Si in parentibus,& in filijs fœcunditas,fœlicitaſque manſiſſet,vſque ad certum Sanctorum numerum, quem prædeſtinauit Deus, naſcerentur homines non parentibus ſucceſſuri morientibus,ſed cum viuentibus regnaturi,eſſent ergo etiam iſtæ cognationes, atque affinitates,ſi nullus delinqueret, nulluſque moreretur. Verum hoc clarius dixit Auguſtinus libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap. decimo.

Scotus. *Durandus.* *Aug.*

Tam fœlix vniuerſa ſocietas eſſet humana, ſi nec illi malum, quod etiam in poſteros traijcerent, nec quiſquam ex eorum ſtirpe iniquitatem committerent, quę damnationem reciperet. Sic ille.

DE IVSTITIA ORIGINALI, & quomodo Adam ante peccatum fuerit immortalis.

Caput Decimumsextum.



IVstitia originalis naturam humanam efficiebat secundum omnes eius partes, & facultates integram, scilicet rectam: habebat illa tria extrinsecus priuilegia adiuncta: scilicet non posse hominem decipi, non posse labi in peccatum veniale manentē in eo statu, non posse hominem mori, quæ non tam proueniebant ex iustitia originali, quam ex singulari protectione Dei erga illum statum, sic sensus Pererij libro quinto de statu innocentiæ, disputatione tertia, in fine illius disputationis, qui quidem ipse auctor ait, Iustitiam originalem esse absolutam quandam complexionem, & compręhensionē omnium habituum, quibus homo secundum omnes vires, & facultates suas rectus, & perfectus reddebatur, & idoneus ad exercendas perfecte omnes actiones naturæ suę. Hoc donum Dei appellatur iustitia, quasi naturalis perfectio totius hominis. Originalis porro nominatur, quod eam ab origine sua habuisset homo, & quod per originalem generationem ex Adamo transferenda erat in eius posteros, & fuisse donum supernaturale. Sic auctor prędictus in sequenti disput. B. Thom. in 1. 2. quæst. 83. arbitratus est, iustitiam originalem fuisse in essentia animę rationalis; at ex aduerso Pererius censuit non in essentia animæ, sed in eius viribus, ac potentijs fuisse. Sotus libro primo de Natura, & gratia, cap. 5. secundum Beatum Thomam arbitratus est iustitiam originalem, & gratiam gratum facientem vnam eandemque rem fuisse; At Diuus Bonauent. lib. 2. dist. 29. Scotus distin. 32. Tostatus in 3. cap. Gen. quæstione sexta, & septima, censuerunt illas duas gratias, scilicet Iustitiam originalem, & gratiam

Tria priuilegia iustitiæ originalis.

Pererius

B. Tho.

Sotus.

Bonau.

Scotus.

Tostatus

gratiam gratum facientem diuersas fuisse, & separabiles inuicem. Namque putarunt primum fuisse Adam conditum cum Iustitia originali, postea vero additam ei fuisse gratiam gratum facientem. Verum quomodo ex Sacris literis probetur primum hominem esse creatum cum Iustitia originali, respondit Pererius libro superius citato, quæstione quarta sic scribens. Incomparabilem amœnitatem paradisi terrestris, vim arboris vitæ, & impassibilitatem corporis satis indicasse fœlicitatem Adami; sed cum dicat eos esse versatos nudos ab omni dolore, & molestia, & esse creatum hominem ad imaginem, & similitudinem Dei principem omnium animantium ornatum scientia rerum naturalium: ostendit nobis, quod propter tanta dona tributa Adamo necesse fuerit confiteri eum habuisse iustitiam originalem, sic ex ipso Auctore. Apud Salomonem libro Ecclesiastæ reperitur sic eum scripsisse. *Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus*. Sic ille, sed de immortalitate Adami dicemus cum Beato Paulo quod genus immortalitatis soli Deo conuenit, de quo scripsit ille, qui solus habet immortalitatem, quoniam sicut solus est sapiens, solus bonus, ita veræ immortalitatis inquit Pererius: qui quidem ait de Adamo, quod potentia illius non moriendi non proueniebat intrinsecus ex natura Adami, quoniam secundum naturam erat immortalis; sed princeps auctor eius Deus erat, qui munierat custodia sua aduersus Adamum; mors homini potest accidere intrinsecus propter defectionem caloris naturalis, & propter immoderatam vim alicuius passionis, scilicet timore, & gaudio, vel ex immodico cibo, & potu, Venerisque intemperantia, vel ex nimio labore corporis, hæ sunt causæ mortis hominis intrinsecus; extrinsecus autem potest accidere mors homini; ab alio homine, vel ex lethali potu esuque, vel ex aliquo casu fortuito, vti est in ignem, aquam, vel foueam prolabi, vel lapidis, aut alicuius rei iactu percussuque feriri: hæc omnia homini extrinsecus interitum afferunt. Sic sensus locutionis Pererij. At hic lubet adscribere verba Beati Gregorij in libro quarto moralium, cap. vigesimosexto, super verba Iob, ad hunc modum scribentis. Ad hoc in paradiso homo

Causæ mortis hominis.

Greg

so homo

so homo positus fuerat, vt si se conditoris sui obedientiæ vinculis charitatis astringeret ad Cœlestem Angelorum patriam quandoque sine carnis morte transiret; sic namque est immortalis conditus, vt tamen si peccaret, & mori posset: & sic mortalis est conditus, vt si non peccaret, etiam non mori posset, sic ille. Beatus Thomas in prima parte, quæstione nonagesima septima, articulo primo, de immortalitate corporis in qua Adam conditus est, sic inquit. Non enim corpus Adami erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem: Sed inerat animæ eius vis quædam sic per naturalis diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu ipsa Deo subiecta mansisset, & paulo inferius. Porro vis illa præseruandi corpus a corruptione non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ; sic Beatus Thomas. At ex aduerso Scotus libro secundo Sententiarum, distinctione decimanona, reprobat opinionem Diui Thomæ. Putauit Pererius libro superius citato, quæstione tertia, vim animæ corporis hominis in statu innocentiæ datam Adamo seruantem eam a corruptione nullam aliam fuisse, quam scientiam omnium rerum supernaturalem, & earum præsertim, quę prodesse Adamo, vel obesse poterant illi: Sed si debeat dici, Adam fuisse ante peccatum mortalem, aut immortalem, respondebimus si paruisset legi diuinæ nunquam incurrisset in mortem, & ideo fuisset immortalis, sed quia non obtemperauit præcepto Diuino, ideo factus est mortalis. Sic Pererius libro quinto, de statu innocentiæ, quæstione tertia numero centesimo quinquagesimo secundo.

B. Tho.

Scotus.

Opinio Pererij.

DE

DE LAPSV PRIMORVM hominum, & quis fuerit, qui tentauit primos homines.

Caput Decimumseptimum.

Ed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus, qui dixit ad mulierem cur præcipit uobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? cui respondit mulier, de fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi præcipit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Gen. cap. tertio, uers. primo, secundo, tertio. Ioseph. lib. 1. Antiqu. arbitratus est serpentem illum fuisse verum, & naturalem, qui locutus est cum Eua, & tradit Pererius eam opinionem fuisse Tostati quæst. 429. super Gen. cap. 13. quæ quidem sententia refellitur ab eo. Cum sit facultas loquendi solius hominis, vt tradit Aristo. lib. 4. de Hist. animalium, cap. 9. Putauit B. Ephrem datam fuisse serpenti ad tempus vim loquendi, verum hæc sententia ab omnibus reprobata est. At Cyrillus arbitratus est serpentem illum non fuisse verum, & realem serpentem, sed simulacrum serpentis, sub quo dæmon alloquutus est mulierem: ex aduerso Caietanus in Commentarijs in Genesim super verba, quæ tractamus inquit, nec verum serpentem esse, nec simulacrum, sed solum Dæmonem, & interno suasu tantum per actum. Ponam hic verba Caietani, quæ sunt ista. Quinimo propterea id Moyses dixit, vt indicaret se non loqui de vero serpente, sed figuratè, & metaphoricè de diabolo mores, & ingenium serpentis referente: serpendo videlicet per interiores hominis sensus, & cum veneno suæ persuasionis inficiat, atque corrumpat: sic ille: Quæ quidem sententia videtur esse reprobata fere ab omnibus patribus, & Theologis, inquit Pererius: Qui approbat, & amplectitur tantum sequentem opinionem, scilicet fuisse in ea tentatione

Ioseph. Opinio.

Ephrem

Opinio Cyrilli.

Serpētē fuisse uerum, & realē in

tentatione

tentatione verum, & naturalem serpentem, in quem tamen sese Diabolus insinuauit, & per eum quasi per organum suum formauit humanos sermones. Et ait ille hanc opinionem esse approbatam apud Basilium, Chrysostomum, & Theodoretum, Bedam, Rupertum in suis homilijs, Damascenum libro secundo, de Fide Orthodox. cap. decimo, & apud Magistrum Sententiarum, libro secundo, distinctione vigesimaprima. Roborat opinionem hanc Beatus Augustinus libro vndecimo ad Genes. ad literam, sic inquiens. Diabolus in serpente locatus est, vtens eo velut organo, mouensque eius naturam eo modo, quo ille mouere, & moueri illa potuit ad exprimendos verborum sonos, & signa corporalia. Sub specie autem serpentis primos homines decipit dæmon, & ita Græcam, & humanam prudentiam illuxit. Legitur apud Valerium Maximum, libro primo, cap. octauo, Serpens Esculapij Epidauro transuectus Romam, missa nobili Epidurum Romanorum principum legatione, & in templo ei velut Numini dicato aduecto, & ibi collocato. Suetonius in Tiberio scripsit fuisse Tiberio serpentem mansuefactum, qui de manu eius cibum accipiebat. Pererius libro sexto de lapsu hominis, disputatione prima, volens probare esse Dæmonem, qui locutus fuit cum primis hominibus. Sic argumentatur diuerso modo, & ordine, quod nos facimus; sed sensus illius talis est. Quadruplex est natura intelligens, scilicet Deus, Angelus bonus, Homo, & Dæmon, at ille qui apparuit in forma Serpentis Euæ, & locutus fuit cum ipsa, nec Deus, nec Angelus bonus fuit, quia nec Deus, nec Angelus bonus hominem decepit; Homo etiam non fuit, quia alius vir præter Adam non inueniebatur, ideo necesse est dicere eum fuisse Dæmonem. Sic sensus illius. Sed quomodo intelligatur serpentem fuisse callidiorem bestijs terræ dicemus cum Sancto Augustino libro vndecimo de Gen. ad literam, cap. vigesimonono, scriptu ram loqui de calliditate Dæmonis, ut fuit organum ad fallendum Euam. Verba Augustini sunt hæc. *Astutissimus omnium bestiarum dictus est serpens propter astutiam Diaboli, qui in illo, & de illo agebat dolum*, sic ille. At Pererius putauit Moysen dixisse illud de vero serpente, & eum appellasse astutiorem

quæ locutus fuit dæmon. *Basil.* *Chrys.* *Theodoretus.* *Beda.* *Rupert⁹* *Damas.* *Magist. Sent.*

Valeri⁹ Max. *Serpens Esculapij Epidauro transuectus Romam.* *Sueto.*

Argumētatio Pererij.

Aug.

cæteris bestijs terræ; sed quia multa alia animalia prudentia & astutia videntur serpentem longe superare, cuiusmodi sunt Corui, Lupi, Vulpesque ad hanc obiectionem, sic respondendum est, cum Dominus in Euangelio, inquit. *Estote prudentes sicut serpentes. Mat. c. 10.* necesse est dicere q serpentes maxima polleant prudentia, sic dicente domino. quæ quidem sententia approbata est apud Prophetam Psalmo quinquagesimoseptimo, sic dicentem. *Sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantiũ, & venefici incantantis sapienter.* Et Augustinus inquit loquens de serpente. Sentiens carminibus Incantatorum captum se iri: ne ea audiat serpens alteram aurem terræ, vel petræ admouet, atque apprimit, alteram vero cauda obturat. Sic ille. Epiphanius aduersus 37. Gen. sic inquit. Tradunt naturalium rerum docti, eum, cum siti fatigatus è latibulo procedit ad aquam vt bibat, non secum ferre venenum, sed ipsum quasi expuere, & deponere in latibulo, ne aquas veneno inficiat, atque corrumpat. Sic Augustinus, Plinius quoque libro octauo, cap. vigesimoseptimo, de naturali prudentia serpentis, sic inquit. Anguis hyberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat in eodem loco, paulo inferius scribit fere similia de serpentis prudentia. De odio naturali, quem serpens affert homini, sic scribit Pererius loco superius citato. Sane hominem serpens occulte insidiose mordet, & morsu quidem lethali, idque facit non metu, non aliquo incommodo, aut commodo suo ductus; sed naturali odio hominis naturæ instinctu ei ad nocendum. Sic ille. Sed quomodo Eua serpentis aspectu non exhorruerit naturaliter homini horrifico. Magister histor. Scolast. in histor. lib. primo Genes. cap. vigesimoprimo, Bonauentura in 2. distinctione vigesimaprima, Carthusianus, & Beda omnes censuerunt elegisse Diabolum ad tentãdum Euam genus quoddam Serpentis Virgineum Vultum habens, vt non modò offenderetur Eua visione serpentis, sed ea oblectaretur. Sed audiamus verba Magistri histor. Scolast. Tunc serpens ait ille erectus est vt homo, quia postea per maledictionem Dei prostratus est, elegit etiam quoddam genus serpentis, vt ait Beda, Virgineum.

Dauid.

Aug.

Odiũ serpẽtis aduersus hoĩem.

Magist. hist. Scolast.

Bonau.

Carthusianus.

Beda.

neum habens vultum, quia similia similibus applaudunt; & mouit ad loquendum linguam eius, sicut loquitur per Phanaticos nescientes quid ipsi dicant: sic ille, Basilius in homilia de paradiso, & Ioseph in primo libro Antiquit. cap. primo, scribit tunc serpentem non esse horrificum homini; sed mitem, & mansuetum, nec terribiliter reptasse in superficie terræ; sed sublimem, & rectum. At Pererius aduersatur opinioni isti accedens ad opinionem Chrysostom. homilia decimasexta in Gen. qui quidem inquit aspectum, & congressum serpentis non horruisse Euam, quod ante peccatum in illo statu innocentiæ omnia animalia placide essent homini subiecta. sed ex quo genere serpentum fuerit ille, qui Euam decepit, equidem valde curiosa, & audax est inquisitio, attamen respondet Eugubinus in sua Cosmopeia fuisse eum Basiliscum, de quo sic inquit Plinius libro octauo, cap. vigesimoprimo, Basiliscum Cyrenaica prouincia generat, duodecim non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate insignem, sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu multiplici, vt reliqui, corpus impellit, sed celsus, & erectus a medio incedens. Sic scribit ille. Solinus quoque cap. trigesimo sic inquit loquens de Basilisco: extinguit herbas, necat arbores, ipsas etiam corrumpit auras, ita vt in aere nulla alitum impune infectum spiritu pestilenti. Sic Solinus. Putauit Pererius fuisse serpentem vocatum Scytalem, quod animal valde formosum est præfulgens varietate squammarum dorsus, vt detineat aspicientes venustate, & fulgore illius. Disputatio inter Doctores orta est: cur Eua non obstupuerit videns secum disputantem serpentem; Super quam quæstionem, sic inquit Beatus Thomas in secundo Sententiarum, distinctione prima, Eua non diudicauit, vtrum bonus, an malus esset spiritus: toto animo, & auiditate tam magnificis eius promissis intenta. Sic Beatus Thomas. Altera sententia est Cyrilli, Magistri Sententiarum, & Tostati, qui dicunt non obstupuisse Euam, quia putabat serpenti naturaliter esse datam facultatem loquendi. Iulianus Apostata, vt refert Cyrillus deridebat hanc historiam Moysis, ad hoc sic respondet ille Cyrillus libro tertio contra Iulianum, Porphyrius

Basil. *Chrys.* *Plinius.* *Descriptio Basilisci.* *Solinus. De basilisco.* *B. Tho.* *Cyrill. Magist. Sentent. Tostatus* *Iulianus apostata*

Cyrillus aduers⁹ Iulianū apoſtatā
Philoſt. Apollonij Thia neus.
Locutio dęmonis in equū, Taurum flumen, & arbores.
B.Tho.

rius vitam deſcribens Pytagoræ narrat cum Pytagoras multis comitatus flumen Cauſum tranſiret, audientibus cunctis, flumen ei locutum eſſe, & ſalutantium more dixiſſe: Salue Pytagora. Philoſtratus, qui Apollonij nomen diſerte ſcripta eius vita, & factis nobilitare, & illuſtrare voluit in libro ſexto c.5. narrat cū Apollonius veniſſet ad Gymnoſophiſtas principis eorum Zeſpionis iuſſu, arborem vlmum, propter quam confederant, humana voce ſalutaſſe Apollonium: & paulo inferius ait ipſe Cyrillus, ſi dæmon igitur per Equum, Taurum flumen, & arbores humanas voces fingere potuit: cur incredibile Iuliano viſum eſt potuiſſe eum per Serpentem cum Eua loqui? Hactenus ex Cyrillo. D.Th.in 1.p.q.94.ar.vlt.arbitratus eſt nullam fuiſſe ignorantiam in primis hominibus ante peccatum, & quia neſciret Eua an poſſit ſerpens loqui necne, hæc eſt maxima ignorantia mentis, ideo putauit in Eua hanc ignorantiam non accidiſſe. Putauit Pererius lib. 6. de lapſu hominis, q.3.num.40. Euam habuiſſe ignorantiam puræ negationis, cum neſciret vtrum ſerpens poſſet loqui necne, quam ignorantiam breui tempore abieciſſet, interrogato viro ſuo, & ab eo docta.

AN MALEDICTIO SERPENTIS AD SERPENtem verum, an ad Diabolum referenda ſit. Et cur Moyſes nullam fecerit mentionem Diaboli.

Caput Decimumoctauum.

Moyſes Barcephas.

Ixit autem ſerpens ad mulierem nequaquam morte moriemini: ſcit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. Geneſ.cap.tertio, verſ.quarto, & quinto, Moyſes Barcephas libro de paradiſo, cap.vigeſimoſeptimo, arbitratus eſt maledictionem illam, & pœnam pertinuiſſe ad ipſum Serpentem, quaſi in arbitrio illius fuiſſet, vel

Vel dare se, vel non dare Diabolo ad scelus illud exequendum velut si quis musicum instrumentum confringat, quo afficiat dolore eum, qui illo ad canendum vtebatur, vt est in Leuitico cap. vigesimo. Sancitum fuerat, vt iumentum, cum quo quispiam coiuisset lapidibus obrueretur, atque interficeretur. Sic sumpsi ex verbis Pererij libro sexto de lapsu hominis, in q.4. num.42.& 43. Altera sententia est plurimorum doctorum, scilicet Augustini lib.2. de Gen. contra Manichæos, cap. decimoseptimo, & decimooctauo, & libro vndecimo de Gen. ad literam, cap.36. Bedæ, Ruperti, Vgonis S. Victoris, qui maledictionem, quam Deus in serpentem dixit, non ad verum serpentem, sed ad solum Diabolum pertinere arbitrati sunt. Maledictus dicitur inter bestias, quia damnatus est æternis pœnis, super pectus, & ventrem graditur Dæmon, quia duabus vijs adoritur seducere homines per Superbiam scilicet, quæ figuratur pectore, & Libidinem quæ adumbratur ventre. Sic exponunt Doctores significationem illorum verborum Diuus Gregorius explanans versiculum Psal. 101. sic inquit. Antiquus hostis terram comedit, quia peccatores quosque in ventrem suæ malitiæ abscondit; isq; hominum perditionem desiderans, quod modo reficitur dum prauis eorum operationibus delectatur; illud autem cunctis dieb. vitæ tuæ, designat oē tempus huius vitæ vsq; ad consummationem sæculi, quo tempore permissum est dæmoni homines tentare, decipere, ac pdere: quod ille pro vita, & magna voluptate habet: sic Greg. Rup. li. de Trin. c.18. interpretans maledicta serpentis, & multa proferens: sic inquit. Terrā comedes, & non cęlum, hoc est non quorum conuersatio in cęlis est, sed qui terrena sapiunt, illi cibus tuus erunt. *Vidit igitur mulier, quod bonū esset lignum ad vescēdū, & pulchrū oculis aspectuq; delectabile, et tulit de fructu illius, et comedit, deditq; viro suo qui comedit. Et aperti sunt oculi amborū: cūq; cognouissent se esse nudos consuerūt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cū audissent vocē Dñi Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius a facie Dñi Dei in medio ligno paradisi. Vocauitque Dñs Deus Adam, & dixit ei, vbi es? qui ait, vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.*

Leuit. c. 20. Statutū contra cocūtes cum iumentis. Aug. Beda. Rupert⁹ Eusebi⁹. Vgo Sācti Victoris. Cur Serpens dicitur maledictus esse. Gregor. expositio moralis. Ruperti expositio.

Cui

Cui dixit Dominus. Quis enim indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? dixitque Adam, Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: & dixit Dominus Deus ad Mulierem, quare hoc feciſti? quæ reſpondit: Serpens decepit, & comedi. Et ait Dominus Deus ad Serpentem, quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Cap. tertio, Geneſ. verſ. ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto. Per ſemen Serpentis quidam interprætantur Dæmones, ſemen autem mulieris ſignificat eius progeniem, tam maſculinam, quam fœmininam. Conterere caput ſerpentis. putauit Diuus Bernardus homilia ſecunda ſuper miſſus eſt: nihil aliud fuiſſe, niſi Beatam Virginem, quæ caput venenatum contriuit, quæ omnimodam maligni ſerpentis ſuggeſtionem, tam de carnis illecebra, quam de mẽtis ſuperbia deduxit ad nihilum, ſic ille. At Pererius libro ſuperius citato, quæſtione quarra, numero quinquageſimoſeptimo, ſic ſcribit: Arbitramur illam ſerpentis maledictionem ſecundum hiſtoricum ſenſum aduerſum ſerpentem pertinuiſſe, ſecundum autem ſenſum miſticum, adeo tamen principaliter intentum ad Diabolum eſſe refferẽdam. qui quidem ait venerabilem, & amabilem eſſe Crucem Domini, in qua genus humanum eſt redemptum: ſic maledictus, & abominabilis eſt ſerpens, per quem fraus, & perditio humani generis perpetrata eſt. Sic ille. Sed cur Diabolus ſerpentis formam potius, quam aliam aſſumpſerit? ad hanc quæſtionem ſic reſpondet Auguſtinus libro vndecimo ſuper Geneſ. ad literam cap. testio, ſic inquiens. Non eſt putandum, quod Diabolus ſerpentem per quem tentaret, elegerit: ſed cum decipere cuperet, non potuit niſi per quod animal poſſet a Deo permiſſus eſt: Nocendi enim cupiditas ineſt cuique a ſe, ſed poteſtas a ſolo Deo eſt. Sic ille: nobis oſtendens, quod permiſſione Dei vſus eſſet ſerpente, & non alio animali, quia nullum aliud ei conceſſit Deus. At Magiſter Sententiarum libro ſecundo,

D. Bern. Expoſitio Bernardi.

Pereri⁹.

Cur diabol⁹ ſerpẽtis formam aſſumpſerit.

D. Aug. Nocendi cupidi-

db, distinctione vigesimaprima, sic in scriptis reliquit. Voluisset quidem Dæmon in specie columbæ venire; hæc nempè, vt animal innoxium & simplex ad mulierem decipiendam congruentissimum Diabolo fuisset instrumentum. Sed non erat consentaneum, & conueniens, vt per immundum, & malignum spiritum redderetur homini columba inuisa, & exosa, in cuius specie postea Spiritus Sanctus hominibus erat appariturus. Hactenus ex Magistro. Moyses Barcephas in libro de paradiso, cap. vigesimoseptimo, tractans hanc quæstionem clarius, & enucleatius, sic inquit. Præ cæteris autem animalibus Diabolus serpentem sibi in organum delegit, vel potius solum omnino animalium a Deo permissum induit. Primo, vt eo facilius malitia eius depræhendi posset, & paulo inferius ait. Deinde, vt intelligeretur ad quantam vtilitatem, & miseriam propter peccatum Dæmon esset abiectus, ex similitudine serpentis, qui non sublimis, & rectus ingreditur, sed humi prostratus humiliter serpit. Postremo, vt quemadmodum inter hominem, & serpentem naturalis est inimicitia & odium, sic existimemus inter Dæmonem, & hominem perpetuum esse diffidium. Hæc ille. Sed cur Moyses in hac historia nullam fecit mentionem de Serpente, qui tamen eius actus effector fuit, respondit Pererius, Moysen rei gestæ scriptorem, & non interpraetem fuisse; & sicut Abraham tres viros vidit, & accepit illos in hospitio suo; cum viri non essent sed Angeli; sic appellauit serpentem nullam faciens mentionem de Dæmone, qui in illo loquebatur. Rupertus libro tertio de Trinitate, cap. quarto, sic scribit. Tria nempe dixerat Deus, ex omni ligno paradisi comede, hoc vnum est; alterum vero de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Tertium denique in quocunque die comederis ex eo morte morieris. Hoc vltimum quasi nesciat Diabolus dixit: cur præcipit vobis Deus? superiora duo confundit, ac permiscet, & de duobus veris vnum falsum complet. Sic Rupertus. Diuus Ambrosius de paradiso, cap. duodecimo, sic inquit. Docet igitur nos præsentis lectionis series, neque detrahere aliquid diuinis debere mandatis, neque addere. Nam si Ioannes hoc indicauit de suis scriptis, si quis apposuerit inquit ad hæc, adijciet in illum.

tas in homine inest, potestas a Deo.

Magist. Sentent.

Moyses Barcephas.

Pererius.

Rupertus.

Amb.

illum Deus plagas, quæ ſcriptæ ſunt in libro iſto; & qui demp-ſerit de verbis his Prophetiæ huius delebit Deus partem il-
Rupert⁹ lius de libro vitæ. Sic ille. Rupertus in libro tertio, cap. quinto, de Trinitate, ſcribit. Sic inquam tribus modis, ideſt appoſitione, diminutione, & mutatione, Sanctum præceptum Dei mulier ſtulta deprauare contendit. Sic Rupertus. Voluit Rupertus Euam peccaſſe circa additionem præcepti, diminutionem, & mutationem illius.

FINIS PRIMI LIBRI.

GALEA-

GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER SECVNDVS.

DE LOCVTIONE, ET FALLACIA SERPENTIS aduersus primos homines. Et de peccatis ab illis commissis in transgressione præcepti. Caput Primum.

Iuus Gregorius libro vigesimoquarto Moralium, cap. septimo, & octauo, sic inquit, super verba serpentis ad mulierem, *nequaquam moriemini*, & quæ sequuntur. Falso enim pollicetur temporalia, vt mentibus hominum ea supplicia leuiget, quæ Deus nominat æterna. Nam cum præsentis vitæ gloriam spondet, quid aliud dicit, quam gustate, & eritis sicut Dij? ac si aperte diceret: **Gregor.**

K tempora-

temporalem concupiscentiam tangit, & in hoc mundo sublimes apparere. Hæc Gregorius. Impia in verbis serpentis ab illo pronunciata fuere quatuor, primum Deum esse mendacem, hoc volens significare, *nequaquam moriemini*, alterum est Deum inuidisse illis summum bonum, & fœlicitatem, quod declarat illud: eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. Tertium fuit Arborem illam vim habuisse efficiendi ipsos scientes omnium rerum. Quartum posse homines effici propter æsum fructus illius similes Deo. Sic sensus locutionis Pererij libro sexto de lapsu hominis super illa verba numero

D. Bern. septuagesimoquarto, Diuus Bernardus in sermone de quadruplici debito ad hunc modum scribit. Audi ingenium, malitiamque serpentis. *Nequaquam moriemini*, Deus affirmat, mulier dubitat, Sathan negat. Sic & ego timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & sensus vestri corrumpantur a castitate, quæ est in Christo Iesu. Hæc Bernardus, Ru-

Rupert⁹ pertus libro tertio de Trinitate, cap. septimo, & octauo, volens nobis ostendere fallaciam serpentis, & illum esse Sophi-

Illusio dæmonis stam, & Principem Sophistarum. Sic inquit. Iam derisor est serpens, & dubia respondet: vt cum Dei veritas impleta fuerit, nihilominus tamen ipse veracem esse cum hostili Cachinno confirmet, & paulo inferius ait ipse. Igitur quemadmo-

Apollo Delphicus. dum Apollo Delphicus fertur solitus fuisse incertis ludere ambagibus, sic iam tunc ludebat Dei, & hominum inimicus. Sic Rupertus. Prima enim est suggestio Diaboli, tum eius consideratio, postea delectatio, præterea deliberatus consensus, ait Pererius. At Diuus Bernardus in tractatu de gradibus

Bern. humilitatis, sic scribit perpendens noxiam Euę curiositatem; serua ergo commissum, expecta promissum, caue prohibitum, ne perdas concessum: & paulo inferius ait ipse. Nequaquam inquiens morieris. Auget curam, dum incitat gulam, Acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem, offert tandem prohibitum, & affert concessum. Porrigit pomum, & surripit Paradisum. Hactenus ille. Quanta mala ex incuriosa oculorum custodia perueniunt ad homines, possumus agnoscere ex his, quæ euenerunt primis parentibus, vnde Diuus

Greg. Gregorius libro vigesimoprimo Moralium, cap. secundo, sic inquit.

inquit. Per hos etenim corporis sensus quasi per fenestras quasdam exteriora quæque anima respicit: respiciens concupiscit. Hinc etenim Hieremias ait ascendit mors per fenestras nostras: & paulo inferius ait ipse iusti namque volare dicti sunt vt nubes, qui a terrenis contagijs subleuantur: & quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quæque intentione non respiciunt capacitatis, eosque foras non rapit concupiscentia carnalis, & in eodem discursu ipse Gregorius sententiam istam auream nobis reliquit. Hinc ergo pensandum est, quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere nos, qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos ad mortem venit. Concupiscendo enim visibilia inuisibiles virtutes amisit. Sic ille. Deus finit tentari Euam, quia statui viatoris conueniens est tentatio ad exercitationem liberi arbitrij, ad probationem virtutis, ad occasionem maioris meriti, & præmij; præsertim vero cum illa tentatio non fuerit interior affligens animum, sed exterior sine vlla hominis molestia: ex hoc genere tentationis etiam Dominum Iesum Christum Deus pater tentari a Diabolo permisit, sic Pererius libro de lapsu hominis, in disputatione de peccato Euæ. Beatus Augustinus libro decimoquarto de Ciuitate Dei, capite decimotertio; censuit peccatum primum Euæ fuisse Superbiam, qui quidem inquit, initium enim omnis peccati superbia est: quid autem est superbia nisi peruersæ celsitudinis appetitus? Peruersa enim celsitudo est deserto eo cui debet animus inhærere principio, sibi quodammodo fieri, atque esse principium. Hæc Augustinus. Putauit Pererius loco superius citato, quæstione secunda, quod Eua commisisset multa peccata simul postquam crediderit serpenti, scilicet Accidiam spiritualem, mendacium, infidelitatem, Superbiam, Gulam, inobedientiam, peccatum scandali, & stultam excusationem; sed an Adam deceptus fuerit necne magna quæstio orta est inter Doctores propter nonnullos dicentes eum deceptum esse, alios non esse. At Diuus Bernardus credidit non solum deceptum esse, verum etiam Adamum, & Euam nostræ originis duces, & principes furuos fuisse: ille autem in sermone primo de Aduentu

Sentētia B. Greg. Pereri'.

Aug.

Diffinitio Superbiæ.

Peccata ab Eua commissa.

D. Bern.

Domini, sic scribit. Reuera enim principes nostri Adam, & Eua principia nostræ propaginis inobedientes, & socij furuum qui quod filij Dei est, Serpentis immo Diaboli per serpentem consilio subripere tentant. Sic ille. Arbitratus est Pererius libro sexto, de lapsu Hominis super disputatione an deceptus fuerit Adam, non solum fuisse deceptum, sed etiam commisisse multa peccata, scilicet inordinatum amorem erga vxorem, curiositatem, dubietatem, an verba Domini vera esse possent nec ne, contemptum Dei, Gulam, Inobedientiã, & Excusationem peccati: Beatus Augustinus in sermone tertio de Festo Annunciationis Domini significauit si Adam repræhensus a Domino non excusasset se, sed ab eo postulasset veniam a Paradiso non exularet. Sic scribit Augustinus. Cum Adam de perpetrata a Domino argueretur inobedientia, non se humiliter vt culpa exigebat accusauit dicens mulier, quam dedisti mihi dedit mihi fructum, & comedi. Hæc dicendo se putauit excusatum: & sic accusauit creatorem mulieris, quæ ad peccandum virum traxerat in culpam; quia si humiliter se accusasset, & in Auctorem suum culpam non retorsisset a paradiso non exulasset. Sic Augustinus.

Aug.

Excusatio Adami iniqua, & iniusta.

∴

AN

AN PECCATVM PRIMORVM hominum fuerit grauissimum omnium peccatorum, & quis magis peccauerit Adam, an Eua.

Caput Secundum.

PAulus Apostolus epistola ad Romanos, cap.quinto, indicans nobis magnitudinem peccati primorum hominum, sic inquit, per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt sic ille; grauissimum igitur fuit illud peccatum, quia primi parentes suo casu, & ruina omnes posteros suos, qui fuerunt futurique sunt, in exitium peccati, & mortis pertraxerunt, & sic fuit grauissimum omnium peccatorũ. At ex aduerso si peccassent illi per blasphemiam, per infidelitatem, per odium, & contemptum Dei grauius peccassent. Sic sensus sermonis Pererij libro sexto supra vocato, quæstione prima. At Beatus Augustinus declarans obedientiam Domini Nostri Iesu Christi, & inobedientiam Adami, libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap.decimoquinto, sic inquit. Sicut obedientia Christi eo prædicabilior fuit, quia factus est obediens, vsque ad mortem: ita inobedientia primi hominis eo fuit detestabilior, quia factus est inobediens, vsque ad mortem. Sic Beatus Augustinus: locus Paradisi, quem Adamus dedecorauit, arguit peccatum illius fuisse valde detestabilem, quia in illo loco nulla erat peccandi occasio. At ille quam facile, quam cito tanquam inermis viles prima hostis impressione victus prostratus est, quam facilis ei victoria esse poterat: tam insigne fuit dedecus, & ignominia fuisse victum. Sic sumptum ex Pererio. Qui quidem ait si Adamus non peccasset peccatum Euæ nobis non nocuisset. Ambrosius libro De Paradiso

B.Paul. *Aug.* *Comparatio inter obedientiam Christi, & inobedientiam Adami.* *Pereri.* *Amb.*

Paradiſo putauit Serpentem voluiſſe inducere Euam ad Idolatriam, cum dixit, eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum.

Caiet. Arbitratus eſt Caietanus Euam leuiter peccaſſe: verumtamen putauit Pererius illud eſſe grauiſſimum peccatum, & grauius quam Adami: quia infidelitate peccauit, ideſt contra Fidem; Peccauit ingenti ſtultitia, & vecordia; Denique peccauit in virum ſuum impellens, & alliciens illum ad comedendum fructum vetitum. Sic ille. *Aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt ſe eſſe nudos. Geneſ. verſ. ſeptimo.* Auguſtinus libro

Aug. vndecimo, ad literam, cap. trigeſimoprimo, ſic inquit. Mox ergo vt præceptum transgreſſi ſunt intrinſecus gratia deſerente omnino nudati ſunt, quam typo quodam, & ſuperbo amore ſuæ poteſtatis offenderant in ſua membra oculos iniecerunt, eaque motu, quem non nouerant, concupiuerunt. Ad hoc igitur aperti ſunt oculi, ad quod antea non parebant, quamuis ad alia paterent. Sed cur Deus primos illos homi-

Cur De⁹ voluit primos homines eſſe in paradiſo nudos. nes voluit eſſe nudos in paradiſo, reſpondendum eſt, quia erant illi corpore impaſſibiles, & animo pariter, non eguerunt veſtibus ad velandam turpitudinem, nec iniurias cœli perpulſandas. Sic Pererius: *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Geneſ. cap. tertio, verſ. ſeptimo.* Putauit Irenæus libro tertio Aduerſus hæreſes, cap. trigeſimoſeptimo, ſuccinctorium ficulneum fuiſſe

Irenæus ſignum pœnitentiæ Adami. Per ſuccinctorium, inquit ille, quod ſibi Adamus circumdedit, ipſo facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens. Sic Ire-

Iulius Pollux. næus. Iulius Pollux tradit tres partes olim fuiſſe hominis velandas, quas pudendas cenſebant. Vnum erat mulierum cingens mammas, Appellatum faſcia: alterum ventrem tegens: tertium quo pudenda vellabantur. Sic ille. *Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad Auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & vxor eius a facie Domini in medio*

Aquila. *ligni Paradiſi. Geneſ. cap. tertio, verſ. octauo.* Aquila interpræta-

Quid ſignificet uerba ad aurā poſt tus eſt ad Auram poſt meridiem in vento diei, Pagninus, & Vatablus ad Auram diei, quia in illo tempore ventus ſpirare ſolet; Equidem arbitror nihil aliud poſſe intelligi, niſi illud ſpatium temporis, quo Sol declinat ad Occidentem, vnde

naſcitur

naſcitur ventus ſuauis, qui aura dicitur. Gregorius libro trigeſimotertio moralium, cap. tertio. Primus homo (inquit) poſt culpam inter arbores paradiſi ad auram poſt meridiem abſconſus inuenitur. Quia enim meridianum charitatis calorem perdiderat; iam ſub peccati vmbra quaſi ſub frigore Auræ torpebat. Sic ille. Sed cur Adamus voluerit ſe abſcondere a facie Dei, ſic reſpondet Auguſtinus libro vndecimo de Geneſi ad literam, cap. trigeſimotertio. Cum Deus auertit intrinſecus faciem ſuam, & fit homo conturbatus, non miremur hæc fieri, quæ ſimilia ſunt dementiæ per nimium pudorem, ac timorem. Irenæus libro tertio aduerſus hæreſes, cap. trigeſimoſeptimo, ſcribit fere ſecundum Diui Auguſtini ſenſum. Scribit Pererius libro ſexto de lapſu hominis ſuper verba ſuperius citata. Quinque res accidiſſet illis hominibus peccantibus poſt peccatum commiſſum. Prima apertio oculorum; ſecunda nuditas; tertia pudor; quarta teſtimonium conſcientiæ; quinta trepidatio, & pauor. Sic ipſe Auctor legitur de Oreſte poſt admiſſum ſcelus in matrem, nullam quietis partem capere, nullo loco conſiſtere poſſe, ſed cruentæ matris ſpeciem ſemper ante oculos habuiſſe: & velut profugum, & exulem per magnam partem orbis vitam miſeram egiſſe. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es?* Cum Dominus ſic dixit non ſunt verba ignorantis, ſed inuitantis ad pœnitentiam ſunt patris quærentis filium ſuum perditum. Sic Pererius: per peccatum fit homo vagus, & profugus: vnde eſt illud Iuuenalis Satira decimatertia. Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum, cum ſcelus admittunt. Beatus Ambroſius libro De paradiſo, cap. decimoquarto, ſic ſcripſit: *Adam vbi es?* ideſt non in quo, ſed in quibus es? non ergo interrogatio eſt, ſed increpatio, de quibus inquit bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miſeriam incidiſti, Dereliquiſti vitam æternam; & attumulatus es morti, conſepultus errori; vbi eſt illa tua bene ſibi conſcia confidentia? timor iſte culpam fatetur, latebra fornicationem: vbi ergo es? non in quo loco, quæro, ſed in quo ſtatu, Quo te adduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum: quem autem quærebas. Sic ille. Sed an Deus locutus fuerit

meridie. *Pagninus.* *Opinio auctoris Gregor.* *D. Aug.* *Irenæus.* *Oreſtes* *Iuuenalis.* *Amb.*

cum

DE MALEDICTIONE DATA Serpenti: Et de inimicitia inter Serpentem, & Mulierem.

Caput Tertium.

Ocem tuam Domine audiui in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Genes. cap. tertio, vers. decimo. Quod autem causam timoris sui Adamus nõ assignat peccato suo, sed nuditati corporis, satis indicauit se nondum flagitij sui grauitatem agnouisse: scilicet propter eam magis erubescere, ac dolere, quam propter nuditatem corporis debeat. Sic vsu venit, vt homines de factis a se sceleribus angantur, non tam propter Dei offensam, aut propter cęlestium bonorum amissionem, quam propter incommoda, quæ illis ex peccatis acciderũt, & mala fortunæ & corporis. Sic Pererius de lapsu hominis super verba, *Vocem tuam audiui in paradiso*. Audi quæ scribat Augustinus libro decimoquarto, de Ciuitate Dei, capitulo decimoquarto, ostendens quam turpe sit excusationem peccati quærere; sed prior est, inquit, damnabiliorque superbia, qua etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, Serpens seduxit me, & manducaui, & ille dixit: mulier, quam dedisti mihi, hæc mihi dedit de ligno, & edi: nusquam hic sonat petitio veniæ, nusquam imploratio medicinæ. Sic Augustistinus. Verum hanc sententiam tractauit Beatus Gregorius libro vigesimosecundo Moralium, capitulo decimotertio. Hæc sunt ait ille veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. At contra visitatum humani generis vitium est, & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuinctum defendendo multiplicare. Sic ille. D. Bern. serm. 1. in festo omnium Sanctorum, sic inquit. Qua-

Aug. *Greg.* *Bern.*

L tuor

Quatuor peccati gradus. tuor sunt peccandi gradus; primus interior consensus, alter exterior perfectio, tertius consuetudo, quartus peccati excusatio, vel defensio; & ad hunc supremum gradum primi homines peruenerunt. Atque hæc quatuor peccati incrementa Iob mystice deplorans, *quare inquit, non in vulua mortuus sum? egressus ex vtero non statim perij? cur exceptus sum genibus? cur lactatus vberibus?* etenim peccatum primo latet in cognitione: tum prodit in opus: deinde consuetudine firmatur, & roboratur; denique lactatur, & nutritur excusatione, & defensione. Hæc Bernardus. *Et ait Deus ad Serpentem, quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectum tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Genes. cap. tertio, vers. decimoquarto,* Rupertus libro secundo *Rupert⁹* de Victoria verbi Dei, cap. decimoquinto, explanans supradicta verba, sic inquit. Profecto neque mulieri maledicta es, neque viro maledictus es, sed tantum hoc maledicta terra in opere tuo; cuius videlicet terræ maledictio non aliud est, quam multitudo, & frequens afflictio, qua per varios euentus terræ ex eo corruptæ, & deterioratæ affligitur homo. Soli Serpenti dixit maledictus eris, quo videlicet dicto, firma & immutabilis intelligenda est sententia æternæ damnationis; & quibusdam interpositis, sic ait Rupertus; magis ergo illi serpenti antiquo hoc positum est in maledicto, vt supra pectus suum gradiatur, & terram comedat cunctis diebus, id est vt super homines eos tantum, qui ita terræ sunt, vt non desiderent, aut respiciant cęlum, quærat, & deuoret odio insatiabili, corde impęnitenti: ita datus in reprobum sensum, vt contra intentionem suam semper bonum Dei circa electos, dum impedire nititur, magis expediat, & adiuuet propositum, quod est miro modo gradi super pectus proprium. Porro verba ad mulierem, & ad virum significauit esse corripientis, & saluare cupientis. Sic Rupertus qui quidem in capitulo decimosexto in eodem libro, sic inquit super verba Genes. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius.* Equidem Beata Maria mulier illa est, inter quam & Serpentem inimicitias positurum se dixit, & posuit Deus, & semen illius, filius est ipsius Iesus Christus, & quibusdam

interpo-

Interpositis ait ille. Igitur cum dicit, *inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius:* Omnes electos? tam fœminei, quam virilis sexus, per mulierem, & semen illius intelligimus: & è contrario, sicut per serpentem Diabolus, ita & per semen serpentis omnes iniqui, & maligni homines imitatores eius recte intelliguntur, licet neminem genuerit, aut creauerit ille. Sic Rupertus; *tu insidiaberis calcaneo eius, & ipsa conteret caput tuum. Genes. cap. tertio, vers. decimosexto.*

Rupertus libro tertio, De Trinitate, cap. vigesimo, inquit, semper esse inimicitias, & rixas inter serpentem, & mulierem quoniam semper mulier aduersatur serpenti, & serpens mulieri. Qui quidem Rupertus inquit ex mente Lucani, omne venenum frigidum esse, & idcirco animaque ignea est fugit venenum frigidum; Serpentum vero quot genera tot venena; quot species, tot pernicies; quot colores, tot habentur dolores. Sed quid mirum hoc malum è Deo permitti homini: cum & ipse homo ad interfectionem proximi serpentum sese armet venenis, & quod non habet natura virus, acquirat pertinacia, comparet pecunia? Sic Rupertus. *Tu insidiaberis calcaneo eius, & ipsa conteret caput tuum; Mulieri quoque dixit, multiplicabo ærumnias tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris. Genes. cap. tertio, vers. decimoquinto, & decimosexto.* Rupertus libro tertio De Trinitate, cap. vigesimosecundo. Scribit tribus verberibus cruciari fœmineum sexum causæ huius diuinæ sententiæ. Triplici autem pœna mulier punitur, quia triplo maius fuit eius peccatum, quam Adami. Primo quia credendo Serpenti plusquam Deo seducta est; Deinde quia ligni vetiti pulchritudinem, & suauitatem delectabiliter concupiuit; Tertio, quia non contenta transgressione propria, virum quoque ad transgressionem induxit. Merito igitur triplici peccato triplex vindicta, præter communem sibi cum viro mortem, redita est. Nam quia serpenti credidit dicenti, eritis sicut Dij: iustè ipsa contra hoc, quod Deus viuorum est, & non mortuorum, non viuorum, sed mortuorum mater esse meruit, dicente Deo multiplicabo conceptus tuos; omnes enim conceptus eius anima & corpore in peccato moriuntur, & nemo eorum viuit, nisi

Rupert⁹

De venenis.

Rupert⁹

viuificetur per Chriſtum. Item quia viſa illius arboris pulchritudine intemperanter fructum eius expetiuit, pro illo viſus delectamento contrarius redditur vteri dolor. In dolore inquit paries. Tertio quia virum importunitate muliebri ad comedendum illexit: idcirco ſub poteſtate viri, inquit, eris, & ipſe dominabitur tui. Ita pro ſeductione conceptuum multiplicitas, pro Gulæ oblectamento, vteri dolor; pro temerario imperio, & ſcandalo, quod viro exhibuit, ſeruitutis pœna ei reddita eſt. Hactenus ex Ruperto. Arbitratus eſt Oleaſter ſi non peccaſſet primus homo, fore vt ſtatim proles concepta ederetur in lucem; in pœnam autem peccati tempus illud per nouem menſes multiplicatum eſſe; quæ quidem ſententia a Pererio libro ſuperius citato ſuper verba Geneſis prædicta refellitur, & reprobatur. Sed audiamus Plinium ſcribentem Anguſtiam, & dolores, quibus mulier afficitur, dum fœtum geſtat in vtero. Qui quidem libro ſeptimo, cap. ſexto, & ſeptimo, ſic inquit. A conceptu, decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque, faſtidium in cibis, redundantia ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Melior colorem marem ferenti, & facilior partus, motus in vtero quadrageſimo die. Contraria omnia in altero ſexu: ingeſtabile onus, crurum, & inguinum leuis tumor; primus autem nonageſimo die motus, ſed plurimum languoris in vtroque ſexu, capillum germinante partu, & in plenilunio; quod tempus editos quoque infantes præcipuè infeſtat. Si reſpirauerit difficilius enituntur; oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe a coitu abortiuum. Et in ſequenti capite; Miſeret, atque etiam pudet Æſtimantem, quam ſit friuola animalium ſuperbiſſima origo, cum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum extinctu. Hæc Plinius. Quæ quidem verba maximam partem ex Ariſtotele ſumpta eſſe libro ſeptimo, cap. 4. de hiſtoria animalium manifeſtum fit, ſi diligenter expendamus ea, quæ ab ipſo prodita ſunt. Iam vero ſanguinis meſtrui quam ſit fœda, quam nocens, atque peſtilens natura, & vis ſi auet lector agnoſcere audiat, quid mira de eo ſcribat Plinius libro ſeptimo, cap. decimoquinto. Monſtrificum profluuium mulierum appellat eum, fruges tactus ſterileſcere, exuri hortorum

Opinio Ruperti

Plinius, de conceptu mulierum.

Plinius, de natura, & ef

hortorum germina, alueos emori; in rabiem gustato eo canes agi, atque insanabili veneno morsu infici. Sic in illo loco sensus locutionis Plinij. At Diuus Basilius super verba psalmi 114. *circundederunt me dolores mortis*, ad hunc modum scribit de acerbitate dolorum mulieris in partu. Dolores propriè de parturientibus dicuntur, quod ad tumorem venter insurgens extra fœtum pellit: deinde partes illæ genitales diuexatæ, & circum prodeuntem ex vtero fœtum distentè conuulsionibus, ac fibrarum contractionibus acutissimos dolores, & vehementes cruciatus parientibus gignunt. Transtulit autem David dolores partus ad mortis pœnas circa animal, in animæ, & corporis diuisionem instantes. sic Basilius. Sed quomodo in statu innocentiæ mulier sine dolore pareret: Diuus Augustinus libro decimoquarto de Ciuitate Dei, cap. vigesimosexto inquit: Cum fœtus in vtero iam partui fuisset maturus, tunc fore, vt materna viscera sponte in tantum laxarentur, vt commodum fętui sine matris dolore transitum pręberent. Sic ille. Multi euecta parente gignuntur, vt fuit Scipio Aphricanus primus Cęsar, & Manlius. Aristoteles libro septimo de historia animalium, cap. nono, multa scribit de mulierum doloribus in partu, quę quidem breuitatis causa prętermittimus *et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. fuisset etiam in statu innocentię mulier sub viri potestate, verum non coactè nec molestè, imperium quoque viri fuisset plenum ęquitatis, atque charitatis: nec vxor habita esset vt ancilla, sed vt carissima vitę socia, post peccatum autem grauis pœna est mulieris subesse viro: tum ob ingenij muliebris leuitatem animique superbiam: tum etiam quia plerunque viri vxores suas superbè tractantes, imperium eis suum onerosum, & odiosum faciunt. Sic sensus Pererij in capite superius citato, numero centesimoquinquagesimonono & sic finem pręsenti capiti imponemus.

fectu mẽstruum. Basil. De dolorib. mulieris parturientis. Aug. Quo mulier sine dolore pareret ĩ statu innocẽtiæ. Scipio Afric. Cæsar. Mãlius. Arist.

DE MALEDICTIONE TERRAE: & de tunicis pelliceis datis a Deo primis hominibus, & de verbis dictis a Domino Deo. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malum.

Caput Quartum:



Dae vero dixit: quia audisti vocem vxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae: spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedas herbas terrae; in sudore vultus tui pane vesceris tuo donec reuerteris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Genes. cap. tertio, vers. decimoseptimo, decimooctauo, decimonono. Pererius libro sexto de lapsu hominis super verba praenominata, ait, naturalem fertilitatem terrae non fuisse diminutam, aut demptam propter peccatum hominis; sed ita dictum est, quod ante peccatum non fuisset opus homini terram colere ad percipiendos fructus, quia paradisi terra per se fertilissima sponte suppeditasset homini longissimi sine labore omnia quaecumque ad victum pertinuissent. Sic sensus illius. Pelagiani Haeretici affirmabant mortem esse naturalem homini, & illam non esse ortam ex peccato. At vero ea opinio contraria est Diuinae Scripturę. Dicente Apostolo ad Romanos, cap. quinto, Deum fecisse hominem inexterminabilem, mortem vero propter peccatum, & inuidiam Diaboli inuasisse genus humanum. Quam quidem opinionem damnatam esse videtur in Concilio Tridentino, sessione quinta, de peccato originali, & a Diuo Augustino libro decimotertio de Ciuitate, cap. decimoquinto. *Et vocauit Adam nomen vxoris suae Eua, eo quod esset mater viuentium.* Eugubinus videt Lyranum interpre-

Pererius. *Paulus Apost.* *Aug.* *Eugub.*

terprae-

terpretantem nomen Euæ significare matrem omnium non simpliciter, sed miserè viuentium. Rupertus libro tertio de Trinitate, cap. vigesimosexto, significans potius debere vocari Euam matrem morientium, quam viuentium, sic inquit. Quid insanius, quam in illo talis causæ iudicio illam nuncupare Euam, idest vitam, quæ vitam in se non habeat? eaque dicere matrem cunctorum viuentium, quæ potius mater est cunctorum morientium? Sic ille. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Genes. cap. tertio, vers. vigesimoprimo.* Origenes in Commentarijs suis super Genes. putauit quod dicitur de tunicis pelliceis id non proprie, sed metaphorice, & figurate intelligendum esse. Ridiculum esse existimauit Deum, quasi Sutorem, vel Coriarium pelles eorum animalium in vsum aptasse. Similis est Gregorij Nysseni sententia. At è contra Diuus Augustinus, cap. trigesimonono, libro vndecimo Gen. ad literam arbitratus est, quæ scripta sunt de Tunicis pelliceis historicè dicta, & intelligenda esse. Sic enim scribit ille. Et hoc de tunicis pelliceis significationis gratia factum est, sed tamen factum; sicut illa, quæ significationis gratia dicta sunt, sed dicta tamen sunt. Vgo Sancti Victoris, vt inquit Pererius, putauit illas tunicas pelliceas factas esse primis hominibus, vel ex elementis, vel Mysterio Angelico, vel Deum docuisse illos primos homines rationem conficiendi sibi vestes ex pellibus animalium. Rupertus lib. 3. de Trin. c. 27. sic inquit. Fecit enim idest faciendi necessitatem illis imposuit. Talia quippe tanquam misera propter peccatum corpora esse voluit, quæ sine tunicis pelliceis durare non possint. Sic ille. Sunt igitur fabulæ, quod scripsit Lucretius, primæuos homines nudis fuisse corporibus, nec nisi post longo tempore vestibus vti cæpisse. At ex aduerso Plato in Pytagora, Cic. in 1. Tusc. Strabo lib. 15. tradunt non tantum illi vetustissimi hominum cædebant animalia, vt eorum carnibus vescerentur, verum etiam vt pellibus eorum tegerentur. Vnde Propertius appellauit Senatores Romanos pellitos, pro indumentis, quibus tegebantur. Fuit præterea hic habitus in magna veneratione, eo quod vsi sunt illo viri maxima pietate, & sanctitate, vt

Rupert. *Orig.* *Greg. Nyss.* *Aug.* *De tunicis pelliceis.* *Vgo Sancti Vict.* *Rupert.* *Lucretius refellit.* *Plato.* *Cic.* *Strabo.* *Propertius.*

fuit

Elias. *Ioannes Baptista* fuit Elias, & Ioannes Baptista. Sed cur Dominus Deus voluerit primos homines post peccatum vestiri tunicis pelliceis. *Pererius.* Pererius assignat multas causas lib.6. de lapsu hominis, super verba. *Fecit illi Dominus tunicas pelliceas.* prima causa fuit: vt sic prouideretur verecundiæ, & continentiæ. Secunda ob iniurias cęli, & intemperiem aeris euitandam. Tertia vt ostenderet in posterum fore ipsis licitum occidere animalia, si non ad esum, saltem ad vsum vestium ex eorum pellibus. Quarta vt Deus ostenderet se curam habere iustis & peccatoribus. Quinta significauit Deus qualis vestitus probo, & honesto viro comparandus, & vtendus sit: non ad molitiem & luxum, sed pro protectione, & defensione corporis. Sexta vt declararet quanto melius ipse sciret hoc vestimento pelliceo Adamum contegere, quam ipse Adamus amictu ficulneo seipsum velare. Septima, quia figurabant pelles mortuorum animalium virtutem pœnitentię, per quam moriendum est peccatis, sola enim vitæ peracta pęnitentia idoneum potest esse peccatorum integumentum, fractaque innocentiæ naui factoque naufragio, vnica tantum superest homini tabula pęnitentiæ, qua æterna inferni supplicia possit euadere. Octaua causa, vt sic vestitus primus Adamus, velut figura quædam esset secundi Adami Domini nostri Iesu Christi. sic sensus locutionis Pererij. *Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum, & malum. Gen. c. 3. v. 22.* Interpraetes censent hoc dictum esse a Deo per ironiam, & ad redarguendam Euæ stultitiam, & vecordiam illam Dei æqualitatem sibi, & marito sperantis, vel ad demonstrandam fallaciam serpentis. In eadem sententia locutus est D. Augus. lib. 11. de Gen. ad literam, c. 39. Rupertus lib. 3. Commentariorum suorum in Gen. c. 28. sic inquit. Ecce quomodo sicut Deus, vel quasi vnus ex nobis factus est: quomodo sciens bonum, & malum factus est: non quomodo ipse sperauit, sed sic factus est istud quomodo deceptor voluit. Sic ille.

Causæ cur Deus voluerit vestiri primos hões.

Tabula pniæ unicũ refugiũ post peccatũ.

Aug. *Rupertus*

DE

DE TEMPORE QVO ADAM FVERIT in Paradiso, & de Cherubin posito ad custodiendum viam ligni vitæ.

Caput Quintum.

Fuit opinio multorum Adamum eodē die, quo creatus est fuisse eiectum è Paradiso: nec mansisse vnum diem artificialem, scilicet per horas duodecim, sed tantum per horas sex. Auctores huius sententiæ fuere Irenæus lib. quinto aduersus hæreses, Cyrillus, & Epiphanius. Moyses Barcephas libro de paradiso fuit in eadem opinione, qui quidem ait tenuisse eandem sententiam. Philoxenum in Oratione de Arbore Vitæ, Ephrem quoque in Commentarijs, quos scripsit in Genesim, necnon Iacobum Sabugensem Episcopum. Pererius libro sexto de lapsu hominis, quæstione prima, disputans an in eodem die, quo creatus Adam sit eiectus è Paradiso, faciens analogiam inter Adamum, & Dominum Nostrum Iesum Christum, sic inquit. Sexta die Adamus est creatus, eodem quoque die passus est Christus, in eius diei exordio ille est ex luto compositus: hic item ad tribunal raptus, & sordidissimus fœdatus sputis: Hora eius diei tertia inductus est Adamus in paradisum, & Christus tertia hora mortis accepta sententia. Vrbe Hierosolyma extractus est ad supplicium. Inter sextam & nonam horam Eua, & Adamus protenderunt manus ad decerpendos fructus negatos, ex quorum gustu nefariam cæperunt voluptatem, hoc tempore Christus suas manus extendit super ligno Crucis, & amarissimo felle potatus est. Denique post meridiem Dominus eiecit Adamum de paradiso, Christus autem latronem sicut ei promiserat introduxit. Sic ille. At ex aduerso putauit Ioseph. libro primo Antiquitatum Basilius homilia de paradiso, Damascenus libro secundo De Fide Orthodoxa, cap. decimo, plus vno die versatos primos

Irenæus. Cyrill. Epiph. Moyses Barcephas. Philoxenus. Ephrem Pereri⁹. Analogia inter D. Iesum & Adamum. Ioseph. Basil.

homines illos fuisse in paradiso. Arbitratus est Pererius loco superius citato fuisse primos homines in paradiso per octo dies. Nam spatium octo dierum sufficiens fuit, (vt ille inquit) experiendæ aliquantulum eius status fœlicitatis. Putauit Rupertus libro tertio Commentariorum, cap. trigesimo in Genesim arborem vitæ fuisse ignotum Adamo, & Diabolo, & vim habuisse semel eius fructu gustato immortalem faciendi hominem. Sic ait ille in eodem loco. Igitur nec Adam cognouit, nec ipse serpens Diabolus sciuit, quod etiam lignum vitæ plantasset Dominus Deus in medio paradisi: si enim vel ille scisset, nunquam consilium suæ malignitatis ita dimidiasset, sed sicut illud temere persuasit, vt miseros faceret: sic & istud præripere suasisset, vt æternaliter miseros efficeret, & quibusdam interpositis ait ipse Rupertus, vt nobis non videatur incredibile, quod lignum vitæ potuerit afferre virtutem æternè reuiuendi. Vt de cæteris taceam, inquit ille, nonne Mandragorarum potenti auxilio, sterilis vterus Rachelis adeo melioratus est, vt conciperet, & pareret, primum Ioseph, & secundum Beniamin, licet cum periculo mortis enixa est? sed vsque hodie pro commendatione artis non fabulosæ, sed verum illud fuisse contendunt, quod in libris Gentilium legitur Æsculapium medicaminibus herbarum suscitasse mortuum, & ob illam causam esse fulminatum videlicet ne assuefcerent homines artem, per quam effugerent vtile sibi mortis edictum. Hæc Rupertus. *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Genes. cap. tertio, vers. vigesimoquarto.* Quidam putarunt hanc locutionem Moysis non esse Historicam, sed Metaphoricam, & his verbis Moysem nobis significasse magna impedimenta, quibus homines post peccatum ab ingressu in paradisum cœlestem retardantur: & hoc impedimentum duplex esse vnum inuisibile ex ipsis dæmonibus, alterum visibile tam bonorum, quam malorum corporalium, quibus homines a consequutione bonorum cœlestium retrahuntur. Sic sensus Pererij libro sexto de lapsu hominis, quæstione prima, Nicolaus de Lyra putauit paradisum in celsissimo loco positum esse, & circumclusum

Rupert⁹

Argumentum Ruperti ad probandam vim arboris vitæ.

De mandragoris Aesculapius, & mors eius.

Opinio Lyrani,

a Deo

a Deo maxima vi,& copia,ignis quæ quidem opinio fuit Tostati,& Magistri historiæ Scolasticæ. Putauit Rupertus in libro Commentariorum suorum tertio, cap. trigesimotertio, ignem illum, qui positus fuit in aditu paradisi cunctis mortalibus inaccessibilem esse. Nec Enoch,nec Eliam translatos esse in paradiso,vbi eiectus fuit Adamus, sed in secretam regionem terræ, vbi in magna carnis, & spiritus quiete viuerent, quoad finem mundi reddant, & mortis debitum soluant. Theodoretus in quæstione super Gene. quæstione quadragesima,arbitratus est Cherubinos positos ad custodiam paradisi non fuisse Angelos incorporeos, sed quasdam visiones horrificas,quæ arcerent Adamum ab ingressu paradisi. Theodorus Episcopus Eracleæ,Procopius, Gazeus fuerunt in eadem opinione, & arbitrati sunt isti nihil aliud fuisse Cherubim, qui ante paradisum erant,quam spectra quædam terribili forma ad mentiendum terrorem primis hominibus. Cherubim igitur significat plenitudinem scientiæ,quæ per eccellentiam est in octauo ordine,& hæc est sententia Diui Dionysij. Sed cur arcendus fuerit Dæmon ab ingressu paradisi; respondendum est debuisse a paradisi aditu arceri Dæmonem,ne decerperet fructum arboris vitæ, cuius donatione mortales auidissimos propagandæ vitæ falleret,& ad sui cultum adduceret. Perflammeum autem gladium non aliud equidem intelligendum est, quam illos ipsos Angelos sub specie, & figura hominum tenentes manibus suis gladios accerrima acie acutissimos,& ex eorum vibratione fulgentissimos. Sic Pererius libro superius citato, quæstione sexta.

Tostati & Magist. hist. Scolast. de paradiso.

Rupert⁹ et opinio illius, de trãslatione Enoch & Elia.

Theodoretus.

Theodorus.

Procopius.

Gazeus.

Dionys.

DE CAIM, ET ABEL, ET DE *Progenie, & de Sacrificijs eorum. Et de duarum Ciuitatum origine vnam Dei, alteram Diaboli.*

Caput Sextum.

Aug.

BEatus Augustinus in exordio libri decimiquinti de Ciuitate Dei, scribens de distinctione duarum Ciuitatum, quarum altera est Dei, altera Diaboli, sic inquit. Omne genus humanum in duo genera hominum distribuimus: vnum eorum, qui secundum hominem; alterum eorum, qui secundum Deum viuunt: quas etiam mysticè appellamus Ciuitates duas hoc est duas societates hominum, quarum vna est, quæ prædestinata est in æternum regnare cum Deo, altera æternum supplicium subire cum Diabolo, & quibusdam interpositis, sic inquit ille. Natus est igitur prior Caim ex illis duobus generis humani parentibus pertinens ad hominum ciuitatem: posterior Abel, ad Ciuitatem Dei. Idem Augustinus extremo capite, libri decimiquarti eiusdem operis, sic scribit. Fecerunt Ciuitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui, vsque ad contemptum Dei, Cœlestem vero Amor Dei, vsque ad contemptum sui. Et illa quidem in se ipsa, hæc autem in Domino gloriatur. Sic ille. *Adam vero cognouit vxorem suam Eua, quæ concepit, & peperit Caim, dicens possedi hominem per Deum; Rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Caim Agricola: factum est autem post multos dies, vt offeret Caim de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus, ad Abel, & ad munera eius: ad Caim autem, & ad munera eius non resoexit, iratusque est Caim vehementer & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum, quare iratus es? & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies, si autem male, statim in*

Diuisio totius generis humani in duas Ciuitates, vnu Dei, alteram Diaboli.

Cain, & Abel.

Amor Dei, & sui illas duas Ciuitates condiderunt.

foribus

foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius : Cap. quarto, Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto sexto, septimo, octauo. Merito appellatur Sancta Hebrea lingua, quod commissionem, & copulam carnalem vocauit cognitionem fœminæ. Honeste quidem dixerunt Latini dare operam liberis: Græci autem communicare mulieri: Sed Hæbraice honestius virum cognoscere vxorem. Sic sensus Pererij libro septimo de Caim, & Abel, qui quidem ait ille Caim esse primogenitum Adami, quia Ethymologia nominis Caim illud demonstrat dicente Eua possedi hominem per Deum: quod non dixisset, si alios filios ante Caim habuisset. Sic Pererius. Sed quanto tempore post eiectionem primorum hominum è paradiso Caim, & Abel generati fuerunt. Refert Auctor Historiæ Scholasticæ in Historia libri Genes. cap. vigesimoquinto, memoriæ proditum esse Methodio Martiri, cum is propter fidei confessionem in carcere esset quandam reuelationem ei accidisse: Vnde patefacta ei diuinitus fuisse omnia, quæ euenerunt illis hominibus, quæ quidem cum sint commentitia falso attributa Methodio breuitatis causa, vt res parui pretij prætermittemus. *Fuit autem Abel pastor ouium, & Caim Agricola*. Apud priscos illi boni Reges appellabantur Pastores: Rappræsentabant enim ars, & exercitatio pastoralis prouidentiam Dei erga homines, quamobrem Deus, & Christus Dominus gaudet nomine pastoris appellari. Sed vnde didicit Abel in exordio mundi sacrificia Deo offerre, dicemus id fecisse, & didicisse à patre Adamo, vel instinctu naturali, & impulsu ad id faciendum adduci. Sic sensus sermonis Pererij libro septimo, De Caim, & Abel super illa verba Genes. *Fuit autem Abel pastor ouium*, qui quidem in eodem loco paulo inferius disputat cur nusquam scriptura memoret Adamum, & Isach sacrificasse, sic respondet, credendum est duos istos Patriarchas sacrificasse Deo, propterea tacuit Scriptura de Sacrificio Adami, quia cum eo fuisset origo peccati, non erat conueniens, vt in eodem ostenderetur origo Sanctitatis, & Religionis, sed potius in Abel, qui primus omnium appellatus est iustus. Isaac porro quia ea re fuit Illustris figura Christi Domini, quod a patre suo in quantum

Hebrea ligua honestior aliis.

Magist. hist Sco.

Abel pastor ouiu Caim agricola.

tum in ipso fuit immolatus,& sacrificatus est, vt remaneret integra eius figura, eiusque mysterium: idcirco non inducit eum Scriptura offerentem Deo externa sacrificia. Sic ille. *Factum est autem post multos dies, vt offeret Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis*
Rupert⁹ *sui,& de adipibus eorum*. Rupertus libro quarto Commentariorum in Genes.cap.secundo:sic inquit. Abel autem primo cor suum, deinde rem suam offerendo plurimam hostiam per fidem obtulit, Nobis demonstrans in verbis istis fuisse vberiorem,& copiosiorem oblationem Abel,quam Caim,& excellentiorem, idest optimarum rerum fuisse, denique magna fide,& pietate animi Deo exhibitam. Sic Rupertus. Dupliciter solet significare Scriptura placuisse Deo aliquod sacrificium,vel dicendo respexisse Deum ad illud sacrificium: vel dicendo Deum esse odoratum illud Sacrificium in odorem suauitatis. Sic Pererius loco superius citato, Hierony-
S.Hier. mus in libro traditionum Hebraicarum docet non fuisse aliud signum, in quo intellexit Caim placuisse Deo oblationem Abelis, nisi igne repente misso de Cœlo, in quo cremauit, & consumpsit Sacrificium Abelis, intacta prorsus oblatione Caim. Sed cur in generatione prior nominetur Caim, in Sacrificio autem nominetur Abel. Diuus Ambrosius li-
Amb. bro primo De Caim,& Abel,cap.tertio, sic scribit. Recte ergo vbi nascuntur; si fratres seruatur etiam in prædicando ordo naturæ; vbi vero exprimitur disciplina viuendi seniori,iunior antefertur. Quia & si tempore iunior virtute præstantior est,& quibusdam interpositis,sic ait. Vbi enim generatio exprimitur præueniat Caim; Vbi disciplinarum fit prædicatio præcurrat Abel. Sic Ambrosius. *Dixit Dominus ad Caim: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies: sin autem male statim in foribus peccatum tuum adhærit? sed sub te erit appetitus eius,& tu dominaneris illius*. Bernardus
Bern. sermone quinto de Quadragesima, egregie tractans, sic inquit. Grande periculum est, grauis lucta aduersus domesti-
Nos aduenæ in mundo. cum hostem,maxime cum nos aduenæ scimus,& ille ciuis: ille suam habitat regionem,nos exules simus,& peregrini; & paulo inferius,ait ille. Sub te est, ò homo,appetitus tuus, & tu domi-

tu dominaberis illius; poteſt inimicus tuus excitare tentationis motum, ſed in te eſt, ſi volueris dare, ſeu negare conſenſum. In tua facultate eſt, ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, & omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim inflammat inimicus deſiderium cibi, vanitatis, aut impatientiæ, cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum: tu tu ſolummodo ne conſenſeris, & quoties reſiſteris, toties coronaberis. Beatus Auguſtinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, cap. ſeptimo, inquit. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo. mali autem contra, vt fruantur mundo vti volunt Deo. Sic Auguſtinus; Inuidentiam charitatis fraternæ maxime Deus arguit; & propter hoc Dixit Dominus Caim, quare contriſtatus es? & quare concidit facies tua?

Dæmon Ciuis huius mundi. Certatio Diaboli aduers. hominis. Aug.

DE NECE ABELIS, ET *de maledictione data Caim, & de timore Caini.*

Caput Septimum.

Ixit Caim ad Abel fratrem ſuum. Egrediamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Caim aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Caim, vbi eſt Abel frater tuus? qui reſpondit neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Cap. quarto, Geneſ. verſ. octauo, nono. Super hæc verba Auctor Paraphraſis Hieroſolymitanæ, ſic inquit. Accidit cum egreſſi eſſent ambo in Agrum, reſpondit Caim non eſt iudicium, nec Iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impijs, & quibuſdam interpoſitis ait ipſe auctor. Reſpondit Abel, & dixit ad Caim: eſt Iudicium, & Iudex, eſt ſæculum aliud, eſt item merces pro bonis, & pœna pro impijs: Miſericordia quoque Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur, quia vero

Auctor Paraphraſis Hieroſolymitanæ. Cauſa contentionis inter Cain et Abel.

meliora

meliora fuere opera mea tuis, suscepta est oblatio mea cum beneplacito, tua autem non est suscepta. Cumque isti duo contenderent in Agro, consurrexit Caim contra Abel, & occidit eum. Sic Paraphrasis illa. Sed quo genere necis interemptus sit Abel non explicauit Moyses. Sed Pererius arbitratus est, aut ferro, aut fustibus, aut lapidibus peremptum esse. Putauit Catharinus Diabolum instigasse Caim ad necem fratris Abelis verentem, ne quia Sanctus erat Abel, esset illud ipse mulieris semen, aut ex eo progenerandum, a quo serpentis caput contritum iri a Deo debebat. Caietanus Arbitratus est loquutum esse Deum interiori, & spirituali locutione; At Diuus Ambrosius putauit locutionem Domini ad Caim fuisse, vt eum adduceret ad confessionem criminis, & ad pœnitentiam. Sic scribit ille in libro secundo De Caim, & Abel, cap. nono. Responsum Caim vt scribit Pererius super ista verba fuit mendax impium, & inhumanum, dicens nescio; nunquid custos fratres mei sum ego? *Dixitque ad eum, quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Genes. cap. quarto, vers. nono, decimo.* Quatuor genera peccatorum sunt, quæ clamant ad Deum. Vnum est peccatum homicidij. Alterum est peccatum nefandum contra naturam, de quo *cap. decimooctauo Genes.* dixit Deus. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est*, cum sequentibus verbis. Tertium est oppressio infirmorum, vnde *in libro Exodi, cap. tertio*, inquit. *Clamor filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur*. Quartum est retentio mercedis operariorum, de qua *Beatus Iacobus cap. quinto suæ Epistolæ*, sic scribit. *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit*. Sic sensus Pererij in libro septimo de Caim, & Abel super verba ista. *Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam non dabitur tibi fructus suos: Vagus, & profugus eris super terram. Genes. cap. quarto, vers. vndecimo, & duodecimo* Pronunciat Deus tria mala euentura Caim propter fratricidium. Vnum fore maledictum super terram. Alterum est, laborem eius incolendo terram fore infructuo-

Margin notes: *Catharinus.* — *Caiet.* — *Amb.* — *Responsũ Caim impium mendacem fuisse.* — *Quatuor genera peccatorum clamãtium ad Deũ.*

fructuosum. Tertium vagum,& profugum vitam acturum, & maledictum iri ab hominibus, qui super terram habitant. Non enim tantum qui tempore Caim vixerint, verum etiam in omnibus sæculis,qui futuri erant, maledicturi erant Caim propter scelus fratricidij. Denique profugus, & vagus significat infœlicissimam eius vitam, qui nullum certum habitaturus esset Domicilium: tremens viuet fugiens conspectum hominum,Maledictio quippe illa videtur esse triplex, scilicet in anima, in corpore, & in rebus extern is. Sic vis locutionis Pererij libro superius citato super illa verba. De Nece Abelis,& de malis, quæ propter eum Caim acciderunt allegorica interpretatio ad iusti necem eius Auctores Iudæos. Rupertus interpretatus est libro tertio Commentariorum, *& in Genes.cap.sexto.* *Dixit Caim ad Dominum maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear,vers.decimotertio.* Pagninus sic intelligit,& vertit hunc locum: maior est punitio, quam vt feram, idest maior est iniquitas mea,scilicet iniquitatis meæ punitio, quam vt possim eam viuus ferre. Sanctus Chrysostomus homilia decimanona in Genes. putauit orationem Caini dicentis maior est iniquitas mea,quam vt veniam merear fuisse absolutam confessionem commissi sceleris, nihilominus non fuisse ei vtilem, quod nimis sera, & intempestiua fuerit: cui opinioni valde aduersatur Pererius,quia inquit ille nulli mortalium,quo ad hanc vitam degit,vera peccatorum confessio, & pœnitentia sera, & inutilis esse potest. *Ecce eicis me hodie a facie terræ,& a facie tua abscondar,& ero vagus, & profugus in terra:omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Genes.cap.quarto, vers.decimoquarto.* ostendere Deus faciem suam in Sacris literis,significat declarare Deum manifestis signis se alicui bene velle fauere, & sub protectione sua habere, contra vero abscondere faciem suam Deum alicui,est eum deserere a se abijcere,& sua protectione priuare. Sic Pererius loco superius citato. Sed audi Ambrosium libro secundo De Caim, & Abel, cap.nono quid scribat. Nihil enim grauius,quam errantem a Deo deseri,vt se reuocare non possit,& paulo inferius,ait ille, Angustæ mentis homo præsentem mortem veretur, perpetuam negligit,& Diuinum iudicium non reformidat. Sed

Pagnin.

Chrys.

Pereri.

Ostēdere Deus faciē suam quid significat.

Amb.

N a quo

a quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terris? potuit quidem & incursus bestiarum timere, qui legis Diuinæ iura violauerat, nec præsumere de subiectis animalibus cæteris, qui docuerat hominem occidi: potuit & parentes patricidas timere, qui docuerat patricidium posse committi; potuerunt enim & parentes de filio discere, quod didicerant posteri de parente. Nec Ambrosius ex hoc loco (ait Pererius) satis apponet, quisnam sit improborum hominum animus propter scelera ab ipsis admissa, quis timor: nimirum non dolent culpæ turpitudine, nec inferni supplicia perhorrescunt, quam præsentis vitæ calamitates, cruciatusque corporis, denique imminentis acerbitatem mortis. Sic ille. *Dixitque ei Dominus, nequaquam ita fiet, sed omnis, qui occiderit Caim septuplum punietur, vers. decimoquinto, Genes. cap. quarto*. Septuaginta Interpretes, & Theodoretus intelligunt Orationem septuplum punietur, scilicet septem vindictas exoluet: Aquila septempliciter vlciscetur, seu vindicabitur. Putauit Rupertus libro tertio, cap. octauo Commentariorum in Genes. septuplum puniri idem esse, quod æternis supplicijs plecti. Symmachus arbitratus est septimus punietur id referri debeat ad ipsum Caim, qui non ante peremptus est, quam peruenit ad septimam suam generationem, quæ terminata fuit in filijs Lamech, a quo creditur ille occisus. Altera interpretatio secundum versionem Latinam id significat grauissimo, & seuerissimo supplicio Caim afflictum iri. *Posuit Dominus in Caim signum, vt non interficeret cum omnis, qui inuenisset eum, vers. decimoquinto.* Sed quale fuerit illud signum, Hebræi, & multi Doctores vestri putarunt esse ingentem quendam, & horribilem totius corporis, & capitis tremorem animique pauorem. Sic Pererius super verba prænarrata. *Egressusque Caim a facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Edem*. Sed hic licet adscribere verba Ambrosij digna memoriæ. Ecce inquit iustus, innocens, pius propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc æui sublatus est fratricidio: & iniquus, sceleratus, impius, etiam fraterna cæde pollutus longæuam duxit ætatem, duxit vxorem, posteritatem reliquit, vrbes condidit, & hoc meruit permissione

70. Interpretes. *Aquila.* *Rupert'* *Opinio Hebræorum.* *Amb.*

sione diuina. Nonne in his aperte vox Dei clamat, erratis qui putatis, sic esse omnem viuendi gratiam? non intelligitis, non aduertistis senectutem hanc miseriarum esse veteranam processionem, quam ætatis ærumnarum stipendia, & scylleo quodam vsu circumsonari nos quotidianis naufragijs, tundi fluctibus in scopulosis habitaculis degere, & in his delectari; sicut illud non tam æternum animal, quam immortale malum. Sic Ambrosius. *Et ædificauit Ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Enoch, vers. decimoseptimo, Genes. cap. quarto.* Sed quomodo Caim cum tres, vel ad summam quinque, tunc in mundo essent homines Ciuitatem ædificauerit. Ad hanc quæstionem respondet Diuus Augustinus libro decimooctauo de Ciuitate Dei, cap. octauo. Tam longa quippe vita inquit illorum hominum fuit, vt illic memoratus, quorum & anni taciti non sunt, qui minimum vixit ante Diluuium ad septingentos quinquaginta annos perueniret. Nam plures nongentos annos etiam transiuerunt, quamuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaque dubitauerit, per vnius hominis ætatem tantum multiplicari potuisse genus humanum vt esset vnde constitueretur non vna, sed plurimæ Ciuitates? Sic Augustinus. Ludouicus Viues in Commentarijs suis in libris Diui Augustini de Ciuitate Dei sup. libro decimoquinto, cap. octauo, scribit fuisse in Hispania in recordatione patrum suorum Vicum fere centum habitationum; cuius habitantes omnes a quodam Sene, qui adhuc viuebat procreati, & generati erant, ita vt affinitati nomen deesset. At Beatus Augustinus in capitu. quinto prædicti libri prodidit, vt Caim primæ Ciuitatis conditor fuit, & fratricida sic fuit Romulus Conditor Romæ. Vnde Lucanus cecinit.

Enoc prima Ciuitas orbis

Quæstio circa ædificationē Enochiæ. Aug. disputatio.

Ludouici Viues exemplū.

Caim fratricida conditur primę Ciuitatis.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Pererius redarguit errores Antiquorum; de æternitate, uel nimia vetustate Ciuitatum libro septimo De Caim, & Abel super verba, *& ædificauit Ciuitatem,* dicens ille, primum errorem fuisse Aristotelis, & Caldæorum dicentium, & arbitrantium mundum fuisse æternum, & per consequens nullum exordium ædificandarum Ciuitatum. Alter fuit Poetarum, qui finxerunt in Aureo sæculo, quo regnauit Saturnus

Romul9 fratricida conditor Romæ.

Error Arist.

Error Chaldæorum. nullas fuiſſe Vrbes, ſed poſtea ædificari ceptas Regnante Ioue, quem tamen poſt Noeticum Diluuium fuiſſe conſtat. Tertius fuit error Ægyptiorum, qui quidem aſſirmabant *Error Poetarum.* vrbem Athenarum conditam eſſe nouem annorum millibus ante Solonis ætatem, cum tamen ab exordio mundi, viſque ad ætatem Solonis, minus tribus annorum millibus, & quin- *Error Aegyptiorum* gentis præterijſſe compertum ſic. Quartus error Græcorum fuit aientium primam omnium vrbem fabricatam a Cecrope. Verum Cecrops propemodum æqualis fuit ipſius *Error Græcorum. Cacrops.* Moyſis; & Phoromei ætas in Iacob Patriarchæ ætatem planè competit. Quintus error Ægyptiorum fuit falſo iactantium Dioſpolina, hoc eſt Thebas fuiſſe antiquiſſimam primam omnium Ciuitatum, quæ in Orbe fuere. At enim Meſraim Nepos Noe, iam euerſa tunc Babel factaque lingua rum *Error Aegyptiorum ſecūdus.* diuiſione, primus omnium terrarum Ægyptum coluit, & gentis Ægyptiorum auctor fuit, & conditor. Sic Auctor ille. Prima igitur Orbis terrarum Ciuitas Henochia fuit a Caim *Menſraim.* extructa. Beroſius Annianus inquit Henochiam fuiſſe conditam circa Lybanum Montem, quæ quidem opinio reprobata eſt. Pererius ſuper ædificationem Ciuitatis, libro ſeptimo, *Prima Ciuitas.* de Caim, & Abel, numero ſeptuageſimoquarto, ſic inquit. *Beroſus Annianus.* Sed quæ ratio impulit Caim ad ædificandam Ciuitatem? An quo tutior, & ſecurior eſſet? perpetuo enim ſibi mortem timebat; & quemadmodum Adam inter denſas paradiſi Arbo- *Pereri⁹.* res ſeſe voluit abſcondere, ita Caim muris ſe incluſit. Sic ille. *Cur homines ſe incluſerint in Ciuitatibus.* Plato in Pytagora, cauſam, cur homines ſe Ciuitatibus extructis incluſerint, fuiſſe putauit, vt ſeſe aduerſus ferarum rabiē defendere, ac tutari poſſent. At Ariſtotele primo libro Politicorum, arbitratus eſt hominem eſſe animal politicum, & multo magis ſociabile, quam alia animalia rationis incapacia. Ideo cauſa ſocietatis, & communione rerum ratio, & expe- *Plato.* rientia homines adduxit ſimul commorari, & habitare. Pere- *Ariſt.* rius loco ſuperius citato valde miratus eſt de improbitate, ſolertia, prudentia hominum ad omnia, quæ ad præſentis vitæ vtilitates, voluptates, honoreſque pertinent: abiecto prorius amore vtroque rerum cœleſtium, & æternarum. Sic ille. Quam quidem ſententiam exhauriuit ex libro decimoſexto

Mora-

Moralium Diui Gregorij, cap. sexto, qui sanè inquit. Videas namque plurimos temporalia sola cogitare, honores, quærere, ambiendis rebus inhiare, nil post hanc vitam requirere; quid itaque isti; nisi in prima se generatione dedicant? Videas electos nil præsentis gloriæ quærere, libenter inopiam sustinere, æquanimiter perpeti, vt possint in fine coronari. *Greg.*

DE CAIM NECAE, ET DE *filio Adami, scilicet Seth, & moribus eius.*

Caput Octauum.

Ixitque Lamech vxoribus suis Adæ, & Sellæ audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum. Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum septuplum vltro dabitur de Caim: De Lamech vero septuagies septies. Genes. cap. quarto. vers. vigesimotertio, & vigesimoquarto. Locus iste Scripturæ difficillimus est. Quem putauit Catharinus inexplicabilem esse. Fertur ex antiqua traditione Hebræorum Lamech fuisse deditum venationi. Cum igitur iam præ Senio Caligans, & vtens ductu adolescentis, quem Hebræi filium ipsius Thubal Caim fuisse dicunt, nihilominus tamen venationi vacaret: semel offendit ipsum Caim densis in Syluis ferrarum more inerrantem: quem Lamech monitu sui Rectoris, & Ducis feram esse illam existimantis, sagitta confixum interfecit. Verum mox errore cognito tantum in puerum exarsit ira, vt eum multum & vehementi percussu, ictuque occideret. Sic exponunt verba, *occidi virum*, idest Caim, *in vulnus meum.* idest in vulnere a me inflicto, *& Adolescentulum in liuore meo*, quia vehementer eum Arcu percutiens totum corpus eius liuidum fecerat; & quoniam hæc cædes incidit in septimam generationem ab ipso Adam, apparet necem Caini, & vindictam fratricidij

Catharinus. *Lamech Historia mortis Caim secundum Hebræos*

tricidij eius, vsque in septimam generationem fuisse delatam, quod nonnulli putarunt nobis esse significatum illis Dei verbis, *omnis qui occiderit Caim septuplum punietur*. Sic sensus Pererij libro septimo de Caim, & Abel super verba prædicta numero septuagesimooctauo, & septuagesimonono, Catharinus, Hieronymus ab Oleastro, Paulus Burghensis putarunt Caim non esse occisum a Lamech; quæ quidem opinio cum sit contraria Communi nihil aliud de ipsa dicemus. Verum si Lamech censerit pœnas, quas Deus interfectori Caim comminatus fuerat nec ne, quia per ignorantiam, & errorem occidit illum, & quia crimen suum confessus est, incompertum est, nec alium id scire potest, præter illum, qui pœnas illas contra Caim promulgauerit. Caietanus exponens locum istum Scripturæ videtur probare sententiam, & expositionem prædictam, qui quidem inquit. Confiteor expresse Lamech se duos occidisse homines, tum ex diuersitate ætatis, alterum virum, alterum puerum; tum ex diuerso modo occidendi, alterum scilicet vulnere, alterum liuore, & quibusdam interpositis, ait ille; tum quia quadrat literæ, quod Lamech cæcutiens, dicente puero dirigente ipsum, emitte sagittam illo, arbitratus est bestiam ibi moueri, vulnerauit Caim absconditum; & postquam aduertit occidisse patrem Attaui sui, flagellauerit puerum, qui ex liuore flagelli mortuus fuerit. Liuor enim magnus non purgatus mortifer est. Sic Caietanus. Sed vnde compertum sit Caim occisum esse a Lamech fortasse Caietanus secutus est traditionem Hebraicam, & sententiam Diui Hieronymi in Epistola centesimavigesimaquinta, quam scribit ad Damascum. Maiorum (ait ille) nostrorum, ista sententia est, quod putent in septima generatione a Lamech interfectum Caim, & paulo inferius, Lamech qui septimus ab Adamo fuit non sponte, vt in quodam volumine Hebræo scribitur, interfecit Caim, sicut ipse postea confitetur dicens, *Virum occidi in vulnere meo, & iuuenem in liuore meo*. Altera sententia, & interpretatio fuit Theodoreti in libro quæstionum in Genes. quæstione quadragesimaquarta. Lamech non duos homines occidisse, nec ipsum Caim, sed alium iuuenem, & homicidij pœnam euasisse, quia crimen

Catharinus. Hier. ab Oleastro Paulus Burghensis.

Caiet. Duos homines occidisse Lamech,

Theodo. aduersatur Caietano.

suum

suum vehementer doluit. Verba Theodoreti sunt ista. Non duos vt quidam putarunt, nec ipsum Caim, vt alij fabulati sunt, sed vnum, & hunc iuuenem. *Virum*, inquit, *occidi in vulnus meum, & Adolescentulum in liuorem meum*, hoc est, virum agentem iuuenilem ætatem, pœnam autem euasit propter peccati confessionem, & contra se ferens sententiam, euitauit sententiam diuinam. Sic Theodoretus. Altera interpretatio fuit Suidæ duos fuisse Lamechos, vnus Caini, alter qui fuit pater Noe. At sententia Theodoreti, & Suidæ cum sint contrariæ opinioni communi, reijciendæ sunt. Pererius libro septimo De Caim, & Abel super quæstionem hanc (inquit) tres esse gradus hominum, primus hominum innocentium, vt fuit Abel, quorum tres sunt proprietates: Placere Deo, & opera ipsorum: Inuidiosos esse apud homines: magnas, & frequentes pati tribulationes. Secundus est gradus peccatorum impœnitentium qualis fuit Caim, quorum proprium est scelera patrare quælibet, eaque vel excusare, vel negare, & tandem veniam, & salutem desperare: Vagi enim semper & profugi sunt, vitam miserrimam ducunt: Tertius gradus est peccatorum pęnitentium, quos expressit Lamech: isti siquidem per errorem, vel animi perturbationem male egerint, id continuo agnoscunt, dolent, confitentur. Sic ille. Diuus Chrysostomus homilia vigesima in Genes. inquit confessionem Lamech fuisse bonam, & vtilem illi; per septuages septies significari putauit Ioseph. libro primo Antiquitatum, septuaginta septem liberos, qui procreati fuerunt ex Lamech & duabus vxoribus eius propter homicidium eius patris Lamech omnes Diluuio perijsse. At Rupertus libro tertio Commentariorum in Genesim, cap. sexto, putauit illa verba debere intelligi pœnam insolubilem, & æternam Caini, quia pœnitentiam non egit, & pœnam temporiariam Lamechi, quia peccatum suum expiauit. Verba autem Ruperti sic se habent. Cum autem dixit Lamech septies vltro dabitur De Caim, de Lamech vero septuages septies, insolubilis vindicta Caim, & solubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et recte quia Caim pœnitentiam non egit, ipse vero Lamech pœnitentiam egit, quia peccatum suum confitetur. Hæc Rupertus.

Suidas.

Tres gradus hominum secundum Pererium.

Chrys.

Rupert.

tus. Cognouit quoque adhuc vxorem suam Adam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caim. Genes. cap. quarto, vers. vigesimonono. Caietanus argumentatur Abel fuisse occisum circa centesimum, & trigesimum Annum Adami. Ante vero necem Abel complures filios genuisse Adamum arbitratus est Pererius libro de Caim, & Abel super verba prædicta, qui quidem ait ex sola posteritate Seth permansisse, atque ex ea permansurum esse populum Dei, & Vniuersum genus humanum propagatum. At lubet hic apponere præconium Seth ex Suida, & Iosepho. Suidas autem ex vocabulo Seth, sic inquit. Seth ab hominibus illius ætatis Deum fuisse appellatum eo quod & Hæbraicas literas, & Stellarum apparitiones inuenisset: & ob insignis eius pietatis admirationem primus hominum appellatus est Deus: quemadmodum postea & Moyses dictus est Deus Pharaonis, & Iudices, & Principes populorum in Sacris literis nominantur Dij. Hoc enim significare voluit Moyses cum dixit filios Dei ingressos esse ad filias hominum, idest filios, seu posteros Seth ad fœminas ex stirpe Caim. Hæc Suidas. Iosephus autem libro primo Antiquitatum, scribit vnum esse ex liberis Adami vocatum Seth, qui virtutis studijs se totum dedit, & cum nepotibus suis syderalem scientiam acquisitus est: & ne perirent propter Diluuium, aut incendium ea, quæ didicerunt illi excitatis duabus Columnis sua inuenta inscripserunt: Vnam lapideam, alteram latericiam, vt si latericia Diluuio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret. Sic sensus Iosephi. *Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cæpit inuocare nomen Domini. Genes. cap. quarto, vers. vigesimoseptimo.* Sed an Enos primus omnium cæperit inuocare nomed Domini orta est quæstio. Nam Seth pater Enos, & ante Abel, & primus omnium Adam consueuisse inuocare nomen Domini per oblationes, & sacrificia dubitari non debet. Caietanus in explanatione huius loci ait non fuisse primum Enos, qui absolute nomen Dei inuocauerit, sed fuisse primum, qui cæperit inuocare nomen Domini sub nomine illo Iehouah, quod Hebræi tanquam incompræhensibile, & ineffabile summa

Suidas. Ioseph. Praconium Seth.

Caiet.

summa reuerentia colunt. Quæ quidem interpraetatio non placuit Pererio, sed inquit potius sic esse vocatum Enos, quia super omnes priores pius, & religiosus fuerit, vel quia certos ritos, & cæremonias Diuini cultus adinuenit: scilicet erectionem Altarium: vel quia cæpit congregare populum quasi Ecclesiam fidelium inchoans, & adunans. Sic sensus locutionis illius. *Pereri*.

DE LONGITVDINE ANNORVM, *quibus vixerunt homines ante Diluuium, & de causis tam longæ vitæ, & cur nullus attigerit millesimum annum.*

Caput Nonum.

Ixit autem Adam centum triginta annis: & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth octingenti anni: genuit filios, & filias. Et factum est omne tempus, quod vixit Adam anni nongenti triginta, & mortuus est. Cap. quinto, Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. Scribit Pererius decem generationes recenseri ab Adamo, vsque ad Diluuium, quæ comprehendunt annos 1656. & esse illud notabile in hac serie generationum tres muniri longioris vitæ, quam fuerit Adam, scilicet Iared, qui vixit nongentos sexaginta annos: & Noe qui fuit nongentorum, & quinquaginta annorum. Mathusalem quoque, qui vitam duxit, vsque ad nongentesimum sexagesimum nonum annum. Verum quia Adam creatus fuit in ætate virili, quæ fuit circa sexaginta annorum credibile est, vt primus vir formatus manibus Dei longiorem vitam egerit, quam quiuis alius mortalium: quoniam si creatus est in ætate sexaginta annorum, & vixit nongentos, & nonaginta annos. Sic sensus locutionis Pererij libro septimo de progenie Adami super verba prædicta Genes. Ægyptij finxerunt, sicut

Iared, Noe, Mathusalē longioris vitæ, quam Adam

Adam creatus ætate 60. ann.

Figmentum Aegyptiorum cordis humani. ait Plinius libro vndecimo, cap. trigesimoseptimo. augeri cor humanum ab ortu hominis per singulos annos, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere: & ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere homines vltra centesimum annum defectu cordis. Ægyptij existimant, quibus mos est cadauera asseruare medicata. Sic ille. Sed manife- *Plinius.* sto exemplo hæc falsa esse confirmat ipse, sic dicens inuentos esse tempore Vespasiani Cæsaris viros duos vnum Bononiæ, alterum Arimini centum, & quinquaginta annorum. Verum ab Antiquis Scriptoribus proditum est, quosdam vixisse ad quingentos, & sexcentos annos, auctor est Iosephus in libro *Ioseph. Berosus.* primo Antiquitatum, qui excitat Manethonem Ægyptium, Berosum Chaldæum, Mocum Æstium, Hermeum Chal- *Manethon Aegyptius. Esiodus.* dæum, qui etiam Esiodum, & alios multos citant. Nonnulli putarunt annos, quos vixerunt homines ante Diluuium fuisse menstruos hoc est trigintasex dierum, sed hoc quam sit non *Refelluntur dicentes menses esse menstruos.* modo falsum, sed ipsi Scripturæ contrarium aperte ostendit Pererius libro superius citato. Sic inquit ille. Si enim sequamur hanc rationem annorum, efficietur vt Cainan, & Henoch cum esset sexaginta annorum cum dimidio genuisset filios, scilicet sex annorum cum dimidio. At si dies, quos memorat Moyses in descriptione Diluuij per vnum illum annum numerentur reperientur ad trecentos sexaginta. Sic ille. Sed *Causæ lõgitudinis vitæ antiquorũ.* quænam causæ fuerint tam longæ vitæ eorum hominum ante Diluuium? respondemus cum auctore prædicto in eodem loco, quæstione tertia, multas fuisse: prima enim fuit bonitas constitutionis, & temperamenti corporis humani: natura recens a Deo facta ad resistendum omnibus contrarijs. Secunda causa fuit sobrietas, & continentia in victu, & potu; Varietas autem, mixtura, & condimenta ciborum vitam minuunt; sicut docet Hippocrates, & Quotidiana demonstrat experientia opiparè, edentes, & bibentes esse breuis vitæ. Tertia fuit præstantia alimentorum ob eximiam bonitatem terræ, quia propter aquas salsas Oceani inundantes terram sterilem fecerunt eam. Quarta causa fuit cognitio Adami circa naturales vires, & facultates herbarum, fructuum, metallorum, lapidum, & quæ res habent vim, & potentiam conser-

uandi,

uandi, & longè producendi vitam humanam. Quinta cauſa fuit influentia cœlorum benigna, propitia, atque ſalutaris erga omnia. Sexta generis humani multiplicatio. Septima cauſa fuit, vt diu viuentes homines poſſent reperire artes, & ſcientias ad vtilitates vitæ humanæ. Sic ſenſus Pererij. Sed cur nullus hominum milleſimum annum attigerit; reſpondemus cum Dauid dicente in Pſalmo octuageſimonono, *mille anni ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ præterijt*: ſignificas mille annos ante oculos Domini nil aliud eſſe, quam dies externa; & quia dixit Dominus, *in quocunque die comederis morte morieris*. Hinc eſt quod nullus mortalium attigere potuit milleſimum annum, quia in die Domini oportebat mori, qui ſicut dictum eſt milleſimum annum eſt dies Domini. Sic eſt ſenſus Irenæi libro quinto aduerſus hæreticos, Cic. prima quæſt. Tuſcul. excitat Ariſtotelem dicentem beſtiolas quaſdam naſci, quæ vnum diem viuant; ex ijs igitur hora octaua, quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt, quæ vero Occidente Sole iam decrepita. Sic ille. Sed cur addatur clauſula ſingulis partibus, & mortuus eſt, reſpondemus cum Pererio libro ſeptimo de progenie Adami, quæſtione quinta, vt manifeſte appareat Deum veracem fuiſſe, qui dixerat. Si comederitis morte moriemini: Dæmonem autem mendacem, qui dixerat nequaquam moriemini. Tertium quia nihil diuturnum eſt cuius finis eſt, quicquid enim præterijt pro nihilo ducitur. Sic ille. Plinius lib. 7. cap. 48. excitat Exiodum attribuentem cornici nouem noſtras ætates, id triplicatum ceruis, & de phenice ſcribit ille lib. 10. c. 2. viuere ad ſexcentos, & ſexaginta annos. Ariſt. lib. de hiſt. animalium, ait viuere elephantes, vſque ad annum treceenteſimum.

Cur nullus homini mille ſimũ annum attigerit.

Irenęus.
Cic.

Plinius, de cornice, et ceruis.

Ariſt.

SI ADAMVS SIT SALVVS, vel ne. Et de tempore ab Adamo, vsque ad Diluuium.

Caput Decimum.

Acianus Discipulus Iustini Martyris, qui Hæreticus fuit Dux illorum, qui nominati fuere Eneraritę, sensit Adamum fuisse damnatum. Rupertus quoque videtur inclinare in hanc falsam opinionem libro tertio Commentariorum in Genesim, cap. trigesimoprimo. Ex aduerso est concors sententia Patrum, & communis sensus Ecclesiæ Adamum saluum esse. Diuus Augustinus in epistola nonagesimanona ad Euodium, sic ait. De illo quidem primo homine patre generis humani, quod Christus cum descendit ad Inferos, inde eum liberauit, Ecclesia ferè tota consentit, quod ea non inaniter credidisse, credendum est. Sic ille. Fuit opinio multorum Patrum Adamum in montem Caluariæ sepultum fuisse. Ex hac opinione fuit Origenes in tractatu trigesimoquinto in Matthæum. Athanasius in libro de Passione Domini. Cyprianus in sermone de Resurrectione. Ambrosius libro quinto Epistolarum, Epistola decimanona. Augustinus in sermone septuagesimoprimo de Immolatione Isaac, Theophylatus super Euangelia, Euthymius in vigesimoseptimo cap. Matthæi. A creatione Adami, vsque ad Diluuium secundum Hebraicam Scripturam, & Editionem nostram Vulgatam numerantur anni mille sexcenti quinquaginta sex, præterierunt vero decem generationes. Sic Pererius libro septimo de ratione temporis ante Diluuium, quæstione prima, numero centesimodecimoseptimo; sed monet nos Beatus Augustinus aduertendum esse hoc loco in colligendis annis generationum eos tantum annos assumendos esse, quibus na-

Rupert⁹ · Aug. · Sepultura Adami. · Orig. · Athan. · Cipr. · Amb. · Aug. · Theophyl.

tus

tus erat pater, vsque dum genuit filium, reliquos vero omnes, quos vixit post genitum filium esse reijciendos. At series generationum ab Adamo, vsque ad Diluuium, numerus similiter annorum, ita se habet.

Seriesgenerationum ab Adamo vsque ad Diluuiũ

Adam cum genuit Seth erat annorum	130
Seth cum genuit Enos erat annorum	105
Enos	90
Cainam	70
Malaleel	65
Iared	162
Henoch	65
Mathusalem	187
Lamech	182
Noe tempore Diluuij	600
Et ita est	1656

At è contra Septuaginta Interpraetes differunt ab hac computatione facientes annos esse ab Adamo, vsque ad Diluuium 2242. Anni igitur, quos in omnibus generationibus ante Diluuium nati erant Patres, sic habent secundum Septuaginta Interpretes.

Seriesgenerationum secundum 70. Interpraetes.

Ante Diluuium Adam genuit Seth, cum esset annorum	230
Seth	205
Enos	190
Cainam	170
Malaleel	165
Iared	162
Henoch	165
Mathusalem	167
Lamech	188
Noe cum cepit Diluuium erat	600
Et ita est	2242

Codices Septuaginta Interpraetum ab Adamo, vsque ad Diluuium habent plures annos, quam sint in Hebręis, quingentos octoginta sex. Sic Pererius libro superius citato. Sed

in tanta varietate annorum quantam cernimus esse inter Codices Hebræos, & Septuaginta Interpretes, quid nobis sequendum est. Respondemus cum Beato Augustino libro decimoquinto de Ciuitate Dei, capitulo decimotertio, cum Beato Hieronymo in libris Hebraicarum quæst. vbicumque Codices Græci, ita differunt ab Hebræis, vt nulla ratione concordari possint, potius Hebræis, quam Græcis credendum,& standum esse. Si enim Codices Græcos Septuaginta Interpretum sequi volumus, ait Pererius, necesse est nos facere Mathusalem post Diluuium annorum sexdecim superstitem, quod ipsa Sacra Scriptura docet esse falsum, quæ tradit octo duntaxat animas Diluuij exitium euasisse, Noe cum vxore sua, & tres eius filios cum tribus eorum vxoribus. Sic ille. Qui quidem ait sequendum esse Scripturam Hebraicam, & Editionem Vulgatam.

Aug. *Hier.* *Diuersitas inter Codices Græcos & Hebræos.*

Beatus Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei, capitulo decimotertio, arbitratus est Septuaginta Interpretum Codices a Librario comptos esse, vel ab aliquo alio Scriptore, qui de Bibliotheca Regis Codicem describendum primus accepit: nec istam fuisse malitiam Iudæorum, nec sic actum diligentia, aut prudentia Septuaginta Interpretum.

Aug.

DE TRANSLATIONE HENOCH, & ubi fuerit translatus, an in Paradiso terrestri, vel in alio loco, & cur Deus sic transtulerit eum.

Caput Vndecimum.

T ambulauit Henoch cum Deo, & facti sunt omnes Dies Henoch trecenti sexaginta anni: *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus, Genes. cap. quinto, vers. vigesimosecundo, vigesimotertio, vigesimoquarto.* Ait Pererius libro de Henoch super verba præscripta nihil aliud esse ambulauit cum Deo, quam placere illi, recte, & inculpate hominem viuere, Deique voluntati obtemperare: & non apparuit significat eum sublatum esse ex societate hominum, quia tulit eum Deus, non significat mortem, sed subductionem ex societate hominum, & in meliorem vitam, rationem, & status commutationem. Sic sensus illius. Auen, Esra, & Hebræi arbitrati sunt Henoch mortuum esse, & sic argumentati sunt. Moyses inquit Genes. cap. quinto: *Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque*, non igitur amplius vixit, ideo mortuus est. Si enim adhuc viueret dies fuissent eius vltra quinque millia annorum. Postremo verba Moysis dicentis, *quia tulit eum Deus*, significant eum esse mortuum, nam tollere animam, vel tollere aliquem est eum tollere ex hac vita. At ex aduerso non esse mortuum Henoch habemus dignissimam fidem antiquissimam Ecclesiæ traditionem a Beato Paulo comprobatam dicente, *Henoch translatus est, vt non videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit eum Deus.* In libro Ecclesiast. capitulo quadragesimoquarto, sic etiam legitur. *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum vt det gentibus pœnitentiam.* Translatus est autem Henoch prope mille annis ab exordio mundi exactis, & sexcentis sexaginta nouem

Pereri.

Auen. Esra.

Argumentatio Hebraorũ.

Sentẽtia B. Pauli Ecclesi.

uem ante Diluuium. Si mortuus fuisset ille certe Moyses, sicut & alijs dixit, vt mortuus est, idem de Henoch dixisset. Quod autem dictum est de Henoch dies eius fuisse trecentos quinquaginta annos non concludit illum mortuum esse, sed tantum demonstrat tempus, in quo ille in conuersatione hominum versatus sit. Sic sensus loquutionis Pererij. Procopius Gazeus super hunc locum Genesis, inquit, videtur Henoch amplius non esse moriturum, sed mirabili morte defunctum ad cœlestem vitam esse translatum; sed rationibus adductis a nobis paulo superius certum est Henoch non esse mortuum. Beatus Paulus Epistola ad Hebræos, nona inquit, *Mors autem duorum dilata est, Henoch, & Eliæ.* Beatus Augustinus libro nono de Genes. ad literam, cap. sexto, sic scribit, Neque enim arbitrandum est Eliam, vel sic esse iam sicut erant Sancti, quando peracto operis die, denarium pariter accepturi sunt: nec sic quemadmodum sunt homines, qui ex hac vita nondum emigrarunt, de qua illa tamen non morte, sed translatione migrauit. Sic ille. Quæ quidem verba Beati Augustini. Nos docent, quod Elias nunc in carne viuens non habet Claram Dei Visionem, sicut Sancti in Patria, sed viuit in fœlici illo statu animi, & corporis maxima quiete, & tranquillitate. Idem Beatus Augustinus libro primo de peccatorum meritis, & remissione, cap. secundo, & tertio, declarat Enoch non esse mortuum, sed etiam quomodo vitam agat tot millibus annorum in terris, ita scribit. Proinde si Adam non peccasset, non erat expoliandus corpore, sed supersistendus immortalitate, & incorruptione, vt absorberetur mortale a vita, idest ab animale in spirituale transiret, & paulo inferius ait ipse. Habebat enim quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem, & ex ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem. Sic ille. Verum si quis quærat, vbi translatus fuerit Henoch, scilicet quem in locum, & cur eum Deus voluerit ex societate hominum abducere, & tam excellenti, & mirabili modo tot annorum millibus eum conseruare. Ad hanc quæstionem sic respondet Diuus Chrysostomus homilia vigesimaprima in Genesim. Si quis, ait ille, curiosus rogare velit quem in locum Deus Henoch transtulerit, aut num

Procopius. *Paulus Apost.* *Aug.* *Vita Eliæ, qualis sit.* *Chrys.*

vsque

vsque ad præsens viuat, discat non conuenire humanis mentibus curiosius ea, quæ a Deo, fiunt, explorare, sed credere, his, quæ dicuntur a Deo. Sic ille. Rupertus libro tertio Commentariorum in Genes. cap. trigesimotertio, tradit Henoch, & Eliam ductos esse in secretam, & amœnissimam regionem terræ, vbi in magna carnis, & spiritus quiete viuunt, quousque ad finem mundi redeant, & mortis debitum soluant. Sic Rupertus. Cum autem Deus sic Enoch transferre voluerit, tres causas afferre possumus. Primo vt fidem faceret immortalitatis Adamo promissæ, nisi Dei legem ipse violasset. Deinde voluit Deus præbere nobis specimen quoddam immortalitatis, quam post Resurrectionem adepturi sumus ad vitam reuocati. Ad hoc addi potest sic esse Henoch a Deo translatum, vt futurus sit propugnator, & prædicator Fidei, & Doctrinæ Euangelicæ aduersus persecutionem Antichristi. Sic sensus verborum Pererij libro septimo de Enoch, quæstione quarta, numero centesimoquadragesimoquarto. Theodoretus autem quæstione quadragesimaquinta in Genesim quærens quem in locum Deus transtulisset Henoch. Sic inquit. Henoch autem transtulit: vt huius prædicatione futuram indicaret Resurrectionem. Qui enim in hac vita virtutis remunerationem non fuerit adeptus, illam in altera vita certo consequeretur. Sic Theodoretus. At si post translationem Henoch videat ille beatificam Dei visionem, & ea fruatur, respondet Gregorius Nazianzenus in secunda Oratione de Theologia, & sic inquit. Licet Henoch trãslatus sit, non tamen constat vtrum iam compræhenderit Dei naturam, an sit adhuc compræhensurus. Beatus Hieronymus in Epistola ad Pammachium, scribit Henoch frui Dei consortio, ciboque cœlesti. Pererius loco superius citato, quæstione quinta: argumentatus est in vtramque partem, vt videat, & non videat essentiam Dei. Argumentatio, vt Deum videat, talis est. Si Henoch Deum non videt, ergo est viator, & in statu merendi, & cum Sanctissimus sit, & perfectissimos, ac frequentissimos actus charitatis exercere. Cum igitur tot millia annorum vixerit, & victurus sit, vsque ad consummationem sæculi, siue est in tantum multiplicatum iri eius me-

Opinio Ruperti.

Cur Deus voluerit Henoch transferre in paradiso.

Theodoretus.

Gregor. Nazianzenus.

Hier.

Pererius.

Argumētatio eius.

rita, vt ad extremum omnes Sanctos, etiam vt videtur (si possibile est) Beatam Virginem meritorum magnitudine, & multitudine sit superaturus. At hoc concedendum non est: pro certo enim apud Theologos constat Beatissimam Virginem gratiæ, & gloriæ præstantia omnes Sanctos, & Angelos esse supergressam. Imo probabile est præcursorem Christi, & Beatissimos Principes Apostolorum maioribus fuisse meritis, quam Henoch futurus sit. Si igitur absurdum est merito, & premio superiorem futurum omnibus Sanctis Henoch, id autem sequitur ex eo Henoch non esse in statu merendi post translationem, fuisse tamen secundum partem superiorem beatum, & compræhensorem. At è contra Henoch non videre essentiam Dei sequentibus argumentis probari potest. Sane est supra naturam, vt anima hominis dum est in corpore videat essentiam diuinam, nec hoc fieri potest sine miraculo Diuinæ potentiæ. Hoc idem videtur annuere Beatus Thomas in tertia parte, quæstione prima, articulo tertio. De his, quæ supra naturam sunt (inquit ille) nec sine magno Diuinæ Omnipotentiæ miraculo effici possunt, non est quicquam affirmandum, nisi quod per Diuinam reuelationem nobis innotuit. Sic ille: & in Epistola Ioannis cap. quarto, scriptum est. *Deum nemo vidit vnquam.* Paulus Apostolus in Epistola ad Timotheum, capitulo vltimo, sic inqnit, *quem nullus hominum vidit, nec videre potest.* & in cap. Exodi trigesimotertio, traditum est Deum dixisse Moysi. *Faciem meam videre non poteris, non enim videbit me homo, & viuet.* Nec Adam ante peccatum in Paradiso terrestri vidit Deum, nec visurus erat Dei essentiam: nec ergo Henoch vidit Deum: At ex aduerso fuerunt Basilius homilia prima in Examerон, capitulo secundo. Augustinus libro duodecimo de Genesi ad literam, capitulo vigesimoseptimo. Beatus Thomas prima parte, quæstione duodecima, articulo vndecimo. Ambrosius libro primo in Examerон, qui dixerunt Moysen vidisse Deum. Nihilominus plerique Theologi, & patres negarunt Deum visum esse a Moyse secundum substantiam Diuinam. Auctores autem, qui sic arbitrati sunt fuerunt Dionisius Areopagita, in libro de Cœlesti Hierarchia, capitulo

Paulus Apost. Basil. Tho. Amb. Aug. Auctores, qui crediderũt Moysen vidisse Deũ Dionys. Auctores, qui

tulo quarto, quem sequuti sunt Gregorius Nazianzenus in Oratione secunda de Theologia, sup. capitulo sexto Esaiæ, Cyrill. libro primo Commentariorum in Ioann. capitulo vigesimosecundo. Gregorius libro vigesimosecundo Moralium, capitulo sexto. Augustinus quoque tractatu secundo in euangel. Ioann. Sed Addendum est, ait Pererius, quod esse simul viatorem, & compræhensorem in terris proprium videtur fuisse Christi Domini Nostri. Henoch autem post suam translationem non fuisse in statu merendi, sicut fuit ante eius translationem. Quoniam illa translatio fuit illi, sicut mors hominibus terminus bene, aut male merendi: Sed cur Deus voluerit conseruare Henoch per tot annorum millia in terris cum potuerit eum ex mortuis ad vitam reuocare, respondet Pererius quæstione supradicta, minus consentaneum fuisse Henoch iam beatum in Cœlis, iterum in corpus mortale, ac passibile retundere, & acerbissimis cruciatibus, mortique per crudelitatem Antichristi inferendæ subijcere. Sic ille. At nunc dicendum est, vbi Iudas Apostolus in sua Epistola Canonica, Commemorans prophetiam quandam Henoch, quam ille creditur literis consignatam, deprompserit eam. An ex aliquo libro, siue Canonico, siue Apocrypho, an ex traditione, an illud Vaticinium cæteris mortalium incognitum reuelatione Dei Iudæ patefactum sit, firmatumque sua auctoritate. Communis opinio est prophetiam, quam citat Iudas ex aliquo libro Apocrypho depromptam fuisse. Sic scribit Pererius libro septimo De Henoch, quæstione sexta, numero centesimoquinquagesimosexto, & centesimoquinquagesimoseptimo. Beatus Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei, capitulo vigesimotertio, intelligit per librum Apocryphum illum vocari, eo quod eius occulta origo non claruit patribus. Librum autem Apocryphum Henoch sæpe citant Origenes, & Procopius Gazæus. Verum si Henoch reliquit aliquid scriptum sine dubitatione omnium Scriptorum Antiquissimum fuisse eum fateri necesse est. Tertullianus libro de habitu mulierum, scribit non esse incredibile librum Henoch potuisse saluum peruenire ad posteros, vel in arca ipsum conseruatum esse, vel gratia

arbitrati sũt Moysen non vidisse Deum.
Greg. Nazian. Cyril.
Aug.
Liber Apocryphus qualis sit.
Tertulli.

Spiritussancti etiam Diluuio abolitum, deinde redintegratum. Verum audiamus Beatum Augustinum, libro decimoquinto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimotertio, sic scribentem. Scripsisse nonnulla Diuina Henoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola Canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo Canone Scripturarum, qui seruabatur in Templo Hebræi populi succedentium diligentia Sacerdotum. Cur autem hoc? nisi quia ob antiquitatem suspectæ Fidei iudicata sunt, nec vtrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri num talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur rite seruasset. Sic ille. Pererius autem declarans eius opinionem loco superius citato, sic inquit. Equidem reor tempore Iudæ Apostoli nullum fuisse librum Enoch. Si enim fuisset haud dubie fuisset valde nobilem apud Iudæos, tum propter Auctoris Antiquitatem, & formam, tum propter res valde admirabiles, & memorabiles, quæ in eo libro continentur. Et quibusdam interpositis volens ipse demonstrare prophetiam vere fuisse Enoch, & Iudæ Apostolo per reuelationem Diuinam traditam. Sic scribit. Cum autem Iudas simpliciter eam appellet prophetiam, Enoch certissima proculdubio fuit Iudæ, & illam fuisse prophetiam, & authorem illius fuisse Henoch, quod ille aliter, quam per reuelationem Diuinam certo scire non potuit. Sic ille. Verum si Enoch nunc reperiatur in paradiso terrestri, vnde eiectus fuit Adamus, nunc dicemus, quæ nobis occurrunt. Videtur probabilis illa sententia Enoch non esse in illo paradiso, quia in cap. 7. lib. Genes. scriptum est. *Quindecim cubitos altior fuit aqua super Montes quos operuerat.* Ex quibus verbis patet Diluuium illud fuisse generalissimum super vniuersam terram, vastans etiam paradisum, qui erat in nostro Orbe terrarum: nec iuuat argumentum illorum, qui dicunt intelligendam esse sententiam Scripturæ de omnibus terris vna dumtaxat excepta paradisi terra, quæ ab aquis Diluuij non fuit dirupta, quia non est credibile locum illum paradisi ab aquis per vnum annum vsquequaque oppressum durare potuisse. Verum contra opinionem obijci potest id, quod legitur in libro

Opinio Pererij.

Eccle-

Ecclesiast. cap. quadragesimoquarto, Henoch fuisse translatum in paradisum, ergo in paradiso etiam nunc existit, attamen respondendum est paradisum secundum Scriptores Græcos, & Latinos significare quemlibet hortum, & locum amœnissimum, & delitiosissimum. Credimus, & concedimus igitur Henoch esse in paradiso, non tamen in illo Adami, sed in aliquo secreto loco amœnissimo, in quo magna cum tranquillitate carnis, & spiritus viuit, & vsque ad consummationem seculi victurus sit. Sic Pererius. Rupertus quoque fuit in eadem opinione Diuus Chrysostomus confessus est nesciri quo sit translatus Henoch. Et sic finem imponimus præsenti capitulo.

AN BONI ANGELI COMMIXTI fuerint cum mulieribus. Et de commixtione Dæmonum cum illis. Et an possint generare assumpto semine virili.

Caput Duodecimum.



Vmque cæpissent homines multiplicari super terram, & filios procreassent, videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant, Genes. cap. sexto, vers. primo, secundo. Qualis fuerit improbitas illorum hominum ante Diluuium. Berosus Annianus sic describit mores eorum. Manducabant homines, & procurabant aborsus, & in edulium præparabant, commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis, & brutis, nihilque sceleris erat, quod non admitterent contemptores Religionis, & Deorum. Sic Berosus. Et cum sit quod Beroso multi Scriptores fidem non adhibeant, attamen quia ea, quæ ab ipso narrata sunt, similia videntur his, quæ a Moyse scribuntur, hac ratione persuasi depræhensimus verba superius citata. Theodoretus quæstione quadragesimaseptima, in Genesim,

Berosus. De moribus hominum ante Diluuium.

Theodoretus.

Posteri Seth. Genesim, sic scribit. Posteri Seth tamquam pij, & boni, cognominati sunt filij Dei, separatum enim erat genus Seth, & non permiscebantur cum cognatione Caim, propter illatam a Deo maledictionem; multo autem post tempore, (nam post plus mille annos Diluuium induxit Deus) videntes filias cognationis Caim speciosas, & illecti (vt veri-*Tubal.* simile est) instrumentis Musicis ab eo excogitatis (Tubal enim inter eos florens Psalterium, & Cytharam inuenerat) permixti sunt illis, & contaminauerunt nobilitatem suam. Hæc ipse Auctor. Tunc per filios Lamech instrumenta musica, luxus, incitamenta, & arma belligerandi, & crudelitatis exercendæ adinuenta fuere. Et cum multi fuerint homines cœperunt fieri deteriores in illis temporibus, vnde videtur quod in paucitate hominum magis viget virtus, quã in multitudine, sic sane vsus venit, vt paucitas hominum, atque paupertatis comes sit industria, & frugalitas: multitudines vero, & oppulentiæ, socordia, & nequitia: *Videntes fili Dei filias hominum.* nonnulli arbitrati sunt filios Dei fuisse Angelos, alij autem putarunt fuisse Dæmones; quos nos vocamus incubos, & succubos, & ex semine viri-*Pereri⁹.* li generasse filios. Sic sensus Pererij libro octauo De Causa *Filios Dei non fuisse Angelos bonos, nec malos.* Diluuij super capitulo sexto Genes. Qui quidem argumentatus est non fuisse Angelos bonos, nec malos illos, qui appellati sunt a Moyse per filios Dei. Sic scribit Theodoretus in quadragesima quæstione in Genesim. Quidam nimis stupidi, & stolidi (inquit ille) existimarunt eos fuisse Angelos, putantes suæ forsan intemperantiæ patrocinium habituros, si Angelos eiusdem criminis reos tenerent, qui subiungit. Hæc omnia indicant homines eos esse, qui vitam iniquam amplexati sunt. Quod si Angeli filiabus hominum permixti essent, homines fuissent ab Angelis iniuria affecti, quippe qui per vim eorum filias corrupuissent: iniuriam quoque passi essent a Creatore, eo quod Angelos sibi seruientes non punirent. Hactenus ex Theodoreto. Altera interpætatio est per filios Dei significatos esse non Angelos, sed homines proceritate, ac robore corporis cæteris superiores. *Oleaster* ex hac opinione fuit Oleaster. Alia interpretatio, quæ placuit

euit Augustino libro decimoquinto De Ciuitate Dei, capitulo vigesimotertio, & Ambrosio libro de Noe, & Arca, capitulo quarto, filios Dei nominatos esse illos, qui contemptores sunt rerum humanarum, Cœlestiaque bona Diuina concupiscunt: erga Deum, & proximum, pietatis, & iustitiæ cultores sunt. At illa celebris, & auctoritate magnorum Scriptorum nobilitata est interpraetatio, filios Dei fuisse pastores Seth, & filios hominum, qui ex Cain generati fuerunt. Seth vero appellatus fuit Auctore Suida Deus, tum ob Sanctitatem vitæ illius, tum ob inuentionem literarum, & scientiæ rerum Cœlestium. Huius opinionis, & sententiæ fuere Chrysostomus homilia vigesima secunda in Genesim. Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei capitulo vigesimotertio. Theodoretus quæstione quadragesima septima in Genes. Cassianus collatione octaua, capitulo vigesimoprimo, Cyrillus libro nono contra Iulianum, Rupertus libro quarto in Genes. capitulo duodecimo. Beatus Thomas in prima parte, quæstione quinquagesima prima, articulo vltimo. Rupertus libro secundo de Victoria Verbi Dei, capitulo vigesimotertio, inquit Diabolum ad eam effrænatam libidinem incitasse homines illius temporis, vt ea ratione consilium, & propositum Dei de homine in locum Angelorum adducendo impediret. Hic igitur ait Pererius lector expende, quantum malum sit profusæ libidinis intemperantia, quippe cum eius puniendæ causa totus Orbis terrarum Diluuio perierit. Philo in libro de Gigantibus. Iosephus quoque primo libro Antiquitatum, Iustinus Martir in priori Apologia pro Christianis arbitrati sunt filios Dei, qui commixti sunt cum filiabus hominum fuisse Angelos. At vero Ambrosius recte sensit de puritate Angelorum libro primo de Virginibus. Seuerus Sulpitius in Exordio prioris libri de Sacra Historia, ita scribit. Angeli, quibus Cœlum sedes est, speciosarum forma Virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt. Sic ille. Beatus Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei, capitulo vigesimotertio reicit sententiam illorum, qui crediderunt Angelos Dei se miscuisse cum mulieribus. Nonnulli putarũt vt Ange-

Aug. Interpraetatio Amb. Seth appellatus Deus. Suida. Chrys. Aug. Theodoretus. Cassian⁹ Cyrillus. Rupert⁹ Philo. Ioseph⁹. Iustinus Martir. Seuerus Sulpiti⁹. Aug.

vt Angeli eiecti sint è cœlo propter peccatum mulierum. At ex aduerso Beatus Chrysostomus ad destruendam eam opinionem, sic inquit in homilia vigesimasecunda in Genes. Nam quantæ dementiæ fuerit dicere Angelos esse deiectos, vt cum mulieribus rem haberent, & incorporea natura copularentur corporibus. An non audis Dominum dicentem de Angelorum substantia: in Resurrectione, neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut Angeli Dei: non enim possibile est incorpoream naturam, talem vllo tempore habere concupiscentiam. Sic Chrysostomus. Augustinus libro octauo De Ciuitate Dei, capitulo decimoseptimo, ex mente Platonici Apulæi ex libro eius de Socratis Dæmone scribens qualitates, & Dæmonum mores breuiter eos definiens, & primum multa de illis narrans, & prædicans, sic inquit: Dæmones esse genere animalia, anima passiua, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna. Sic Augustinus ex Apulæio. Maximus Iyrius Philosophus Platonicus sermone vigesimosexto, facit dæmones corporales, sed ea, quæ dicuntur De Dæmonibus secundum Platonicos a nobis tradita sunt vt iocosa: & nulla consideratione digna. Quidam Scriptor inquit esse sex genera Dæmonum.

Chrys. *Aug.* *Definitio Dæmonum Augustini secundum Apuleium* *Maximus Iyrius.*

Vnum vocatur igneum, quod circa subliniorem aerem vagatur.

Alterum genus aereum in hoc aere nobis propinquo oberrans.

Tertium terrenum, quia circa terram vagatur.

Quartum Marinum, & Aquatile, quia in aquis demergitur.

Quintum est subterraneum concutiens fundamenta terræ ventus excitans, infestans laborantes terræ.

Sextum est lucifugum, & tenebrosum, lucifugum, & aquatile vehementer esse maleficum, & pernitiosum. Sed quia fuerunt nonnulli, qui dixerunt Dæmones posse cum corporibus suis mistos cum fœminis generare filios. Pererius libro octauo De causa Diluuij secunda disputatione, numero quadragesimosexto, ostendit multis rationibus hoc esse

esse falsum, primum quia Dæmones sunt incorporei, vnde non possunt per corporalem concubitum misceri cum fœminis, patet hoc eos esse incorporeos apud Lucam, capitulo octauo, cum dicitur intra vnum hominem fuisse legionem vnam, quæ est sex millia Dæmonum. cœleste corpus non habent Dæmones, quia, vt dicunt, passibiles sunt Dæmones, at corpus cæleste penitus est impassibile. Elementare corpus pariter non habent, quia solubiles essent, sicut omnia elementaria solubilia sunt, igitur dicendum est Dæmones esse incorporeos. Sic dicitur ex Pererij verbis, loco superius citato. Plutarchus in libro de defectu oraculorum, inquit Dæmones esse mortales post longissima spatia temporis: tempore autem Tiberij Cæsaris a multis Scriptoribus proditum est Pan magnum esse mortuum, & multa sæcula vixisse. Cardanus quoque libro decimosexto de varietate rerum, cap. vigesimonono, affirmat audisse a patre suo Dæmones oriri, & interiri, verum quantum æstimari debeant hæc commentitia, & fallacia Plutarchi, & Cardani facile arbitror posse cognosci a viro prudente; Sed cum Pererio dicemus loco superius citato Dæmones, & Angelos esse incorporeos sententia in Ecclesia Dei recepta, & consensu omnium Theologorum, authoritate quoque Concilij Magni Lateranensis sub Innocentio Tertio comprobata. Arist. lib. 3. de anima, ait, nullum corpus esse, quod habeat animam intellectiuam, & etiam non habeat sensitiuam: stante igitur dicta positione, dicendum est, quod Dæmon, qui habet animam intellectiuam, necesse est, vt polleat anima sensitiua, aut quod ille non habeat corpus, sed quia absurdum est affirmare Dæmonem habere animam sensitiuam, dicendum est eos esse incorporeos.

Plutar. *Cardan.* *Arist.*

SI DÆMONES POSSINT generare assumpto corpore congressi, cum mulieribus per semen virile.

Caput Decimumtertium.

Argũ. Pererij quod dæmones etiãsi corporei essent nõ haberẽt vim generandi.

Tiamsi Dæmones corporei fuissent, (ait Pererius) vim tamen generandi habere non possent, quia inter potentiam actiuam generationis, & passiuam, naturalis esse debet conuenientia, & cognatio: vt sit vtraque in his, quæ sunt eiusdem speciei, vt in viro, & fœmina, equo, & equa. Non enim quodlibet animal ex quolibet animali generari potest, multo minus animal ex non animali: cum ista differant genere. Dæmon autem, & mulier differunt, non modo specie, sed etiam genere. Nulla est igitur conuenientia inter potentiam generatiuam Dæmonis, & mulieris, vnde nulla ex his generatio existit. Sic ait Pererius. Qui quidem ait ex mente Aristotelis corruptibile, & incorruptibile diuersa esse genere, Dæmon est incorruptibilis secundum naturam, mulier vero corruptibilis, ergo diuersa in genere sunt; Ex his patet Dæmones non posse generare, sed si concedamus posse generare ex muliere, id tamen non posse facere, nam certe proles illa non esset humana, quia videmus in Equo ex Asina generatum esse Mulum, vnde esset, vt partus ille non fuisset hominis, nec Dæmonis. Nonnulli dixerunt ex concubitu Dæmonum cum muliere generata esse monstra illa, quæ Syluanos, Faunos, & Satyros appellauit Gentilitas. Huius generis existimandum est fuisse quoddam monstrum, quod apparuit Beato Antonio in Solitudine, de quo ait Beatus Hieronymus in Vita Pauli

Hier.

Eremitæ.

Eremitæ. Conspicit Antonius hominem Equo mixtum, quo viso salutaris impressione signi armat frontem. Et paulo inferius ait ille. Haud grandem homunculum vidit aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in Caprarum pedes detinebat. Et quibusdam interpositis, inquit ipse. Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore Gentilitas, Faunos, Satyrosque, & incubos vocans colit, legatione fungor gregis mei, præcamur vt pro nobis communem Deum depræceris, quem pro salute mundi venisse cognouimus, & in vniuersam terram exijt sonus eius. Nec dum verba compleuerat, & quasi penigero volatu petuleum animal aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub Rege Constantino Vniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo viuus perductus magnum spectaculum populo præbuit, & postea cadauer exanime, ne calore æstatis dissiparetur sale infuso Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est. Hactenus ex Beato Hieronymo, sed Pererius arbitratus est ea, quæ dicta sunt de illis animalibus dæmonum fuisse figmenta, & ludibria: aut enim nuda tantum fuere, quæ cernebantur inania simulacra, & spectra, aut monstruosa animalia, visuque insolita, per quæ Dæmon humanum sermonem, sensumque habere monstrabatur. Sic ille.

Dæmō ostendens se B. Antonio in similitudinē Satyri.

Verum si Dæmon in corpore assumpto congressus cum muliere per semen virile infusum mulieri posset generare, de hac re sic scribit Beatus Augustinus libro decimoquinto, De Ciuitate Dei, capitulo vigesimotertio. Creberrima fama est multis, multique se expertos, vel ab eis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audiuisse confirmant, Syluanos, & Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetijsse, ac peregisse concubitum. Sic ille. Innocentius Octauus Epistola Decretalis aduersus maleficas mulieres cum Dæmonibus incubis consuetudinem habentes, pro correptione eorum delictum. Sic scribit. Non sine ingenti

Aug.

Innocēt. VIII.

molestia ad nostrum peruenit auditum, complures vtriusque sexus personas propriæ salutis immemores, & a Fide Catholica deuiantes, Dæmonibus incubis, & sicubis abuti. Quapropter ne labes huius hæreticæ prauitatis in pernitiem animarum sua venena diffundat, opportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes: Statuimus, vt Inquisitores per nos deputati debitum Inquisitionis officium huiusmodi exequantur. Sic Innocentius. Incubum Dæmonem appellat Pererius, qui sub specie viri superueniens incubat fœminæ: Succubum vero, qui sub figura muliebri succubans viro muliebria parit. Sic ille. Tostatus autem libro sexto Genes. capitulo sexto, quæstione sexta, hunc in modum scribit de huiusmodi Dæmonibus incubis, & succubis. Hi Dæmones semen fundere nequeunt, cum corporei non sint, nec habeant vnde semen decidant: Sed ex viris acceptum ipsi mulieribus infundunt. Duo sunt genera. Aliquando enim Dæmon succubus est, aliquando incubus: prius tamen succubus est, quam incubus. Nam cum viri nocturno semine polluuntur, ibi Dæmon succubus corpore ex aere in speciem muliebrem figurato semen accipit, seruatque ne spiritus eius exaletur, quo sit aptum generationi: deinde sexu transformato induens speciem viri, virile semen, quod acceperat in muliebrem vterum inserit, & hoc modo dicunt nonnulli Merlinum Vatem in Anglia Celebrem, cuiusdam viri semine per Dæmonem succubum accepto, & postea in aluum matris per eundem Dæmonem incubum infuso procreatum. Et paulo inferius inquit ipse. Ex talibus autem conceptibus robustissimi homines, & procerissimi nasci possunt: quia Dæmones vires seminum cognoscunt, quid cuique consonet. Sic Tostatus. Verum illi, qui interprætantur hoc loco filios Dei mixtos cum filiabus hominum, fuisse malos Angelos fuere Hugo Sancti Victoris in suis Annotationibus in Genesim. Magister Historiæ Scolasticæ in Historia libri Geneseos, capitulo trigesimoprimo. Dubitat Beatus Augustinus vtrum Dæmones libidine voluptatis carnalis, & libidinoso

Officium incubus, & succubus.

Tostatus

Quomodo Dæmones possint generare secũdum Tostatũ.

Merlin⁹ Vates.

Vgo S. Vict.

Magist. hist. Sco.

libidinoso concubitu cum fęminis delectari queant: ad quam dubitationem, quam ipse reliquit in dubio. Sic respondet Pererins libro octauo de Causa Diluuij, tertia disputatione, numero sexagesimonono, septuagesimo, & septuagesimo-primo. Dæmones per se non capi eiusmodi voluptatibus; Quia sunt incorporei, ac licet corporei essent, quia non habent naturalem vim generandi, nec sensum tactus, non possunt istiusmodi voluptatum sensu titillari, atque commoueri: Verum gaudent non propter suam delectationem, sed propter hominis pernitiem. Experti præterea sunt viros quanta vis prudentia, probitate, & grauitate præditos blanditijs voluptatum sæpenumero esse corruptos, & ad magna tractos flagitia, exemplo Sansonis, Salomonis, & Dauid, quos inescatos voluptatis dulcedine impurissimis, & grauissimis flagitijs contaminatos esse. Nec illud ignorant, vitium luxuriæ quatuor rebus cætera vitia superare amplitudine, diuturnitate, fœcunditate, & curationis difficultate. Dæmones igitur libenter concubitum corporalem cum fœminis sub virili specie, aut cum viris sub muliebri expetunt, ea ratione, vt incredibiliter homines inflamment: & ad quæcumque volunt flagitia perducant. Sic sensus sermonis illius loco superius citato. Verum altera dubitatio nobis occurrit, vtrum Dæmon per semen virile ab homine acceptum infusum in vtero mulieris generare queat? illi qui conantur ostendere posse agere Dæmon, quantum diximus. Sic inquiunt, si Dæmon potest generare Ranas, Serpentes, & Sanguinem, sicut creditur fecisse tempore Pharaonis, cur credibile non est, vt possit generare semen humanum? Nec filius qui generatur, filius est Dæmonis, sed viri illius, cuius est semen. Sic ille. At Pererius confessus est vehementer dubitasse an possit hoc fieri: quia semen virile extractum extra vasa genitalia, aliquandiu manens sic extra locum, dubitauit ne ammitteret virtutem suam prolificam. Sed quomodo possit Dæmon assumere corpus aspectu, & tactu simile corpori humano. Augustinus in Enchiridion, capitulo quinquagesimonono, ad Laurentium relinquens disputationem in du-

Vtrũ dæmones libidinoso concubitu cum fœminis delectari queant.

Pereri⁹.

Lapsus Sampsonis, Salomonis, Dauid.

Vtrũ dæmon generare queat.

Causa dubitationis.

Aug.

in dubium, sic inquit. Quis explicet cum qualibus corporibus Angeli apparuerint hominibus, vt non solum cernerentur, sed etiam tangerentur? & paulo inferius, ait ille: Faciuntque difficillimam quæstionem, quomodo patres eis pedes lauerint: quomodo Iacob cum Angelo, tam solida contrectatione luctatus sit. At Pererius loco superius citato, quæstione tertia, numero septuagesimoseptimo, faciens Dæmonem, & Angelos incorporeos, sic inquit, possunt Dæmones ex aere, vel simili alia materia densata fingere corpus simillimum humano quantum ad molem, figuram, colorem, motum, & vocem. Quomodo autem corpus aereum referre possit ipsum tangenti mollitiem carnis humanæ, duritiem ossis, & cæteras alias qualitates corporis, hoc equidem valde difficillimum est: vt si quis cum attentione animi id tangeret facile dignosceret ipsum non esse corpus humanum. Experimentis etiam multorum, qui Dæmones in corporibus humanis viderunt, & contrectauerunt compertum est, corpora, in quibus apparent Dæmones esse tactu frigida, & aspera. Sic sensus sermonis Pererij. Alexander ab Alexandro libro secundo genialium dierum, capitulo nono, Scribit, cuidam in hospicio quiescenti, sed vigilanti, apparuisse ei spectrum cuiusdam amici defuncti summo pallore, habitu qualem ille amiserat, cum ægrotaret: ille vero interrogans spectrum quid esset, spectrum nihil respondit, sed exutis vestibus in lecto, ubi ille iacebat decubuit, accessit quasi eum amplexaturus; ille uero quasi exanimis ad spondam lectuli se posuit, Spectrum uidens se expelli cinctusque calecatum abijsse fertur. Sed grauissima ualetudine correptus est. Ferrebat ille nudum pedem eius spectri adeo gelidum attrectasse, vt nulla glacies frigori eius pedis comparari possit. Sic ille. Cardanus quoque libro de varietate rerum, capitulo vigesimonono, inquit dum ille cubaret in lecto cum quodam adolescente amico illius, Dæmonem prima nocte crebro ictu pauimentum percussisse, At ille admirans quid illud esset respondisse adolescentem, ne timeret Dæmonem eum esse familiarem, quos vulgo Foletum appellant, sed paulo post

Qũo dæmõ agere põt ut corpus absũptũ ab eo sit tãgibile.

Alexander ab Alex.

Apparitio Spectri.

Cardan⁹

lo post sensisse se vertici suo imponi abeo policem digitum, & deinceps totam manum: fuisse adeo manum eius frigidam vt maximam molestiam sibi afferet. Gaudebat ille pro occasione oblata, tam miræ rei cognoscendæ. At ille suspicatus, ne Dæmon corpus suum ingredi vellet, dextra sua illum abiecit. Mirum illud porro erat, quod cum facies, & dentes frigiditatem sentiret, labia tamen expresse conniuebant. Sic Cardanus: Verum ad confirmationem earum, quæ a nobis dicta sunt plurimum facit, quod a Caietano traditum est libro Commentariornm suorum, super secunda secundæ Beati Thomæ quæstione nonagesimaquinta, articulo tertio, qui quidem sic ait frequenter accidit, vt Dæmones in assumptis corporibus humanis appareant vigilantibus conuersantes cum eis familiariter: non quidem habentes veras carnes, nec vera ossa, sed eorum tantum similitudinem non modo visibilem, sed etiam palpabilem, & solidam, vt a multis fide dignis ex propria experientia narrantibus audiui: in duobus tamen accepi deficere eos ab humanis corporibus: primo in temperamento carnis, nam confessus est ipse pater mendacij, cum eius caro quasi glacialis molesta esset tactui humanæ carnis: se non posse melius facere. Et sic terminanda est narratio de Angelis, & Dæmonibus, in quantum cognitio nostra extenditur.

B. Tho.

Q̃uo dæmones assumant corpora humana

DE

DE MALITIA HOMINUM TEMpore Diluuij. De Gigantibus, & qui fuerunt ibi, an dæmones sub humana specie, an vero filij Dæmonum.

Caput Decimumquartum.

Ixitq; Deus non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Genes. cap. sexto, vers. ter. io. Chrysostomus homilia vigesimasecunda in Genes. sic inquit. Minatur sæpe, vt non opere compleat minas, sed vt correctis nobis minas ad minime perducat. Sic ille. Pererius exponens hunc locum Scripturæ. Sic inquit. non pergam amplius habere curam, & prouidentiam istorum hominum sustinendo, & prorogando eorum vitam: auferam illis spiritum meæ curæ, & prouidentiæ, quo subtracto pænitus ad interitum recident. sic ille auctor. At Diuus Ambrosius lib. de arca. & Noe, cap. tertio, sic scribit. Datur Spiritus Sanctus hominibus: sed in eis non permanet, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinæ repugnat, quia voluptati obtemperat. Sic Ambrosius. Verum super verba illa, quæ dicunt, *quia caro est.* Chrysostomus homilia vigesimasecunda in Gen. ad hunc modum exponit. Eo quod carnalibus operibus se ipsos totos dederunt. Et paulo inferius ait ipse: perpetuus enim Scripturæ mos est carnem vocare homines carnales. Sic ille. Beatus Gregorius libro sexto expositionis in primo libro Regum: ait esse Regem Agag Amalechitarum sensum carnalẽ, cum quo cum brutis, ratione autem cum Angelis conuenimus. Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis super Genesim super locum istum, sic tradidit. Quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituam, quod merentur. Sic ille. *Eruntque dies illius*

centum

Marginalia: *Chrys.* / *Amb.* / *Chrys.* / *Greg.* / *Hier.*

centumuiginti annorum, cap. 4. Gen. ver. 6. Philo lib. de Gigantibus, Iosephus lib. 1. Antiquitatum, Lactantius quoque lib. 2. cap. 15. Rupertus lib. 4. Commentariorum in Genesim, cap. 13. Tostatus 6. cap. Genes. quæst. 11. referunt hoc esse intelligendum ad vitam hominum futuram. Rupertus sic prodidit scripto. Alij quidem paulo plures, alij paulo pauciores post diluuium vixerunt annos. Sic ille. Verum enimuero huic interpretationi verborum Dei sane contraria sunt exempla plurimorum, qui post diluuium per multa sæcula terminum prædictum vitæ humanæ supergressi sunt: vt fuere Sem, qui vixit annos quadringentos. Arphaxad Salem, & Eber plures quadringentis. Sic ait Pererius super verba illa lib. 8. de causa diluuij, nu. 101. At ex aduerso Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genesim, alteram sententiam, & interpretationem tradit, scilicet, concessum fuisse centum, & viginti annos ad agendam pœnitentiam hominibus ante diluuium. Porro sic inquit ille. Non igitur humana vita, vt multi errant, in centumuiginti annos contracta est. Sed generationi illi centum, & viginti anni ad pœnitentiam ducti sunt. Siquidem inuenimus quod post diluuium Abraham vixerit annos centum septuaginta quinque, & cęteri amplius ducentis, & trecentis. Sic Hieronymus. Chrysostomus quoque 22. hom. in Gen. videtur esse eiusdem sententiæ. Verum orta est magna quæstio in explanatione, & verificatione verborum Domini; quæ dicunt, *erunt dies illius centumuiginti annorum*, quoniam si verum est, quod Noe fuisset tunc annorum quingentorum quando Deus hęc verba locutus est, & sexcentum annorum quando cæpit diluuium dictum est non fluxisse amplius, quam centum annorum vnde minus essent anni viginti ad hanc quæstionem respondet Hieronymus, sic dicens. Quia vero pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatijs amputatis, induxit diluuium: anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. Verum hæc sententia Augustino non placuit, qui quærens aliam probabiliorem. Sic inquit. Sed intelligendum est hoc Deum dixisse cum circa finem quingentorum annorum esset Noe, idest quadringentos octoginta vitæ annos

Philo. *Ioseph.* *Lactantius.* *Rupert⁹* *Tostat⁹.* *Sem* *Arphaxad* *Salem* *Heber* *Hier.* *Questio.* *Hier.*

nos ageret, quos more suo quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumq. significans sexcentesimo quippe anno vitæ Noe secundo mense factum est Diluuiũ. Sic Aug. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes a sæculo uiri famosi. Gen. c. 6. ver. 4.* Beatus Augustinus de Gigantibus, sic inquit. Non hos elegit Dominus, nec viam scientię dedit illis, sed interierunt; & quia non habuerunt sapientiam perierunt propter inconsiderationem, sic Augustinus, Chrysostomus de Gigantibus, sic inquit. Gigantes hic a Scriptura dici opinor, non inusitatum hominum genus, aut insolita forma, sed heroes, & viros fortes, ac bellicosos. Cyrillus libro nono aduersus Iulianum ad hunc modum scribit. Mos est diuinæ Scripturæ Gigantes vocare agrestes, feroces, & robustos. Sic ille. At vero ex aduerso videtur fuisse opinio Cassiani collatione octaua, cap. 21. eos fuisse robustissimos venatores, violentissimos, ac turculentissimos viros, qui præ enormitate corporum, vel credulitatis, & malitiæ, Gigantes nuncupai sunt. Hi namque finitimos populari, ac rapinas exercere inter homines primi cæperunt, præda potius agere vitam suam, quam sudore operis, ac labore contenti, & quorum vsque eo scelera supercreuerant, vt expiari mundus, nisi diluuij inundatione non posset, sic Cassianus, Theodoretus quæst. 48. super Genesim de Gigantibus sermonem habens, sic inquit, arbitror fuisse quosdã pręgrandes homines, & paulo inferius ait. Perfacile enim Deo erat maiores homines, quam sunt creare: sed vt superbiam amputaret, & cohiberet arrogantiam, non dedit hominibus maxima corpora. Nam si exiguis corporibus præditi, non modo contra se inuicem, sed contra Deum etiam Creatorem omnium attolluntur: quid non commisissent si maxima corpora sortiti essent? Sic ille auctor. Pererius super uerba Genes. prædicta lib. 8. de causa diluuij, nu. 116. sic inquit, de Gigantibus Ego comperi uocabulo gigantum appellari homines quinque rebus maxime insignes: hoc est uastitate corporis, robore, scientia, potentia bellica, ac superbia suprahumanum modum, denique formidabiles propter inhumanitatem, & crudelitatem, & propter

Aug.

Chrysost. de Gigãtibus.

Cyrillus

Opinio Cassiani de Gigãtibus.

Opinio Pererij Gigãtes qui fuerunt.

quos

quos præcipue missum fuerit diluuium. Sic sensus sermonis illius. Putauit Paulus Burghensis in prima additione ad postillam Lirani super hoc sextum caput libri Genes. Gigantes fuisse dæmones sub humana specie: quæ quidem opinio reprobata est a Pererio multis rationibus, & argumentis, fuerunt quoque nonnulli, qui arbitrati sunt Gigantes esse ueros homines, sed ex dæmonum coitu cum mulieribus generatos. Ambrosius lib. de Noe, & Arca, cap. 4. Ioseph lib. 1. Antiquitatum, Seuer. Sulp. sub initium Sacræ Historiæ isti prædicti auctores tenuerunt opinionem illam. Gigantes igitur non posse generari ex solis hominibus, sed eorum generationes effici a Dæmone, nec uerum est, nec uerisimile. Ad hæc extensio corporis humani secundum magnitudinem, & paruitatem, prouenit ex materia, scilicet, uel copia, uel penuria: at materia humani corporis totam fęmina ministrat secundum Arist. quo circa extensio corporis humani in maius, uel cōtrario in minus non generanti, sed mulieri assignari debet. Sic inquit Perer. loco superius citato, nu. 124. & 125. & paulo inferiùs ait. Quod si Pigmei, & nani ex solis hominib. sine dæmonum concursu naturaliter generantur: cur nō idem de generatione gigantū sentire, ac dicere liceat? Sic ille. B. Aug. refellens opinionem eorum, qui dicebant filios Dei, qui mixti fuere cum filiabus hominum Angelos esse, & ex illa generatione dicantur gigantes: ostendens sæpe visos esse gigantes in mundo, sic inquit. Nonne ante paucos annos cum Romæ Vrbis, quod a Gothis factum est, appropinquaret excidium, Romæ fuit cum suo patre, & sua matre, quę corpore giganteo longe cæteris præminebat. Sic ille. Plinius quoque lib. 7. cap. 16. de quodam gigante Romæ viso tempore Claudij Imper. sic inquit. Procerissimum hominem ætas nostra Claudio principe Gabaram nomine ex Arabia aduectum nouem pedum, & totidem vnciarum vidit. Sic Plinius. Macrobius lib. 1. Saturnaliorum, c. 20. Sic interpretatus est hunc locū. Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiā gentem Deos negantem: & ideo existimatā Deos è cęlo pellere voluisse. Horum pedes in Draconū volumina desinebant: quod significat nihil eos rectum, nihil superū cogitasse,

Paulus Burghensis.

Amb. Ioseph. Seuer. Sulp.

Aug.

Plinius cuiusdā giganti.

Macrobius de gigantibus.

gitasse, totius vitæ eorum gressu, atq; processu in Inferna vergente. Sic Macrobius.

DE MALITIA HOMINVM ANTE tempus Diluuij, & in illo tempore.

Caput Decimumquintum.



Idens autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra: Et cuncta cogitatio cordis intenta eßet ad malum omni tempore. Gen. c. 6. v. 5. Vult Moyses, ait Pererius super illa verba lib. 8. de causa diluuij, declarare magnitudinem iniquitatis, & malitiæ hominum illius temporis, vt huc appareat, quam iustum fuerit supplicium diluuij. Magnitudo autem indignationis, & offensæ Dei arguit inenarrabilem immanitatem flagitiorum, quibus tunc omnis terra repleta fuit. significauit autem Moyses illis verbis, homines illos non ex ignorantia, sed ex perturbatione animi peccasse, & ex malitia, ideſt ex prauo habitu, & consuetudine, scientes, & volentes sine vllo pudore, & timore, nulloque Dei, & hominum respectu cum gaudio, & voluptate in quælibet scelera iuisse. Sic ille. *Pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus: delebo, inquit, hominem, quem creaui a facie terræ ab homine, vsque ad animantia, & a reptili, vsque ad volucres cęli, pęnitet enim me fecisse eos. Gen. c. 6. v. 7.* Voluit Deus ex superioribus verbis nobis declarare inæstimabilem amorem illius erga hominem: simulque iram, & indignationem aduersus scelera. Pœnituit Deum, non quod pęnitentia cadat in Deum, absit, sed iuxta humanam consuetudinem loquitur nobis Deus: quod enormia peccata illorum hominum misericordem Deum indignari fecerunt, verum quomodo pœnitentia vere Deo tribuatur: facile hæc quæstio soluitur. Pœnitentia, dolor, ira, tristitia, & huiusmodi passiones dicuntur de Deo, non secundum proprietatem, sed secũdum

Pereri⁹.

Odium Dei aduersus scelera.

simili-

similitudinem, non secundum affectum animi, sed effectum operis. Sic sensus verborum Pererij lib. superius citato. Iustinus Martir respondens ad quæst. Orthodox. de pęnitentia, sic scribit. Deus quia semper idem est, & quia semper facit, quod ipsum decet, omnino immutabilis est. Sed cum ij quos curat mutantur, mutat ipse res prout eis expedit, quos curat: ideoque & ad ignosceodum, & ad non ignoscendum immutabilis est. Sic Iustinus. At B. Aug. lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 25. tractans hunc locum Moysis sic scripsit. Ira Dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium quo irrogatur pœna peccato, sic ille. Theodoretus in quæst. in Gene. 50. sic inquit. Quomodo ergo pœnitentia cadit in Deo, qui sua præsentia rigat vniuersa? Quare pœnitentia Dei nihil est, quam mutatio dispositionis eius. Pœnitet me inquit, quod constituerim Saul Regem: pro eo quod est: statui illum deponere, & alterum creare Regem. Sic & hoc loco: pœnitet me fecisse hominem hoc est; decreui perdere humanum genus. Sic Theodoretus. Rupertus lib. 4. Commentariorum in Gen. cap. 15. prodidit fere eandem sententiam, quam breuitatis causa prætermittimus. *Delebo, inquit, hominem, quem creaui a facie terræ.* Vult Pererius Deum dixisse hęc verba, vel Angelis, vel ipsi Noe. Cur autem animalia, quæ nullum peccatum commiserunt diluuio sint deleta, Chrys. hom. 22. in Gen. sic scripsit. Quare cum homo in malum declinauit, etiam bruta eandem pœnam sustinent? cum propter suum ipsorum vsum producta sunt bruta? propter hominem vtique facta sunt. Sic ille. Pererius super verba Genesis superius citata. Sic scripsit, animalia seruitij, & vsus hominum causa Deus fecerat: Sublato igitur homine superuacanea videbantur eius consortio. Deinde in pęnam, & afflictionem hominis, in cuius potestate erant animalia: Sicut occiduntur filij boni propter patres peccatores: tandem hoc factum est, vt quidam prodiderunt, quia homines illius temporis etiam animalibus libidinose, vel alia flagitia patranda nefarie abuti soliti erant: Quin etiam condoceferant animalia diuersarum specierum inuicem præter naturam coire. Sic ille lib. 8. de causa diluuij, nu. 163.

Iustinus Martir.

Dei immutabilitas.

Aug.

Theodoretus.

Pęnitentia Dei, qualis sit.

Rupert.

Cur animalia deleta sint diluuio.

Chrys.

DE NOMINE NOE: DE IVSTItia eius, & de filijs eius Sem, Cham, & Iaphet.

Caput Decimnmsextum.



Oe vero inuenit gratiam coram Domino. Hæ fuut generationes Noe. Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe. Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos in terra. Ex cap 6. Gen. ver. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Beatus Gregorius in Exordio suorum moralium, sic scribit. Sicut enim grauioris culpæ est inter bonos bonum non esse; ita immensi est præconij bonum etiam inter malos extitisse. Hinc est quod Beatus Iob sibimet attestatur dicens: *frater fui draconum, & socius struthionum.* Hinc Petrus magnis laudibus Lot extulit, quia bonum inter reprobos inuenit. Vnde vera est illa sententia Aristotelis dicentis opposita iuxta se posita magis elucescunt. Gratia, quam inuenit Noe coram Deo, nihil aliud est nisi fuisse gratum, & acceptum Deo propter iustitiam, misericordiam, & alias virtutes illius. Sed cur dictus, & vocatus sit. Sic ille, dicendum est cum Pererio prima disp. de interpretatione nominis Noe sic esse vocatnm a Verbo Noach, quod est quiescere, aut requiem imponere, aut secundum Septuaginta Interpretes ipse quiescere nos facit. Similiter Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Genesim. Etymologiam nominis Noe ducit ex eo, quod est quiescere facere. Chrysostomus quoque homilia vigesimaprima in Genesim, sic scribit. Apud nos nomen Noe si quis interpretatur quietem dicit: quietem autem vocat generalem illum interritum post multos annos futurum: sicut & Iob dixit, mors viro quies:

Greg. *Iob.* *S. Petr⁹.* *Arist. sententia* *Cur Noe sic vocatus sit.* *Hier.* *Chrys. De nomine Noe.*

ro quies: etenim valde magnus labor est malitia, huius igitur abolitionem futuram per diluuium vocauit quietem. Vnde subiunxit: Hic nobis quietem præstabit ab operibus nostris, idest a malitia desistere faciet, & ab operibus manuum nostrarum, idest ab operibus nostris malis. Sic Chrysostomus. Sed quomodo Noe quietem, & consolationem hominibus attulerit, Rabbi Salomonis, & Hebreorum interpretatio dicunt, eo Noe fuisse consolatum homines, quod primus inuenerit præcipua instrumenta rustica tractandæ, & exercendę Agricolturę; vnde Noe vocatus fuit agricola. Magna fuit ergo consolatio mortalibus translatis laboribus Agricolturæ ab hominibus ad iumenta. In primis autem volunt excogitasse, & reperisse vomerem, & aratrum, vt sub iugum subiuncti boues aratrum trahentes terram proscinderent. Rupertus lib. 4. Commentariorum in Gen. cap. 16. & 17. hunc in modum scripsit. Noe mediatorem Dei, & hominum, tam nomine, quam opere significauit. Nomine videlicet, quia nomen ipsum, quod est Noe, interpretatur requies: requies autem nostra vere ipse est, qui dicit. *Tollite iugum meum super uos & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.* Sic Rupertus. Quæ autem est requies, vel consolatio, qua consolatur nos iste verus Noe, scilicet Filius Dei, nisi peccatorum remissio, quam in baptismo suo nobis tribuit? Sic inquit Pererius loco superius citato. *Istæ sunt generationes Noe: Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis. Cum Deo ambulauit. Gen. cap. 6. v. nono, & decimo.* Amb. de Noe, & Arca, cap. 4. sic scripsit. Noe non generationis nobilitate, sed iustitiæ, & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est: quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Etenim familiæ hominum, splendore generis nobilitantur animarum autem clarificatur gratia, splendore virtutum. Hæc ille. Chrysost. hom. 23. in Gen. extollit ipsum Noe quantum potest, sic de illo scribens. Ecce & aliam maximam præconij speciem, iustus appellatur Noe, quæ appellatio omnem virtutem complectitur. Noe enim nomen iustus consueuimus dicere de his, qui omnia genera exercent virtutum. sic

Interpretatio Hebræorum.

Rupert.

Pereri.

Amb.

Chrys.

Chrys.

Aug. Chryſ.verba illa, *in generationibus*, ſic explicat B. Aug. lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 26. Noe appellatur iuſtus in ſua generatione: non vtique ſicut perficiendi ſunt Ciues Ciuitatis Dei in illa immortalitate, qua æquabuntur Angelis Dei, ſed ſicut Chryſ. eſſe poſſunt in hac peregrinatione perfecti. Sic ille. Chryſ. interpretatur inter homines ſui ſæculi. *Ambulauit cum Deo*. Idem eſt quod placuit Deo, ait Chryſo. Hier. exponit veſtigia Hier. Dei ſecutus eſt, & alia expoſitio ait. Diuinam vitam egit, timuit Deum, nec ab eo defecit vnquam: Vel in omnibus conſiderauit quid vellet Deus, quidve ab eo exigeret, & ſeſe ad omnem Dei voluntatem plane conformauit. Vel Deum ſemper intuebatur quaſi præſentem ſibi, quamobrem cautiſſimus, modeſtiſſimus, & deuotiſſimus ſemper incedebat. Et ſic finem imponemus ſecundo libro expoſitionum.

FINIS SECVNDI LIBRI.

GA-

GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER TERTIVS.

DE VIRTVTIBVS NOE, ET de peccatis illorum hominum ante Diluuium.
Caput Primum.

ED quomodo Noe vocatus fuerit perfectus, cum perfectus dicatur ille, cui nihil deest in libro Ecclesiast. sic legitur. *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Beatus Augustinus docēs quomodo intelligenda sint verba ista, sic scribit. Hoc enim iter nostrum quo tendimus ad perfectionem, munda, mundat oratio: munda est autem oratio, qua veraciter dici- *Aug.*

tur: Dimitte nobis debita nostra, vt dum reprehenditur, quod non imputatur, sine reprehensione, hoc est sine macula, noster ad perfectionem cursus habeatur: in qua perfectione cum ad eam peruenerimus, iam non sit omnino, quod ignoscendo mundetur. Hæc Beatus Augustinus, & sic secundum Augustinum dicuntur perfecti non illi, qui iam habent perfectionem, sed qui currunt perfecte ad eam consequendam, ait Pererius libro secundo de causa Diluuij, secunda disputatione. At hic lubet apponere ea, quæ scripta sunt apud

Ezech. Ezechielem, capitulo decimoquarto, in comprobatione singularis virtutis Noe, sic inquit ille: *Hæc dicit Dominus: si fuerint tres viri isti in medio populi istius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: filios autem suos, & filias suas non liberabunt, sed terra dessolabitur.* Sic ille. In libro Ec-

Eccles. clesiast. capitulo quadragesimoquarto, sic scriptum est de illo. *Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iraeundiæ factus est reconciliatio.* Ideo demissum est reliquum terræ, cum factum est Diluuium. Noe sua iustitia, & innocentia, ait Pererius obtinuit a Deo, vt ipse cum paucis Diluuij cladem euadens conseruaret seminarium generis humani. Paulus A-

Paulus Apostolus. postolus ad Hebræos, scribeas in capitulo vndecimo eius Epistolæ, sic inquit: *Fide Noe responso accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ. Quæ per fidem est, hæres est institutus.* At concludenda est laus Noe cum ijs, quæ

Ioseph⁹. de eo tradit Iosephus libro primo Antiquitatum. Sic igitur scribit ille. Noe autem facta eorum moleste, & indigne ferens, suadebat vt in melius voluptates, & opera sua commutarent. Verum cum videret illos sibi non parere, totosque vitiorum dulcedini succumbere, veritus ne se suamque familiam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migrauit. Tum Deus viri iustitia delectatus, non eius solum sæculi homines extremæ malitiæ damnauit: sed cum decreuisset vniuersum genus humanum extinguere, aliudque nouum, & a vitijs purum instaurare, Diluuio illud hominum aboleuit vniuersum. Noe autem solus est seruatus Diuino Oraculo viam euadendi, & rationem edoctus. Sic Iosephus.

Chryso-

Chrysostomus homilia vigesimaquarta in Genesim admira- *Chrys.*
tus fuit magna continentia Noe, qui quidem credidit ille, vsque ad quingentesimum ætatis suæ annum coniugio abstinuisse, vitamque egisse cælibem, sed audiat Lector Chrysostomũ, sic inquientem: Noe cum esset quingentorum annorum genuisse tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. Considera quantæ fuit virtutis in tanta temporis longitudine, concupiscentiæ rabiem refrænare, vitamque longe diuersam ab alijs ingredi: nec solum ab illicito coitu se cohibere, sed etiam a legitimo. Sic ille. *Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Genes. vers. vndecimo.* in Leuitic. cap. decimooctauo, declarans scelera præterita commissa ab hominibus in temporibus antiquis redarguens illa. Sic scriptum est. *Cum masculo ne commisceaeris coitu fœmineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos: omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.* Hactenus ex Leuitico. Si ergo contaminatæ sunt vniuersæ gentes, sane credendum est, vt in tempore Diluuij magis illæ gentes contaminatæ, & deturpatæ fuissent, quam in alijs temporibus fuerint. *Et repleta est iniquitate*, quæ vox significat fraudem, rapinam, violentiam, subuersionem, & oppressionem, inquit Pererius super illa verba libro octauo de causa Diluuij. Sicut inquit per illa verba coram Domino significatum est summam irreuerentiam, & ingratitudinem eorum hominum contra Deum in peccatis committendis publice, & manifeste. *Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram.)* At quid nobis significet vocabulum, via, ait Pererius significata esse, studia, mores, iustitiam, opera, consuetudines hominum. Sed alij dixerunt *corruperat viam suam*, idest violauerat legem sibi datam a Deo. Alij interpretantur illos corrupisse viam suam quantum ad naturalem rationem coitus, alij enim abutebantur coitum contra naturam agentes id, quod Paulus scribit

S 2 ad

ad Romanos, ideſt fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum, qui eſt contra naturam, ſimiliter autem, & maſculi relicto fœmineo ſexu exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. *Dixit Dominus ad Noe: finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate a facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra, verſ. decimotertio.* Ait Pererius eſſe Hebraiſmum, finis vniuerſæ carnis venit coram me, hoc ſignificans ſtatutum eſt apud me delere vniuerſam carnem. Sed quomodo per Diluuium Deus perdiderit terram, ait idem Auctor, non fuiſſe deſtructam quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad ornatum eius. Beatus Gregorius vltimo cap. libro tertio Dialogorum narrans quandam Viſionem, quæ euenit Redempto Epiſcopo Terentinæ Ciuitatis, dum parochias ſuas ex more circuiret, perueniſſe ad Eccleſiam Sancti Eutichii Martiris, vbi recubuit iuxta ſepulchrum eius, & nocte quieuit illic. At media nocte aſtitit ante eum Eutichius martir, qui dixit: Redempte vigilas? cui reſpondit vigilo, qui ait, finis vniuerſæ carnis, & ter repetens ipſa verba, viſio martiris, quæ mentis oculis eius apparebat, euanuit. Tunc Dei vir ſurrexit, & ſe in orationis lamenta dedit. Mox autem illa terribilia in cœlo ſigna ſecuta, ſunt vt haſtæ, atque acies igneæ ab Aquilonis parte viderentur. Mox efferata Longobardorum gens in noſtram ceruicem graſſata eſt. Nam depopulatæ ſunt Vrbes, euerſa caſtra, concrematæ Eccleſiæ, deſtructa ſunt monaſteria virorum, ac fęminarum deſolata ab omnibus prædia. Sic vis verborum illius. Sed cur ſupplicium tantum datum ſit terræ, & non aquæ; dicendum eſt, quia terra duntaxat, vſque ad illud tempus infecta erat, & contaminata hominum flagitiis, nondum enim homines in mare intrauerant. In altero autem generali iudicio in conſummatione ſæculi per ignem non tantum terra, ſed etiam aqua purificabitur propter innumera ſcelera hominum, vſque ad eam diem in aquis patrata. Sic Pererius libro nono de laudibus Noe ſuper verba Geneſ. ſuperius citata.

Greg. Viſio Redempti Epiſcopi.

Cur ſupplicium tantum datum ſit terræ.

AN

AN OMNES, QVI PERIERVNT tempore Diluuij æternis supplicijs damnati fuerint.

Caput Secundum.

BEatus Hieronymus super verba Nahum dicentis, *quid cogitatis contra dominum*, arbitratus est Deum reddidisse supplicia illis hominibus Diluuio peremptis ne in æternum puniret, in hunc modum scribens. Si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quod in Diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam, & Gomorrham, ignem, & sulphur pluit, Ægyptios demersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in Eremo: Scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret. Sic ille. Verum Rupertus libro quarto Commentariorum in Genesim, cap. decimosexto, magis declarat, & manifestat opinionem suam, hisce verbis: credendum quippe est aliquos hoc Diluuio perijsse: quorum eodem periculo mortis peccatum deletum sit: iuxta quod scriptum sit: Non iudicabit Deus bis in idipsum, plerosque tamen ex eis, vtpote impios, ab illo temporali aquarum Diluuio ad æternum transisse incendium, iuxta quod scriptum est: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima*. De his autem, qui superfuerunt tam magna Dei gratia reseruati, cum tres tantum filii Noe fuerint, vnus reprobus existit; & ex omnibus illis tribus maxima reproborum sylua succreuit. Sic Rupertus. Sanctus Petrus cap. tertio prioris Epistolæ scribit, Christum secundum animam suam descendisse ad Inferos, & iis, qui vincti erant prædicasse Euangelium. Vnde nonnulli putarunt prædicationem illam præcipue profuisse multis, qui Diluuio Noetico perierunt. Ex hac opinione fuerunt Nicolaus de Lyra, & Caietanus. At Pererius ex aduerso arbitratus est non fuisse

Hier.

Rupert.

Nicol. de Lyra. Caiet. Pererius.

tempore

tempore Diluuij aliquos iustos præter eos, qui seruati sunt in Arca. Beatus Gregorius scribens ad Georgium presbyterum & Theodorum Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ libro sexto Epistola numero centesimoseptuagesimonono. Sic inquit loqueus de illis, quos Dominus Iesus liberauit in die Descensionis illius ad Inferos. Descendens quippe ad Inferos, solos per suam gratiam liberauit, qui eum & venturum esse crediderant, & præcepta eius viuendo tenuerant. Sic ille. Augustinus in Epistola, quam scripsit ad Euodium tractans hanc quæstionem sine dubitatione affirmauit aliquos liberasse Christum inde ex doloribus Inferni, verum qui fuerunt illi, qui a Christo soluti sunt non audet affirmare. Sed Pererius assignans eius opinionem libro nono de laudibus Noe, disp. 3. nu. 37. putauit Christum eos liberasse, qui pęnis purgatorij ad tempus cruciabantur, vt ab omni labe purificati, inde ad Sanctorum sedes transirent. qui quidem auctor arbitratus est, iustos, qui erant in sinu Abrahæ ante Aduentum Domini ad Inferos vitam egisse iucundissimam, & quietissimam. Non autem putauit eos vidisse Deum clara Dei visione, sed tantum quantum fas erat homini in eo statu versanti. nec credidit Dominum Iesum liberasse illos, qui erant in pęnis Inferni, & multis rationibus, & argumentis probare hoc esse contendit. Beatus Lucas in Actibus Apostolorum, cap. secundo, refert sententiam Beati Petri dicentis Christum fuisse a mortuis suscitatum solutis doloribus Inferni, quibus verbis significatur, eos qui doloribus Inferni tenebantur fuisse illos per Christum liberatos. Verum Beatus Thomas 3. par. quæst. 52. artic. 2. declarans illa verba Petri, sic inquit. Dicendum quod duplex est dolor, vnus de passione pœnæ, quam patiuntur homines pro peccato actuali secundum illud Psal. *Dolores Inferni circundederunt me.* Alius autem dolor est de dilatione speratæ gloriæ, secundum illud Prouerb. septimo. *Spes quæ differtur affligit animam.* Sic Beatus Thomas. Sed ex qua parte terrę fuerit sinus Patrum a nobis vocatus Limbus, vbi ab omnibus Christianis creditum est Christum liberasse omnes habitantes in illa regione, & vmbra mortis: Ex cap. 24. Ecclesiast. sic scriptum est. *Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam*

omnes

Greg. Aug. Lucas.

omnes dormientes & illuminabo omnes sperantes in Domino. Quibus verbis significatum est sperantes in Domino, scilicet Sanctos Patres liberandos esse ex Inferno, aut ex Limbo per descensum Christi in ea loca, ait Pererius. Vbinam fuerit Limbus patrum nunquam inueni in scriptis, at credam libenter illum fuisse in superiorem partem terræ, scilicet supra locum Purgatorij. *Vbi fuerit Limbus.*

DE ARCA NOE.

Caput Tertium.

X c.6. Gen. ver. 14. 15. & 16. sic inquit. *Fac tibi Arcam de lignis leuigatis: mansiunculas in Arca facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus: & sic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius: fenestram in Arca facies, & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem Arcæ pones in latere deorsum, cœnacula, & tristega facies in ea.* Tres fuisse res valde memorabiles in Sacris literis, ait Pererius in præfatione libri de Arca Noe: scilicet Mosaicum Tabernaculum, Salomonis Templum, & Arcam Noe, sed hanc fuisse admirabiliorem multis de causis: primum longinquitate temporis, quo facta est centum enim annos in ea fabricanda consumptos esse creditur. Tum magnitudine, & capacitate, qua adhuc nihil simile, post Orbem conditum in aquis visum est. *Tres fuisse res memorabiles in Sacris literis. Pererius. De Arca.*

Deinde vsu, ac finem autem fuit effugium generalis totius Orbis terrarum Diluuij, & conseruatio hominum, & animalium; Diuinæ item eius Arcæ gubernatio non humana vi, sed eius potentia, & ministerio Angelorum per aquis mouebatur, & regebatur. Tandem vbertate, & sublimitate mysteriorum. Sic sensus Pererij libro decimo de Arca Noe. Chrysost. hom. 24. in Gen. inquit, fuisse magnam Dei misericordiã, *Chrys.*

& prouı-

& prouidentiam erga Noe imperantis, vt faceret arcam: verisimile est, ait ille, vt omnes quicumque videbant Noe in extructione illius Arcæ sciscitarentur ab eo causam tantæ extructionis: quapropter, si voluissent facile potuissent ad suorum peccatorum agnitionem venire: non quia potuerunt, sed quia noluerunt. Sic sensus locutionis Chrysost. Cur autem appellata sit potius Arca, quam nauis, ait Pererius prima disputatione de Arca Noe illam fuisse similiorem Arcæ, quam Naui, & ideo sic appellatam esse. Chrysostomus homilia vigesimaprima in Genesim ait Arcam hinc, & illinc moueri a tanta aquarum vi, cum nullus esset gubernator supernæ erat gratiæ, sic ille. Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei, cap. vigesimoseptimo, inquit fabricatam esse Arcam Noe non curuis, sed rectis lineis longe lateque porrectam, quam nullus in mare mitteret conatus hominum, sed vnda leuaret cum venisset, naturali ordine ponderum, quamquam magis Diuina prouidentia, quam humana prudentia natantem gubernaret, nec incurreret alicubi naufragium. Sic Augustinus. Varro dixit Arcam appellatam esse ab hominibus, quia fures arcet a rebus, quas in se conditas habet: Septuaginta interpretes habent ex lignis quadratis, vbi Moyses dixit ex lignis leuigatis Arcam fabricatam esse: At Beatus Hieronymus ex lignis Bitumatis inquit eo verbo picem, aut pinum Nonnulli putarunt esse Abietem, vel laricem, alij autem fuisse Cipressum, multi fuisse Cedrum. Verum Pererius disp. secunda, libro de Arca Noe, arbitratus est Arcam fabricatam fuisse ex variis lignis, & diuersis. Plinius affirmat principatu Tiberii Cæsaris visam esse Romæ Trabem è larice longam pedum centum viginti bipedali crassitudine totam æqualem. Et in Cipro succisa est Cedrus ad vndecem remen demetrii centum triginta pedum longitudine, crassitudine vero ad trium hominum complexum. Sic Pererius ex scriptis Plinii. *Mansiunculas in Arca facies.* Secundum Hebræos, & Græcos legitur. Nidos facies in Arcam, quia ad similitudinem nidorum auium loca destinata in arca appellantur nidi. *Et bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus.* De Bitumine scribit Plinius libro trigesimoquinto, capit. decimoquinto, dicens incorruptam

Cur appellata sit Arca potius, quam nauis.

Aug.

Varro.

70. Interpretes.

Hier.

Ex qua materia Arca fabricata fuit.

Plinius.

ptam vim bituminis a quoque contumace, vnde conseruat ligna, ne humor noxius ea penetret. Porro ait Pererius iubetur Arca, tam extrinsecus, quam intrinsecus vngi bitumine, vt iuncturæ tabularum bene clauderentur aduersus aquas, vt nec intus, nec foris aquæ possent damnum afferre quouis modo super Arcam præcipitarent, atque irruerent. *Trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius, vers. decimoquinto, Gene. cap. sexto.* Vult Beatus Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, cap. vigesimosexto, Arcam esse fabricatam ad similitudinem humani corporis, aut significatum nobis esse per mēsuras illius Arcæ corpus humanum. Sic scribens mensuræ ipsæ longitudinis, latitudinis, & altitudinis Arcæ significant corpus humanum & quæ sequuntur. Cubitus constat, sicut inquit Pererius, vno pede cum dimidio: pes autem constare videtur quatuor palmis: vt palmus constat ex quatuor digitis transuersis. De mensuris Vitruuius scripsit diligentissime ad quem nos remittimus lectorem. Pererius libro de Arca Noe scripsit se intellexisse a quodam viro solertis ingenij, & in Sacris literis bene docto duplex genus fuisse cubiti: Alterum vulgare, de quo supra mentionem fecimus constans sex palmis: alterum Sacrum constans decem palmis. Verum Origenes loquens de cubito Geometrico censet sex cubita vsitata continere, quam quidem sententiam sic refert Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, cap. vltimo, sic scribens: Si autem cogitemus quod Origenes non ineleganter astruxit Moysen scilicet hominem Dei eruditum, sicut scriptum est, omni Sapientia Ægyptiorum, qui Geometrica dilexerunt, Geometrica cubita significare potuisse, vbi vnum quantum sex nostra valere asseuerant: quis non videat quantum rerum capere potuit illa magnitudo? Sic Augustinus. Arbitratus est Origenes in libro quem scripsit De Arca, quod cubiti Moysis essent Geometrici, multo maiores cubitorum vsitatorum. Sed quia magnitudo illorum cubitorum tantum Arcæ amplificauerit, quod esset extremæ magnitudinis hinc est, quod Pererius putauerit fuisse cubitos vsitatos, & vulgatos. Argumentatus est ille in hunc modum. Altitudinem Go-

Aug. *De cubitis.* *Vitruu.* *Orig.* *Aug.* *Orig.* *Argumentatio*

T hiat

Pererij. liat Gigantis describi sex cubitorum, & palmi, quæ mensura iuxta opinionem Origenis de Cubitis Geometricis, habet triginta sex cubita vsitata, i. pedes quinquaginta quatuor: quapropter caput illius Gigantis ad proportionem corporis fuisset prope nouem pedum. Quomodo igitur Dauid caput Goliat a se abscissum minimum tribus pedibus grandius manibus suis tollere, & Hierusalem ferre potuisset? longitudo autem Arcæ fuisset mille, & octingentorum cubitorum, quæ est pedum bis mille nongentorum, latitudo vero trecentorum cubitorum, idest pedum quadringentorum nonaginta. Denique capacitas eius fuisset quasi immensa, concludit igitur eius opinionem dicens descriptionem magnitudinis Arcæ fuisse cubitorum vsitatorum. Sic ille. Nonnulli quærunt qui fuerint viri illi, a quibus fabricata sit Arca cum verisimile sit, quod Noe cum tribus filijs eius Arcam illam ædificare, & construere non posset: verum adhoc facile creditur adhibitos fuisse alios complures operarios mercede conductos. Arcam autem esse constructam centum annis; hoc tradidit Origenes libro quarto contra Celsum, Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, capitulo vltimo, Gregorius homilia 151. in Ezechiel. Rupertus libro quarto Commentariorum in Genesim. *Fenestram facies in Arca, & in cubito consummabis summitatem eius: ostium autem Arcæ pones ex latere deorsum: cænacula, & trigesta facies in ea. Gen. cap. sexto, vers. decimosexto.* Philo de vita Moysis libro secundo, sic inquit. Fabricauit Noe opus ex lignis maximum longitudine trecentorum cubitorum, latitudine quinquaginta, altitudine triginta, distinctum cellis continuatis, alijs imis, alijs in secunda, & tertia, quartaque contignatione dispositis. Sic Philo. Verum Origenes homilia secunda super sexto cap. Genes. tradit fuisse infimam partem Arcæ, quę in fundo erat deputata sordibus, & excrementis animalium excipiendis: ea vero quæ supra illam erat ad conseruanda pabula pertinuisse. Ad hos ergo vsus duę inferiores partes Arcæ, & cameratæ dicuntur, pertinebant. Superiores partes sic fuisse distinctæ: in tertia fere immitia domicilium habebant: in quarta mitiores animantes versabantur: in quinta, & suprema homines, quos Deus fecit cun-

Orig. *Auguʃ.* *Gregor.* *Rupert.*

Philo.

Orig. *Diʃpoʃitio Arcę ʃecundum Origenem.*

ctis

ctis animalibus ſapientia, & ratione ſuperiores, ſic in Arca celſiores domicilio eſſe dicebant. Sic ſenſus Origenis. Beatus Auguſtinus in libro quæſt. in Geneſ. quæſtione ſexta. In hunc modum ſcribit. In prima quippe habitatione, ideſt in inferioribus, ſemel camerata erat Arcæ: in ſecunda vero habitatione ſupra inferiorem iam bicamerata erat: ac per hoc in tertia ſupra ſecundam tricamerata erat. Sic Auguſtinus, Hiſtoria Scolaſtica, Lyranus, Toſtatus tres partes principales Arcæ faciunt infimam, mediam, ſupremam: Infimam autem appellant ſtercorariam, & inſtar ſentinæ nauis: mediam conſeruationi animalium aſſignant, & hanc bicameratam faciunt in duo ſpatia diſtinctam ſecundum longitudinem Arcæ; & in altero herbas, & olera, in altero fructus, & ſolidiores cibos reponunt. Supremam partem Arcæ deſtinant habitationi animalium, & hominum tripartitam facientes, vt in extremis duabus partibus habitauerint animalia, in altera quidem fera, in altera vero manſueta: media porro pars habitationem hominum continebat. Hæc Pererius ex ſenſu illorum virorum libro de Arca Noe, diſp. ſeptima, qui quidem Auctor aſſignans opinionem ſuam de vſu, & diſpoſitione partium Arcæ: in hunc ſenſum ſcribit paulo inferius loco ſuperius citato. Tres partes fuiſſe in Arca principales, quæ ſcilicet ad habitationem animalium omniumque, ac conſeruationem alimentorum pertinebant, prætermiſſo fundo Arcæ, qui quatuor, vel quinque ambitos habebat: hæc autem erat baſis Arcæ, receptaculum omnium ſordium Arcę, quę defluebant in aquas per foramina obliqua in Arca facta. Super hanc igitur infimam partem, tres erant aliæ partes principales Arcæ totam quidem Arcæ longitudinem, & latitudinem habentes, ſed tantum altitudinis cui octo, vel nouem cubitos tribuimus. Supra hanc erat altera pars octo pariter cubitis alta omnes cibariorum apotechas continens. Supra hanc denique tertia erat, & ſuprema habitationi hominum, & auium aſſignata: & hæc fuit ſententia Pererij in diſpoſitione, & vſu Arcæ: qui quidem Auctor ait, triſtega eſſe vocem explicantem cænacula: quia ſæpe numero fit, vt cum duo vocabula in Sacris literis ponuntur poſterior ſit quaſi interpretatio prioris. At Latinus

Aug. Deſcriptio Arcæ.

Lyran⁹. Toſtat⁹.

Deſcriptio Arcæ ſecundum Pererium.

tinus Interpres nominauit illa cenacula tristega, quod sonat tria lecta indicans ea cenacula fuisse tria, & tribus tectis. Erat enim primum tectum supra cenaculum animalium: alterum supra cenaculum vbi erant cibaria: tertium, & supremum supra cenaculum, in quo erat hominum habitatio; fenestra autem Arcæ fuit in superiori parte cenaculi hominum: ostium vero fuit, vel in ipso cenaculo hominum, vel in cenaculo animalium. Hęc Pererius.

DE MANSIVNCVLIS, ET DE ostio, & fenestra Arcæ. De forma illius secundum diuersos Scriptores.

Caput Quartum.

Ansiunculas in ea facies, vers. 14. nonnulli arbitrati sunt fuisse in arca mansiunculas trecentas capaces, non modo cunctis animantibus terrestribus, quæ in illa fuerunt, sed etiam multo pluribus capiendis. Cuilibet mansiunculæ tribuuntur sex cubita longitudinis, altitudinis vero octo, vel nouem: vtrum vero factæ sint aliquæ mansiones extra Arcam affixæ ipsi Arcæ, vt quidam censuerunt, ad habitationem illorum animalium, quæ appellantur amphitria, quod multos censisse, ait Hugo. Nunc dicemus, quod ipse scripsit libro primo de Arca morali, capite tertio. In parietibus, ait ille, huius Arcæ foris facti erant nidi, siue mansiunculæ quasi ad ipsos parietes affixæ, ita vt in introitus eorum extrinsecus pateret, ipso pariete integro permanente intrinsecus. Et hos nidos dicunt esse factos propter illa animalia, quæ nec semper in aqua, nec semper in arida degere possunt: sicut est lucra, & Vitulus marinus. Sic Vgo. Quę quidem opinio a Pererio reprobata fuit libro decimo de Arca Noe, octaua disputatione. Sic igitur ille argumentatus est. Inæqualis illa structura mansionum extra Arcam incommodissima fuisset Arcæ propter maximam vim aquarum superne

Vgo S. Vict.

Refellit Vgo S. Vict.

nè cadentium. Deinde aut illæ mansiones fuissent versus aquam apertæ, aut clausæ: si apertæ, id fuisset magno detrimento animalibus ibi latentibus propter incursiones aquarum: sin autem erant clausæ, non igitur potuissent animalia quoties opus erat exire in aquam ad captandum sibi pabulum. Ad hæc adijciendum est, Moyses in describendo structuram Arcæ tantum indicauit mansiones intra Arcam: si quæ autem aliæ extra Arcam factæ fuissent, eas ille similiter exposuisset. Non enim Crocodillus, & Vitulus Marinus necessitatis causa terram appetunt, sed vberioris prædæ, & commodioris loci ad generationem prolis captandi gratia. Narrat Buteo se vidisse Lutetiæ duos Vitulos Marinos è longinquo vectos ad Regem Galliæ spectaculi gratia, qui non minus aui de carnes, quam pisces vorabant. Sic Pererius. *Ostium autem pones in latere deorsum, vers. decimosexto.* Vgo Sancti Victoris sententiam suam sic exposuit libro primo de Arca morali, capite tertio, sic inquit ille. Affirmant autem Doctores ostium Arcæ inter secundam, & tertiam mansionem locatum fuisse, ita vt limen eius fundo tertiæ mansionis esset contiguum, introitus autem eius seorsum in latere mansionis eiusdem excisus erat: ita vt ab ostio duæ quidem mansiones deorsum essent, tres autem seorsum. Sic Vgo. Putauit Pererius libro superius citato fuisse ostium in latere latitudinis Arcæ, & in cænaculo habitationis animalium quinque ferme cubitis elatum a basi Arcæ. *Fenestram in Arca facies.* Hebræi putarunt significatum esse hoc loco a Moyse lucernam ex quadam gemma locatam, tanta luce fulgentem, vt omnem tenebram inde illustrasset. Vatablus, & Oleaster putarunt fenestram fuisse altitudinis vnius cubiti. Verumtamen talis fenestra nimis parua proportioni Arcæ, & nullius vsus fuisset. Vnde credibile est fuisse maiorem. Forma vero Arcæ secundum Origenem Homilia sexta, super sexto cap. Geneseos. Sic describitur: Quam Arcam ego puto quantum ex his, quæ describuntur apparet, quatuor Angulis ex vno consurgentibus, eisdem paulatim eosque ad summum in angustum contractis in spatium vnius cubiti fuisse collectam: & paulo inferius quibusdam interpositis, sic inquit, Verumtamen quantum ad necessi-

Buteo De vitulo marino.

Vgo Sancti Vict.

Opinio Hebræorum.

Vatab. Oleaster

Forma Arcæ secundum Orig.

neceſſitatem pluuiarum, & Diluuij ſpectat, nulla potuit tam conueniens, & congrua Arcæ ſpecies dari, quam vt è ſummo, velut è tecto quoddam in anguſtum culmine ducto diffunderet imbrium ruinas, & ima in aquas quadrata ſtabilitate conſiſtens, nec impulſu ventorum, nec impetu fluctuum, nec inquietudine animalium, quæ intrinſecus erant, inclinari poſſint, aut mergi. Sic Origenes. Deſtriptionem Origenis approbarunt Beda, Rupertus, Toſtatus, & alij multi. At Vgo ex aduerſo refragatur opinioni Origenis, adducens rationem inſtabilitatis Arcę, & periculi ſubmerſionis. Qui quidem Auctor libro de morali Arca, capitulo tertio, deſcribens formam Arcæ, ſecundum opinionem illius, mihi videtur, vt etiam alijs viſum fuerit valde aduerſans eſſe ſenſui Sacræ Scripturæ. Quoniam ſi Moyſes ſcripſit mandatum fuiſſet Noe, vt fieret Arca altitudine triginta cubitorum. Quare Vgo voluit aſſignare Arcæ altitudinem quindecim cubitorum? Liranus ſcribens de Structura Arcæ ſuper hoc caput Geneſ. ſic inquit. In Arca erant tres manſiones, aſcendendo vna ſuper alteram, & in fine vocabatur ſentina, vel ſtercoraria, quia illuc defluebant feces, & ea fuiſſe dicitur ſimplex, & abſque aliqua interclusione. Media autem vocabatur apotecha, quia ibi repoſita erant victuaria. Et dicitur fuiſſe biccamerata, quia aliqua animalia viuunt herbis, & fructibus: & ideo in vna diſtinctione erant herbæ, & in alia fructus. Superior autem manſio, quia erat maior diſtincta erat duabus interclusionibus: & ſic erant ibi tria ſpatia, medium erat pro hominibus, & auibus, duo vero latera alia pro animalibus mitibus, & immitibus. Sic Liranus. Verum Liranus in hac deſcriptione Arcæ; primum poſuit baſem Arcæ faciens eam ſentinam aut ſtercorariam animalium, ſine aliqua interclusione: ſuper ea ponit apotecham herbarum, & fructuum bicaceratam. Deinde in ſuperiori parti Arcæ diuiſit eam in tria ſpatia locans animalia mitia, & ſæua in parte dextera, & leua. Medio autem poſuit homines, & aues, quod quidem mihi videtur abſurdum fuiſſe ſubter animalia fructus, & herbas, tum propter incommodum ad tulenda pabula animalibus, tum etiam propter periculum, vt immunditię animalium defluiſſent

Beda. Rupert⁹. Toſtatus.

Liranus: de Structura Arca.

ſent

sent in fructuum, & herbarum locum. Ioannes Buteo libro de Arca Noe describens formam Arcæ secundum immaginationem eius assignat basi, & receptaculo sordium quatuor cubitos altitudinis, habitationi animalium supra receptaculum sordium positæ assignat nouem cubitos, cibarijs autem animalium, quæ supra ponit animalibus statuit octo cubitos altitudinis. Mãsionem vero hominum, & auium posuit supra mansionem cibarium animalium, cui statuit nouem cubitos altitudinis: tectum vero Arcæ fuisse altitudinis vnius cubiti. Hæc est sententia Buteonis, quæ quidem sententia placuit Pererio, & supra alias opiniones eam approbauit. Beatus Augustinus libro decimoquinto De Ciuitate Dei, capitulo vigesimosexto, nobis ostendens multa præsignificasse in Ecclesia futura misteria præter Historiam Arcam Noe. Sic scribit. Iam vero quod Noe homini iusto imperat Deus, vt Arcam faciat, in qua cum suis, & cum animalibus liberaretur a Diluuij vastitate, proculdubio figura est peregrinationis in hoc sæculo Ciuitatis Dei, hoc est Ecclesiæ, quæ fit salua per lignum in quo pependit mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Sic ille. Ambrosius libro de Arca, capitulo sexto, inquit. Arcam Noe si quis velit impensius considerare, inueniet in eius ædificatione descriptam humani figuram corporis. Pererius libro decimo de mistica interpretatione Arcæ, interpretans historiam Arcæ cum naturali dispositione corporis humani quasi comparans partes Arcæ cum partibus corporis humani, inquit nidos esse omnes sensus nostros, vnde attrahimus, & recipimus illos, discurrens per omnes sensus, & partes corporis, vt sunt viscera pulmonis, & cordis: Noe vero secundum allegoriam fuit imago, & Vmbra Ecclesiæ Christi ex sententia Origenis, Augustini, Gregorij, Ruperti; quia nomen Noe significatum est nobis requies; vera enim requies, & consolatio nostra fuit remissio peccatorum nostrorum, quam ipse nobis tribuit per baptismum, cuius figura fuit Diluuium: nam sicut in illo peccatores perierunt, sic peccata in hoc delentur. Sic Pererius libro superius citato, duodecima disputatione, qui quidem ait, Arca in fluctibus natabat, sic Ecclesia in persecutionibus, & tentationibus

Buteo de structura Arcæ

Aug. De significatione Arcæ.

Ambr.

Pererius

tationibus

tationibus verſatur. Quadrata ligna ſunt in Eccleſia Doctores, & Magiſtri. Quadratum eſt enim inquit Origenes, quod nulla vacillat ex parte, ſed quocumque ſe vertens fide, & ſoliditate conſiſtit. Hæc quadrata ligna fuerunt, quæ omne pondus Arcæ, tam animalium intrinſecus, quam fluctuum extrinſecus ſuſtinebant. Et Sancti Doctores Eccleſiæ ſimiliter, tam intrinſecus fideles verbo prædicationis, & commonitionis conſolantur, quam extrinſecus infidelibus impugnantibus virtute verbi, ſapientia rationis obſiſtunt. Sic Pererius. Gregorius decimaſexta Homilia in Ezechielem ſecundum allegoriam interpretans hunc locum, ſic inquit. Quid per Arcam Noe, niſi Sancta Eccleſia figuratur, quæ inferius lata eſt, ſuperius anguſta: recte enim per hæc Eccleſia deſignatur, quæ adhuc in multis ſuis carnalibus lata eſt, in paucis Spiritualibus anguſta. Sic ille: At Origenes explanans, & declarans nobis ſecundum ſenſum tropologicum figuram Arcæ Noe, ſic eam deſcribit, ſi quis eſt, inquit ille, qui creſcentibus malis, & inundantibus vitijs conuertere ſe poteſt a rebus fluxis, & caducis, & audire verbum Dei, ac præcepta cœleſtia cuſtodire, hic intra cor ſuum arcam ſalutis ædificat, & vt ita dicam Bibliotecam Diuini conſacrat verbi, longitudinem in ea, latitudinem, & altitudinem, Fidem dico, Spem, & Charitatem collocans: & paulo inferius ſic ait. Nidos in ea diuerſarum virtutum, & profectuum colloca, intus, & foris eam bitumina, corde fidem gerens, ore confeſſionem conferens intus ſcientiam, foris operationem habens: intus corde mundus foris caſtus corpore incedens. Sic ille. Vgo Sancti Victoris in libro Allegoriarum in Geneſim, capitulo decimooctauo, ſic allegorice exponit de Arca Noe. Anima noſtra inquit eſt velut Arca Noe. In Arca ſaluari debemus: & quibuſdam interpoſitis ait. Huius arcæ longitudo, fides eſt, qua creduntur omnia, quæ fecit Deus ab initio ſæculi, vel facturus eſt, vſque ad finem eius per ſe, vel per Angelos, vel per homines: Altitudo ſpes eſt, quæ erigitur ad ſperanda bona, quæ in cœlis ſunt præparata diligentibus Deum: latitudo charitas eſt, quæ extenditur ad Septentrionalem plagam per dilectionem inimicorum, & ad plagam Auſtralem per dilectionem amicorum.

Orig.

Greg. Interpretatio allegorica.

Vgo Sancti Vict. Allegoria ſuper Arcam.

In hac Arca est Noe, idest intellectus rationalis, & sensus spiritualis, & quę ex his nascuntur, recta consilia, iusta desideria, pia vota, tamquam filij, & cognati Noe: Animalia, opera sunt, quæ circa res terrenas efficiuntur; Volucres, cogitationes sunt in rebus excelsis, & cœlestibus versantes; Inundatio aquarum impetus est tentationum: Montes Armenię, in quibus requiescit Arca, quies est animæ in contemplatione rerum Diuinarum; Coruus emissus, nec recursus significat falsos Christianos, qui dum aliquando ad exteriora necessitatis causa mittuntur, foris remanent visibilibus inhærentes, nec ad interiorem quietem reuertentes, sed foris in fluctuatione temporalium lætantes: Columba vero extra Arcam missa, sed ad eam reuersa, bonos Christianos significat, qui dum pro vtilitate proximorum ad exteriora procedunt, redeunt, cum foris quietem non inueniunt, & afferunt ramum oliuæ, quia peregerunt opera Misericordiæ.

DE MVNDIS, ET IMMVNDIS animalibus ingressis in Arcam. De numero illorum animalium. Et quomodo congregati fuerunt in Arcam.

Caput Quintum.

Onam fœdus meum tecum: & ingredieris tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis binas induces in Arcam, vt viuant tecum, masculini sexus, & fœminini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Tolle igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tã tibi, quã illis in escam. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus: Ex cap. sexto, lib. Genes. vers. decimooctauo, decimonono, vigesimo, vigesimo primo,

 vigesi-

vigesimosecundo. Manifestum est tantum octo fuisse animas in Arca saluatas ab exitio Diluuij, scilicet Noe cum vxore eius, tres filios cum vxoribus suis. Verum Berosus Annianus nomina illarum mulierum posuit. Nam vxorem Noe Titeam magnam appellauit, reliquas tres Pandoram, Noclam, & Noeglam. Præterea est communis opinio Hebręorum, & Doctorum Christianorum, Noe, atque filios suos quoad fuerunt in Arca non dedisse operam generationi; sed toto illo anno vxoribus abstinuisse, Quin etiam multi opinati sunt de animalibus, quæ dum fuerunt in Arca, vacasse generationi: hoc si fuit, ideo factum est, quia mares, & fœminæ in Arca separati fuere: aut propter asperitatem temporis id euenit: aut naturaliter: aut diuinitus ardor libidinis animalibus retentus fuit. Sic ex sentu Pererij libro secundo de his, quæ fuerunt in Arca. At vbi fuerit Enoch tempore Diluuij iam a nobis tractatum fuit in paradisi terrestris discursu ad illud, quod illic traditum fuit Lectorem remittimus. Chrysostomus homilia vigesimaquarta in Genesim scribit, quod Deus liberauit ab exitio Diluuij filios Noe, & vxores eorum, quia alieni erant a grauioribus peccatis sui sæculi: & etiam in honorem iusti Noe, & causa posteritatis eos Deus saluos fecit. Sed cur Deus quæ omnia fecerat valde bona introduci iusserit in Arcam Noe vna cum animalibus mundis etiam immunda: ad hanc quæstionem Respondit Beatus Chrysostomus homilia vigesimaquarta in Genes. sic scribens. Sic etiam tunc tempore Noe, ipsa vero scientia ei viro insita docebat ea, quæ essent ad cibum commoda, & quæ immunda: non quod talia per se essent, sed quia pro immundis habebantur: & paulo inferius ait, itaque scientia a Deo nobis indita, eorum est magistra, & doctrix: posset autem & aliter dici, quia Deus quæ præceperat idem & scire ea manifeste fecit. Sic Chrysostomus. Non fuit distinctio mundorum, & immundorum animalium tempore Noe, quantum ad cibum, sed tantummodo quantum ad vsum sacrificiorum: eamque distinctionem accepisse Noe ex traditione maiorum suorum. Nonnulli putarunt omnia animalia esse munda naturaliter, sed comparatione melioris naturæ, aliqua appellari immunda: Vt Bo. dicetur mundus,

Leo

Leo vero immundus, quod ille sit vtilior homini ad victum, vestitum, & culturam terræ. Sic Pererij sensus. *Ex omnibus animalibus mundis tolles septena, & septena, masculum, & fæminam: de animalibus vero immundis, duo, & duo, masculum, & fæminam*: Sic præcepit Deus Noe, Genes. cap. sexto, & septimo, verum hæc verba ambiguam habent sententiam, vtrum duo tantum an quatuor, & vtrum septem, vel quatuordecim debeant intelligi. Ad hanc quæstionem respondent sequentes Scriptores in hunc modum: ex mundis animalibus tolles septena ex hac specie, & septena ex alia similiter qualibet specie, septena masculini sexus, & septena fœminini sexus, ex hac sententia fuere Iosephus libro primo Antiquitatum, Ambrosius libro de Arca Noe, cap. duodecimo, Chrysostomus homilia vigesimaquarta in Genes. Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, cap. vigesimoseptimo, Theodoretus quæstione quinquagesima in Genes. Liranus, Tostatus, Caietanus super septimo cap. Genes. Quod autem dictum est de mundis animalibus dicitur quoque de immundis fuisse similiter, scilicet duo in vtroque sexu. Sed cur Deus præcepit Noe plura de Animalibus mundis in Arca introduci nonnullas causas reddere oportet: *Ioseph⁹. Amb. Chrys. Aug. Theodoretus. Liranus. Tostat⁹. Caiet.*

Primum quo plura essent animalia vtilia, quam inutilia.

Alterum, quod mundis opus futurum erat ad vsum Sacrificiorum.

Tertio quod post Diluuium Deus copiam fecit homini vescendi animalibus plurimam mundis, quæ quidem sententia fuit Beati Chrysostomi homilia vigesimaquarta in Genesim. *Chrys.* Verum cur Deus voluerit mundis animalibus, nec plura, nec pauciora, quam septem in Arcam recipi: Beatus Ambrosius libro de Arca, & Noe, cap. duodecimo; causam huius rei ad misticam septenarij numeri virtutem, & præstantiam refert. *Amb.* Etenim septenarius denotat munditiam, integritatem, & perfectionem: at vero binarius dimensionem, discordiam immunditiam, & imperfectionem significat. Sic Pererius, in quarta disputatione, libro secundo de his, quæ fuerunt in Arca. Chrysostomus homilia vigesimaquarta in Genesim tractans hanc ipsam quæstionem, sic inquit. Multi *Chrys.*

varias de hac re fabulas narrant, & hinc occasione sumpta observationē numerorum ostendunt; At non observatio, sed intempestiua hominum curiositas talia fingere molitur: Vnde & multæ hæreses sunt ortæ. Sic ille. Sed cur Moyses non fecit distinctionem inter aues mundas, & immundas, respondit Pererius hoc illum fecisse breuitatis causa. Verum Septuaginta Interpretes posuerunt distinctionem inter aues mundas, & immundas. Sic ipsi dicentes: & a volatilibus cœli mundis septem, septem masculum, & fœminam: & ab omnibus volatilibus immundis duo, duo masculum, & fœminam. Vnde credendum est Moysen breuitatis causa tacuisse, ipsi autem sententiam Moysis exprimerent, & addiderunt. Philo libro secundo de vita Moysis nobis ostendit quemadmodum Moyses congregasset animalia in Arcam. Sic autem scribit Philo. Sic factum est, vt nullum animal detractaret obsequium Noe immanibus etiam bestijs mansuescentibus; & seruatorem suum, tamquam pastorem vltro sequentibus. Sic Philo. At Beatus Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, cap. vigesimoseptimo, significauit animalia introducta fuisse in Arcam non potestate hominum, sed voluntate Dei, & ministerio Angelorum. Sic inquit ille. Non fuit ista cura illius hominis, vel illorum hominum, sed Diuina: Non enim ea Noe capta intromittebat, sed venientia, & intrantia admittebat: ad hoc enim valet quod dictum est: intrabunt ad te, non scilicet hominis actu, sed Dei nutu. Sic Augustinus. Caietanus quoque secutus est Beatum Augustinum, Sic scribens; Diuino siquidem nutu misterio Angelorum venerunt ex omnibus animalibus mas, & fœmina ad Noe. Sic Caietanus. affirmauit Pererius libro superius citato, sexta disputatione, tria fuisse animalium genera, quæ in Arca non sunt ingressa.

Philo.

Aug. Introductio animalium in Arcā quomodo facta fuit.

Caieta.

Tria animalium genera, quæ in Arcam non sunt ingressa.

Vnum fuit genus piscium, & omnibus, quæ in aquis viuunt; & quæ appellantur amphibia in aquas, & in terra viuentia.

Alterum fuit genus Muli, & Mulæ ex Equo, & Asina generatum, satis enim fuit seruatos esse in Arca nostrorum parentum.

Tertium

Tertium genus eorum animalium; quæ creantur ex putrescente materia. Sic ille. Tostatus autem quæstione secunda in Genesim, cap. secundo, sic scribit, Animalium imperfectorum, quæ de putrefactionibus generantur, communiter sex sunt genera; quædam de exalationibus generantur, vt bibiones, quæ sunt minutissima animalia ex vini exalationibus genita, papiliones ex aqua; quædam ex corruptionibus humorum, vt vermes in stercore, vel cisternis; Quædam ex cadaueribus, vt apes ex iumentis: crabones, idest Muscæ grandes, quæ sonant volando, & scarabei, & muscæ virides ex equis, vel canibus mortuis, & scorpius de Canibus cancri mortui. Sic Caietanus. De medula Spinæ humanæ nascitur Serpens, ait Isidoros libro decimoquinto Ethymologiarum. Verum opinio Pererij superius citata de his animantibus, quæ non fuerunt in Arca videtur depręhensa fuisse ex libro decimoquinto Diui Augustini de Ciuitate Dei, capit. vigesimo septimo, mutatis verbis: Quinque genera animalium fuere, quæ intrarunt in Arcam: Vnum Auium: alterum reptilium: tertium quadrupedum Carniuorum: Quartum non Carniuorum, & magni corporis: Quintum non Carniuorum, & quæ minori corpore fuerunt. Nempe reptilium, quæ ingressa sunt in Arcam hæc sunt cognitæ species. Anguis vbi in Monte Regni Narsinghe diuidente, multas alit feras solo afflatu occidit eos, qui propius accedit, Aspis, & Vipera. Ridet Scaliger de eo, quod dicitur de Vipera, quę parturiens caput maris ore compræhendens in coitu voluptatis dulcedine arrodit: fœminam vero peremptam esse a Catulis, quos in vtero gerit impatientes, tam longæ moræ. Scaliger exercit. ducentesima prima, sic scriptum reliquit. Viperas ab impatientibus moræ fœtibus numerosissimis, atque idcirco erumpentibus rumpi, & interire falsum esse scimus, qui in Vicentij Camerini circulatoris lignea theca, vidimus enatas Viperillas parente salua. Basilius dicitur Basiliscus absorbere volucrem, eo quod infecto a se acre super volantes aues interimit; hoc autem a Solino proditum est. Lacertus viridis, Lacertus minor. Stellio. Tarantulæ a Taranti Vrbe Tarantula appellata hæc latitans in sulcis venatores, & messores pungit. Multa

& varia

Tostatus

Isidorus

Aspis.
Scaliger
Vipera,

Falsum dictum de Vipera.

Basil.
Lacertus viridis & Stellio.

Tarantula et mala eius. & varia sunt mala, quæ a Tarantula facta sunt: quoniam multi a sopore occupantur: nec pauci perpetuis vigilijs distrahuntur: alij fletu mœrent: alij risu diffunduntur: alij curruut, nonnulli derident. sunt nempe qui sudent, qui voment, qui insaniant. Quapropter multi dixerunt Philosophorum tot esse Tarantulæ species, quot eius malefici cernerentur effectus. *Camælcō Historia. Arist.* Camaleon. Aristoteles libro secundo de Historia animalium, capitulo vndecimo, dum celebratis eius mirabilia; vnum quod ipse solus animalium, nec cibo nec potu alitur: nec alio, quam aeris alimento. Verum Scaliger exercitatio. 156. De Camaleonte, sic scribit, Ioan. Landrius in vltima Syria cum esset, ait se vidisse vnum ex quinque quos emerat Camaleontibus, linguæ repentino momentaneoque iaculatu muscam, quæ in eius esset pectore legisse. Ait ille quoque inuenisse illi linguam longitudine palmi cauam habente, quo prædam toleret. In quoslibet mutari colores, verum non est ait ille; quoniam posito super albo, & Rubeo validiorem sui speciem dat viriditatis non recipiens illos colores. *Salamandra.* Salamandra de qua dicitur vt viuat in igne. Verum Matheolus in tractatu quem agit de plantis, & animalibus in eo loco, vbi loquitur de Salamandra, inqnit se testem esse, & vidisse positam esse in igne, & ab illo crematam esse non multo tempore, quam in spatio trium, aut quatuor horarum. *Seitale Serpens.* Scitale Serpens tanta præfulget varietate, vt notarum gratia videntes retardet. *Rastes.* Rastes, præferens quadringenta cornua quorum ostentatione solicitatas aues premit. *Amphisbena.* Amphisbena. Torculi. Dispar siti interficiens. *Hipriale* Hipriale somno necans. *Emmorrois.* Emorrois morsu sanguinem eliciens. *Præster.* Præster qui necat percussum enormi corpulentia. Sæpe cuius ictum statim putiendo sequitur. *Ammodites Serpens.* Ammodites Serpens magnitudine cubitali, colore vero arenoso. *Cencris.* Cencris genus Serpentis venenosi vigintiduo. *Elephantia.* Elephantia. Cherſidros Serpens, qui tam in aquis, quam in terra moratur. Camadraçon Hidrus, seu Hydra, mas est Hydrus, fœmina autem Hydra, quod genus Serpentum potius est aquatile, quam terrestre. Plinius libro vigesimonono, capitulo quarto, sic inquit de Hydro. In Orbe terrarum pulcherrimum anguium genus, quod in aqua viuit Hydr. vocantur, nullis Ser-

pentium

pentium inferiores veneno. Horum iecur feruatum aduerfus percuffos ab his auxilium eft. Sic Plinius. Quæ quidem Hiftoria de iftis animalibus a nobis deprompta eft libro Pererij fecundo, de his, quæ fuerunt in Arca, feptima difputatione.

Cherfidros. Chamaedracon. Plinius. Hidrus.

DE ANIMALIBVS CARNIuoris ingreffis in Arcam, & de non Carniuoris. Et de Phœnice vtrum fuerit in Arca.

Caput Sextum.

Nte Diluuium a nobis demonftratum fuit vfu, & cibatu animal nullum fuiffe vifum. Nunc dicemus de animalibus cur in Arcam ingreffis. Porro fpecies iftorum animalium numerantur triginta quinque in hunc modum eas defcribens. Prima Leo, fecunda Pardus, tertia Draco Atlantici Montes Dracones fuo contactu intericere. Quarta Pantera, & Tigris varietate macularum valde fpectabilis. Quinta Tigris, Hircania, vt fyluis afpera immanibus feris copiofa; Animal eft tum infignibus macularum notis, tum incredibili pernicitate memorabile. Sexta Lupus Canarius, Lupus Ceruarius homines diligunt, pugnant Canibus, & Leonibus: quo fit, vt ne eodem in loco fint Ceruarij, & Leones, fic ait Solinus capitulo decimotertio, Linx ipfe Solinus capitulo octauo ponit in numero Luporum: quarum vrinas coire in duritiem lapidis pretiofi. Sphinx inter Simias eas pofuit Solinus. Clearcus fcribit Sphingē habere caput, & manus puellæ, corpus canis, vocē hominis, leonis vngues, alas auium. Verum hæc fabulofa funt. Hiena habens formam Lupi, in fpecubus ftabulatur: quam venatores cantu laqueis capiunt. De ea dicitur habere vtrunque fexum mafculinum, & fœmininum. Lycaon genus Lupis Æthiopiæ, & tot maculis, & coloribus varium, vt

Leo. Pardus. Draco. Pantera Tigris. Lup⁹ Canarius. Lupus Ceruarius. Linx. Solinus. Sphinx. Clearcus de Sphinge. Hiena. Licaon.

nullo

nullo illi colore possint agnosci. Vulpis, Mustella, Felis, in Prouincia Malabar feles agrestes sunt, de quibus dicitur, sine alis volare. Canis; Vitulus marinus, Crocodillus. Hæc duo in aquis viuere possunt. Leocrocuta, de qua scribit Plinius libro octauo, capitulo vigesimoprimo, magnitudine esse feri Asini, collo, cauda, pectore Leonis, ex Hiena, & Leena generatam esse; humanasque voces mire imitari. Eale magnitudine equi fluuiatilis, cauda Elephanti colore nigra, vel fulua: maxillas Apri. Boa Serpens Manticora humanam carnem appetens; Taurus Cornimobilis, venatea viuens. Chaus. Chephus effigie Lupi pardorum maculis. Crocuta ex cane Lupoque concepta. Axis fera hinnuli pelle, pluribus candidioribus maculis. Viuera, animal exiguum ex genere Mustellarum Teheneumon, qui cum Aspidibus, & Crocodilis bellum mortale agit. Rossomacha Asclauonice dictum ob incredibilem voracitatem sic appellatum; pellis eius pretiosa est, sed carnis nullius valoris: partes eius corporis variæ, scilicet ad similitudinem Cati: Vulpes, sic Olaus Magnus libro decimooctauo Historiarum Septentrionalium, capitulo septimo. Latrax, Fibris, Satherium, Satyrium, Lutra sunt animalia viuentia in terris, verum ex aquis cibum petentia. Sunt igitur species predictæ animalium Carniuorum trigintaquinque, quæ ex octaua disputatione libro Pererij de his, quæ fuerunt in Arca deprompsimus. Nunc vero dicemus de animalibus terrestribus, & quadrupedis, quorum animalium hæ sunt species. Herinacius. Hystrix; India, & Africa generant hæc animalia. Cuniculus domesticus. Cuniculus ferus: Melis appellatur eo quod animal sit melis auidissimum: mordax Vulpis magnitudine colore felis; Glis: Sciurus: Alce, de quibus scribit Cæsar libro sexto de Bello Gallico similes esse capri figuræ, & varietas pellium, Ouis, & Aries. Lupus campestris, & Lepus candidus in alpibus viuens. Simia. Cæbus. Cynocephalus, seu Canices, Cecropitectus: hæ quatuor sunt Simiarum species. Cardanus libro de subtilitate rerum multa scripsit de Simijs similitudine, & natura illorum. Nos autem breuitatis causa ad illum remittimus Lectorem. De Cecropitecho vero inquit ille, quod amet pueros, & mulieres

more

Vulpis. Mustella Felis. Canis. Vitulus marinus. Crocodilus. Eale. Boa. Mantricora. Taurus. Crocuta. Axis. Viuera. Teheneumon. Rossomacha. Herinacius. Hystrix Cuniculus. Cuniculus ferus Vulpis mordax. Iulius Cæsar. Lupus cãpestris Lepus cãdidus. Simia Cebus.

more hominum, & concubitos eornm appetit, vt ille vidisse testatur: attamen ait ferum esse animal, sed tanta industria, vt multi de barbaris hominibus minus ingenio valere videantur. Sic Cardanus. Allopecopiticon, animal nascens in Æthiopia anteriori parte simile Vulpi, cauda, & posteriori parte Cecropiteco, pedibus anterioribus humanis auribus Vespertilioni formam tenens. Chiurga. India Occidentalis affert Chiurga Mustellino genere, capite Vulpino, sub terra habitat: & est miræ fœcunditatis. Tato. Capra domestica. Rupicarea. Ibex. Orix. Damia. Pigargus. Strespsiceus, ex sensu Pererij, hæc de animalibus accepimus. Sed nunc dicendum est an illa Auis, quæ appellatur Phænix fuerit in Arca. Dicunt enim mirum esse in omni terrarum Orbe hoc animal, vel plures fuisse vllo tempore in terris. Illi autem, qui conati sunt ostendere Phænicem in Arca non fuisse. Sic argumentati sunt. Phænix est singularis auis sine coniuge, aut mare, aut fœmina: aut quæcumque animalia ingressa sunt in Arca fuerunt masculum, & fæmina, ergo Phænix non fuit in Arca, quia est solitaria, & societatem non habet. Atè contra fuisse eam in Arcam apparet, quia si non fuisset Diluuio perijsset: vnde arbitror ego aut eam fuisse in Arca Noe, aut non fuisse in rerum natura. Verum Pererius tractans hanc ipsam quæstionem vndecima disputatione, libro superius citato, sic inquit, mea sententia hæc est, mihi omnia, quæ narrantur de Phænice videri dubiæ admodum veritatis: & quibusdam interpositis, sic scribit. Neminem adhuc audiui, neminem legi, cui sit credendum, qui se dicat Phænicem vidisse. Sic ille. Plinius de Phænice, libro decimo, capitulo secundo, inquit. Sicut de re dubia, & incerta. Tacitus quoque libro sexto Annalium, similiter prodit. Putauit Pererius figmenti, esse vnam tantum in terris Phænicem fuisse. De volucribus sermonem habens Pomponius Mela libro tertio, capitulo nono, sic inquit. Phænix semper vnica, non enim coitu concipitur: partuve generatur, sed vbi quingentorum annorum æuo perpetua durauit, super exegeratam varijs odoribus struem sibi ipsa incubat, soluiturque deinde putrescentium membrorum tabe concrescens, ipsa se concipit, atque ex se rursus renascitur

Cynocephalus. *Cardan.* *Cecropitecbus.* *Chiurga.* *Phænix.* *Pereri.* *Plinius.* *Pomponius Mela de phænice.*

cum adoluit, ossa pristini corporis inclusa myrrha Ægyptum exportat, atque in vrbem, quam Solis appellant, fragrantibus Nardo bustis inferens, memorando funere consacrat. Sic ille. Plinius libro decimo, capitulo secundo, de Phænice fere in eundem sensum Pomponij locutus fuit: Verum ad dubitationem illorum, qui dicunt Phænicem non fuisse in Arcam, quia omnia animalia, quæ fuerunt in ea, dicuntur distinctionem habuisse sexus in marem, & fœminam, quæ distinctio cum non sit in Phænice, hinc effici eam non fuisse in Arca; facile soluitur hæc dubitatio; Nam in cæteris speciebus omnium animalium (excepta vna Phænice) de qualibet specie bina sumpta sunt, mas, & fœmina, & introducta in Arca. Sic sensus Pererij, vtrum Phænix fuerit in Arca: sed addendum est, Phænicem vnicam esse vtrumque sexum tenentem, ideo introductam esse in Arcam pro mare, & fœmina. In tertio libro Historiarum Ioannis Tracagnotę legitur Phęnicem volasse ex Arabia in Ægypto: sed nescio, quo excepisset Scriptor volatum illum Phænicis. Verum a nobis mentio facta est de quatuor generibus animalium, quæ ingressa sunt in Arcam species centumquinquaginta. Nunc mencionem faciemus de animalibus mundis, quæ in Arcam ingressa fuere. Verum aliquis dicet quid est animal mundum? ad hoc respondetur verbis Deuteronomij cap. decimoquarto, animal mundum esse illud quod ruminat, & vnguem habet diuisam: non satis erat habere vnum tantum, sed oportebat vtroque dotatum esse. De animalibus, quæ ruminant, sic inquit Aristoteles libro nono de Historia animalium. Animalia quibus in more ruminare est proficiunt, delectanturque non minus in ruminando, quam edendo. Ruminant, quæ superiore dentium ordine carent, vt Boues, Oues, Capræ, ex feris adhuc nullum ruminare constat, præterquam ea, quæ aliquando cum omnibus exigunt, vt Ceruus, hunc enim ruminare planum est. Sic Aristoteles. In Deuteronomio capitulo decimoquarto, videtur esse numerum mundorum animalium terrestrium decem species, Bouem, Ouem, Capram, Ceruum Capream, Bubalum, Trugelaphum, Pygargum, Origem, & Camelopardalum. Sed quia videtur impossibile, vt tanta copia

Plinius. *Arist.* *Numer⁹ mundorum animalium.*

pia animalium capere possit intra Arcam: hinc est quod Pererius libro superius citato, duodecima disputatione conatus est ostendere Arcam Noe capacem fuisse omnium animalium, quæ in ea recepta dicuntur, qui quidem assignans Arcæ trecentas mansiones, quæ altæ erant octo, vel nouem cubitis, Statuit in Arca centum, & septuaginta paria animalium, vnde super erant centum, & triginta mansiones; quapropter inquit tantum abest, vt animalibus, quæ ingressa sunt in Arcam, defuerit locus, quin multus etiam locus in ea superfuerit. Sic ille. *Tolles tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt, tam tibi, quam illis in escam. Genes. cap. sexto, vers. vigesimotertio*, illud, *tolles tecum ex omnibus escis*, redarguit opinionem illorum dicentium inuenisse Noe vnum quoddam genus alimenti omnibus animantibus conueniens: illud vero *quæ mandi possunt*, dictum est pro comedi, nam mandi proprie dicitur, quod dentibus territur. Hæc Pererius. Verum de victu animalium Carniuorum dum ea fuerunt in Arca, Beatus Augustinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, capitulo vltimo, respondens ad hanc dubitationem inquit, animalia carniuora aliquando vesci frugibus, scilicet ficis, & castaneis, & hæc fuit prima ratio illius, altera fuit Noe per scientiam rerum naturalium qua eximie præditus erat, vel per singularem Dei reuelationem; aliaque genera escarum nobis minime nota, quibus etiam carniuora libenter vescerentur, & nutrirentur, animalibus præstitisse. Tertia cogente fame etiam animalia carniuora frugibus, ac fructibus vesci solere. Quarta hoc factum fuisse Dei omnipotentia, vt carniuora sine esu carnium vitam sustentare potuerint. At Origenes Homilia secunda, cap. sexto Genes. affirmat Noe præparasse cibum conuenientem animalibus carniuoris, scilicet carnes aliorum animalium introducendo in Arcam. Basilius vero arbitratus est non fuisse in Arca animal carniuorum, homilia vndecima in Genes. quæ quidem opinio fuit etiam Beati Augustini. Nec dubitandum est, quod Arca non fuit capax omnium cibariorum, & escarum, quæ ad annuum victum animalium satis essent, quoniam iam demonstratum est in Arca centum, & triginta mansiones superfuisse. Ideo

Conatur Pererius ostendere Arcã capacem omnium animalium.

Aug.

Orig.

Basil.

dicendum est in illis mansionibus Noe reposuisse omnia cibaria animalium. Sic ex sensu Pererij 14. disp. de his, quæ fuerunt in Arca.

DE ANNO, ET MENSE QVO factum est Diluuium: & an ex causis naturalibus, an vero ex alijs supernaturalibus.

Caput Septimum.



Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo die mensis rupti sunt omnes fontes Abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eis in Arcam, ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumenta in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, vniuersæ aues, cunctæque volucres ingressæ sunt ad Noe in Arcam bina, & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. Genes. cap. sexto, vers. vndecimo, duodecimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto. Pererius in libro de Historia Diluuij in præfatione illius loci, inquit Moysen exposuisse Historiam Diluuij, tam subtiliter, & distinctè, vt nihil sanè à curioso Lectore requiri possit. Quoniam inquit ille declarauit Moyses quando cæpit Diluuium, quomodo factum, quibus ex causis profectum, quam latè patens, quam super terram elatum in sublime, quantum damni apportauerit, quanto tempore manserit super terram, quando diminui cæpit. Causa principalis Diluuij sanè fuit Deus; ruptio autem omnium fontium Abyssi, Et resseratio cataractarum Cœli, & quadraginta dierum, atque noctium continua densissimaque pluuia, hæc fuerunt causæ ordinatæ à Deo ad exitium totius Orbis terrarũ. Cũ esset Noe annorũ sexcẽtorũ ingressus est in Arca cum vxore eius, filijs, & vxoribus eius. Sed cur Noe septem

Pereri⁹.

diebus

diebus ante Diluuium ingressus fuerit in Arca, vt docet Moyses cap. septimo, hoc factum fuit, vt Noe per illos septem dies, omnia, quæ in Arca erant, priusquam ab aquis Diluuij iactaretur Arca, disposuisset, & ordinasset suo quæque loco collocando. Sic Auctor prædictus. Verum Beatus Ambrosius libro de Noe, & Arca, capitu. decimotertio, declarans: illos septem dies datos fuisse gentibus illis, quæ erant tempore Diluuij ad pœnitentiam agendam. Sic scriptum reliquit: Admoniti sunt igitur homines, vel ex numero dierum, quibus mundus est conditus, quod conditorem suum non lachrymis solum, & præcatione, sed correctione morum reconciliare debuerant, ergo spatium dedit ad Pœnitentiam Dominus, magis volens ignoscere, quam punire, vt imminentis Diluuij terrore suspensos ad veniam cogeret postulandam, quo cum periculum futuræ mortis horrescunt, impietati, atque iniustitiæ renunciarent. Sic Ambr. Liran. Tostat. Caiet. Oleaster, & alij censuerunt annum sexcentesimum Noe fuisse tantum inchoatũ, sed non expletũ, quando introiuit in arca. at ex aduerso putauit Pererius fuisse non solũ inchoatũ, sed etiam plane completũ. Moises autem scripsit cæptum esse Diluuium decimoseptimo die mensis. Verum quæritur cuius anni fuerit ille mẽsis secundus. Anni vero id temporis computabantur ab exordio Mundi, a quo vsque ad Diluuium numerantur anni mille sexcenti quinquaginta sex: quamobrem mensis ille, quo cæptum est Diluuium, erat secundus mensis anni ab orbe cõdito millesimi sexcentesimi quadragesimi sexti. Verum an fuerit ille mensis Maij, an vero mensis Nouembris nonnulli argumentati sunt incidisse Diluuium tempore Maii, alii autem è contra tempore Nouembris. At hæc secunda opinio fuit Hebræorum, Lirani, Tostati, & Oleastri. Secundum mensem, inquit Ambrosius libro de Arca, & Noe, capitulo decimoquarto Verni temporis fuisse non ambigitur, quando augentur nascentia, ager parturit, terrarum pariter, atque animantium fætura se fundit: & paulo inferius significans causas, quibus Deus in illo tempore misit Diluuium, quæ fuerunt pro maiori tormento, & cruciatu illorum hominum. Sic ait. Pereant igitur cum homine omnia propter quem

Amb.

Qualis mensis fuerit, quo Diluuium incidit.

Amb.

quem nata sunt omnia: in suis delitiis consummatur homo, cum sua dote moriatur. Altera causa secundum Rupertum, cur verno tempore factum sit Diluuium, inquit, vt apertius cognosceretur Diluuium illud Noeticum per supranaturalem Dei omnipotentiam esse factum. Philo libro secundo de Vita Moysis tres causas refert Diluuii Noe vnam eleuationem Maris, alteram incrementum omnium fluminum: tertiam magnam imbrium continuationem. Verba autem Philonis sic se habent. Maria tumentia, fluuiique aucti torrentes simul, & perennes, Ciuitates cunctas incalpestribus Regionibus sitas inundauerunt, & subuerterunt. Sic ille. Seneca libro tertio Naturalium quæstionum, capitulo vigesimoseptimo, disputans de causa Diluuii inquit, immodicas imbres è cœlo cadentes, tumescentia flumina, eleuationem maris super terram, resolutionem terræ magna ex parte in aquam causam fuisse generalis Diluuii, & excidii vniuersæ terræ, addidit quoque ille causam cœlestis influxus, quæ vim habet apportandi Diluuium. Quam quidem opinionem libro primo Metamorphoseos, refert Ouidius de causis Diluuij. Verum Pererius libro duodecimo de Historia Diluuij, tertia disputatione, demonstrat hoc factum esse nulla necessitate, sed Dei tantum voluntate, nec potest effici solius naturæ potentiæ, sed supernaturali Omnipotentia Dei. Abyssus Græca vox est de qua Suidas scripsit. Abyssus ædes fuit Proserpinæ, in qua multum auri omni æuo intacti seruabatur. Sanctus Basilius homilia secunda in Genesim, inquit: Abyssus significat copiosam aquam, ad cuius fundum non facile penetrari possit deorsum versus. Diuus Augustinus super Psalmo quadragesimoprimo, sane in eadem sententia scribit. Abyssus inquit est profunditas quædam impenetrabilis, & incompræhensibilis. Sic Augustinus, quænam vero fuerit illa aqua subterranea, quam Moyses appellauit Abyssum, declarandum est. Homerus, & Poetæ appellarunt Baratrum, & Tartarum, immensam vim, & mollem aquæ circa centrum agitatæ, nam quia fundamentum, quo nitatur ea vis aquæ non habet, hinc est vt huc & illuc fluctuet. Non igitur mare, non Oceanum principium est aquarum, sed Tartarus. Nonnulli arbitrati

Margin notes: *Rupert⁹* · *Philo.* · *Causa Diluuij.* · *Seneca de causis Diluuij.* · *Suidas.* · *Abyssus* · *S. Basil.* · *Aug.* · *Homer⁹*

trati sunt falsam esse hanc opinionem. *Caiet.* Caietanus in Genesim capitulo septimo, inquit non esse ruptas vias abyssi, sed fuisse ruptos fontes ad significandum non esse scissas vias Oceani; sed esse scissos fontes aquarum dulcium, fluminum videlicet stagnorum, & huiusmodi. Sic Caietanus. *Pererius* Pererius libro superius citato sic scripsit. Ego crediderim vocabulo Abyssi hoc loco significari subterraneas cauernas præcipue amplissimas & profundissimas. Cauernas dico plenas aquarum, vel stanium, vel fluentium: & in fine eiusdem disputationis quartæ. Sic ait ille. Atque hoc esse reor, quod dixit Moyses fontes abyssi magnæ ruptos esse ad efficiendum Diluuium. Si quis huius vocis Græcæ Cataractæ scire cupit, sciat quod ea voce significatum est id, quod deorsum magna vi, & impetu ruit, ac præcipitatur: nam ipsæ aquæ ruentes per ea loca, & præcipitantes voce cataractarum appellari solent. Exempla sunt illud celebre de cataractis Nili. Sic Pererius. *Strabo.* Strabo libro decimoquarto, loquens de cataractis fluminis Pamphiliæ, sic inquit: postea est is, qui cataractes appellatur amnis multus, & torrentis more vehemens, ex alta petra ruens, adeo vt longissime strepitus exaudiatur. Sic Strabo. *Et cataractæ cæli apertæ sunt*, *Cataractæ cæli, quæ sint.* intelligit Pererius cataractas cœli apertas esse, idest mediam regionem, ita discissam, ac patefactam esse, vt ipsæ nubes, quæ imbrem fundunt omnem, quam continebant aquam deorsum profunderent. *Eugub.* Eugubinus in annotationibus in Genesim arbitratus est super cœlos fuisse aquas, quæ tempore Diluuij super terram cecidissent: ille autem sic scriptum reliquit. *Opinio Basilij, Chrysostomi, Eugubini, aquas super cælos esse, & erupisse tempore Diluuij.* Cum igitur etiam supra cœlum sint aquæ, quæ a non nullis Cœlum Christallinum vocantur, has credendum est patefacto cœlo horribiliter erupuisse, breuique totum Orbem inundasse. Cui opinioni videtur assentire, tam Basilius, quam Chrysostomus. Verum Tostatus ex aduerso sentit aquas, quæ sunt super firmamentum esse alia specie aquarum elementarium: non enim sunt fluxibiles, sed velut congelatæ, & solidæ: & cum sint illæ aquæ ex natura cœlesti, non dicuntur aquę, nisi propter quandam similitudinem. Sic sensus Tostati. Ambrosius libro de Arca Noe, capitulo decimoquarto, tractans hunc locum Scripturæ sensu morali. Sic inquit: cum

autem

ostatus Amb. expositio moralis.

autem venena mentis, & contagia corporeæ obscænitatis sensum omnem vigoremque confundunt, atque animus incerto lubricus motu, malitiæ fœdus atramento, crudelitatis furore etiam corporalibus flagitijs incitatur, auarus quoque affectus impatiens mediocrium facultatum luxurię cupiditate effundendique libidine præcipitatur in facinus appetendæ salutis alienæ: tunc magnum est Diluuium omnibus pariter ingruentibus passionibus: tunc se insipientia, iniustitia, temeritas, improbitas, perfidia, de superiori parte tamquam cataractæ mentis videntur effundere. Inde erumpunt de corporis fonte terreno libido, temulentia, luxuria, postremo diuersorum criminum prolapsiones, quæ pænitus & corporis robur, & vigorem mentis effæminant. Hæc Ambrosius. *Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Cur vero nominauit Moyses dies, & noctes? dixit dies, & noctes, vt significaret diem naturalem, & illam pluuiam continenter, tam die, quam nocte factam esse. Vnde vero Noe cognitionem habuit transisse quadraginta illos dies, & quadraginta noctes dum facta est illa pluuia, quoniam inclusus in Arcam, nec præsentiam, nec absentiam Solis videre poterat? ad hoc respondetur, id cognouit Noe singulari aliqua reuelatione Dei. An habuit Arca Horologium aliquod, quod suo motu, & sonitu omnes, & singulas diei & noctis horas indicaret. Vnde vero fuerit tanta vaporum suppeditatio, è quibus generararetur pluuia, dicendum est eo tempore plurimum terræ tenuatum, & resolutum esse in vapores aquęos: sed præterea credibile fit magnam partem aeris in pluuialem aquam commutatam esse. At contra fuerit principalior causa Diluuij aqua ne erumpens ex fontibus abyssi, vel quæ effusa est ex mari, an pluuia quæ de cœlo descendit per quadraginta dies? Equidem credibile fit principem Diluuij causam fuisse pluuia quadraginta dierum. Hæc ex sensu verborum Pererij libro duodecimo de Historiarum Diluuij, sexta disputatione, fuit etiam factum Diluuium tempore quadraginta dierum pro maxima misericordia Dei, quia si voluisset vno momento potuisset perdere Diluuio. Sic inquit Beatus Chrysostom. homilia vigesimaquinta in Genesim.

Quo pluuiarum tempus Noe cognouerit

DE

DE MAGNITVDINE DILVVII, & quanto tempore durauerit, & quod ex solis causis naturalibus Diluuium effici non possit. De Diluuio Ogygis, & Deucalionis.

Caput Octauum.

IN *articulo diei illius, Noe ingressus est in Arcam. Genes. cap. septimo, vers. decimotertio.* Tostatus arbitratus est, quod ingressus Noe in Arcam in articulo diei illius, hoc debeat intelligi in ipsa Aurora diei, tempore quo Sol cæpit ascendere super Orizontem. At Medici, & Philosophi, vt ait Pererius libro superius citato, septima disputatione, arbitrati sunt articulum esse iuncturam, siue nodum membri corporis. Noe ingressus esse in Arcam in articulo illius diei, idest certo aliquo tẽpore opportunissimo illius diei ad ingrediendum. Sic Pererius. verum Oleaster ait ingressum esse Noe inter mane, & vespere prope meridiem in robore illius Dei. Et quo autem die Noe ingressus fuerit in Arcam. Putauit Chryso. decimoseptimo die mensis secundi fuisse ingressum in Arcam, altera opinio est ingressum Noe in Arcam septem diebus ante Diluuium, hoc est decimo die illius mensis secundi: hoc enim probatur per verba Dei dicentis, *ingredere tu, & omnis domus tua in Arcam: adhuc enim & post septem dies pluam super terram*. Sic Pererius ex libro superius citato, & hæc fuit eius opinio. *Et inclusit eum Dominus de foris*. Chrys. super ea verba demonstrans quare Dominus sic fecisset, sic inquit in homil. 25. in Gen. Noluit itaque Deus, tam horribilis spectaculi aspectu animum Noe vehementius conturbari, & cruciari: ne ipse tantum prospiciens Diluuium metu corriperetur. Sic Chrysostomus, qui quidem in eodem loco admirans excellentem eius viri fidem, coniunctam cum incredibili constantia, & patientia: ait Pererius, sic scripsisse Chrysost.

Tostatus
Articulus diei, quid sit.
Oleaster
Chrys.
Chrys.

Præconium Noe. Quid igitur de Noe dicemus, qui velut detruſus in carcerem huc illuc iactabatur, neque cœlum, neque terram videre poterat, nec aliquid quod afferret conſolationem, quod ſi ferrea, vel adamantina illis hominibus fuiſſent corpora, vix tamdiu potuiſſent: durare quippe qui neque aere fruebantur, neque vento, qui non minus, quam aer ad refocillanda corpora noſtra factus eſt: neque oculos paſcere poterant, aut cœli, aut terræ ſpectaculo aliquo. Quomodo non excæcati ſunt oculi eorum in illo tam tetro carcere? quomodo conuerſationem cum feris, eorumque fœtorem ferre poterant? quomodo ipſa bruta non perierunt, quæ nec aerem trahere, neque loco ſeſe commouere poterant? Sic ille. *Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat, Gen. 7. v. 19. & 20.* Non ſine cauſa, ait Chryſoſto. hom. 25. *Chryſ.* in Gen. hæc de magnitudine, & altitudine illius Diluuii narrat Diuina Scriptura: ſed vt diſcamus, non ſolum homines & reptilia ſubmerſa eſſe Diluuio, ſed & volucres cœli, & quæcunque in montibus degunt animalia. Sic Chryſo. *Caiet.* Caietanus ſuper hunc locum Gen. arbitratus eſt aquas Diluuii non præualuiſſe ſuper montes paradiſi terreſtris, vbi ille putauit fuiſſe Enoch, & Eliam. Sed hæc opinio refellitur a Pererio. nonnulli putarunt Diluuium, tam magnum non potuiſſe fieri propter altitudinem montium ſupra quos affirmant nubes non *Aug.* poſſe conſcendere. At B. Aug. lib. 15. de Ciu. Dei, c. 27. contra opinionem illorum, ſic ſcribit. Cur igitur vſque ad illa cœli ſpatia terris exaltari licuiſſe, & aquis exaltari non licuiſſe contendunt? Sic ille, illi qui arbitrati ſunt Verticem Montis Olympi non potuiſſe ab aquis ſuperari, quia ſuper mediam re- *Pererius.* gionem aeris aſcendit: ad hoc ſic reſpondet Pererius nona diſputatio. libro ſuperius citato. Si mons ille attigiſſet mediam regionem aeris, vel etiam ſupremam, fuiſſet non ſolum inſalubris, ſed etiam inhabitabilis homini: Siquidem media regio valde frigida, humida, & nebuloſa eſt: ſuprema vero propter vicinitatem elementi ignis, propter cœli vertiginem eſt admodum calens, & ſicca: quamobrem nec breui tempore illic viuere homines, ne dũ ſalubriter diu potuiſſent, Sic Pererius.

Verum

Verum quanto tempore durauerit Diluuium super terram, idem ipse Auctor putauit, vt incrementum Diluuij fuisset per quadraginta dies, quibus durauit pluuia, & eruptio fontium Abyssi: qua finita Diluuium ad summum incrementum productum est, excedens altissimos terræ montes per quindecim cubitos. In hac autem tanta altitudine permansit centum quinquaginta dies, qui complectuntur tempus medium inter finem incrementi, & initium decrementi aquarum. Sic ille, qui quidem valde miratus fuit, cur tamdiu manere Diluuium super terram Deus voluerit; ad quam dubitationem sic respondet, equidem credo ita factum esse, quo immanitas sceleris *humani*, & magnitudo diuinæ offensæ illustrior efficeretur: necnon & quo magis Deus ipsius Noe pœnitentiam fidei, ac virtutem tentaret, & probaret. Sic sensus Pererij: Putarunt Stoici tã generale totius Orbis terræ Diluuium, quam incendium ex solis causis naturalibus potuisse fieri. Petrus Aliacensis in quæstionibus suis in Genesim constanter dixit potuisse Noe ex regulis Astronomicis notitiam Diluuij cognoscere. Gulielmus Parisiensis prima parte operis de vniuerso, inquit Moysen vocasse cataractas Cœli eas partes, quæ sunt generatrices pluuiarum: qualia sunt signa Aquatica, vt Cancer, Pisces, Pleiades, Hyades, & Onoch: inter Planetas Mars, Venus, & Luna; Cataractas igitur Cœli apertas esse intelligitur, quia cœlestes illæ virtutes ad operationem plquiarum iussu Dei relaxatæ sunt. Verum enimuero falsam esse hanc opinionem, & Sacra Scriptura manifeste redarguit, & ratio, & doctrina Catholica aperte demonstrat. Nam ruptos esse fontes Abyssi, & apertas esse cataractas Cœli denotant violentum quoddam, atque insolitum præter ordinem naturæ, & quod ex aliquo principio externo potentiori, quam natura sit perfectum fuerit: Sicut etiam cessatio, & finis Diluuij non fuit naturalis, sic etiam principium illius naturale non fuit. Deinde si aliqua Cœli constellatio fecit Diluuium in tempore illo quo euenit, necesse est, eam ipsam constellationem a tempore Diluuij, vsque nunc iterum euenisse, & fecisse Diluuium: at non venit Diluuium, ergo ex constellationibus Cæli Diluuium non fit: Verum potest quispiam

Petrus Aliacensis.

Gulielmus Parisiensis.

piam dicere astra ex ea parte terræ, quam respiciunt, & in quam agunt tantum extrahere vaporum copiam, vt ea sit sufficiens ad generandum Diluuium. Sed ad hoc respondetur nullo modo probabile esse: quoniam ad tantam aquarum molem generandam non solum vnius partis terræ, verum omnium etiam partium terræ vapores satis non fuissent: sed necesse esset magnam partem aeris in aquam conuerti, sicut accidit in vniuersali Diluuio. Sic ex verbis Pererij sumpsi libro superius citato, duodecima disputat. Vtrum vero apud Ethnicos aliqua fuerit huius Diluuij Noetici notitia; Respondet Beatus Augustinus libro decimooctauo de Ciuitate Dei, capitulo octauo, nihil reperiri vetustius apud Græcos, & Latinos Historicos Ogygis Diluuio: Et Varronem vocat testem. Et Varro quidem ab Ogygis Diluuio exorsus est librum cuius mentionem superius feci; & nihil ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius, quam Ogygis Diluuium. Sic ille. At enim fuisse notum Diluuium Noeticum Ethnicis manifestum est. Iosephus primo libro Antiquitatum memoriam fecit huius Diluuij. Berosus Caldæus quoque: Quin etiam Nicolaus Damascenus libro nonagesimosexto, sic scribit: est super regionem miniarum magnus mons in Armenia nomine Baris, in quo multos profugos Diluuij, & quandam Arcam vectam in montis eius vertice hæsisse, qui fortasse is fuit, de quo etiam legislator Iudæorum Moyses scripsit. Sic Nicolaus. Eusebius libro nono de præparatione Euangelica, capitulo quarto, facit etiam mentionem de Historia Diluuij ex Abiderno Historico. Pomponius Mela, Plinius, Solinus prodiderunt, Ioppen vrbem Iudææ maritimam credi fuisse ante Diluuium, omniumque terræ Vrbium vetustissimam. Ouidius libro Metamorphoseos videtur potius descripsisse Noeticum Diluuium, quam illud Deucalionis: Vnde credibile fit vt ab Historia Moysis potuisset illam descriptionem extrahere. Nunc dicemus de Diluuio Ogygis, quod euenit tempore Ogygis regnantis in Attica regione: & apud Argiuos Inaco, & Phoroneo regnantibus, & sic inundauit vniuersam Regionem Atticam, vt eam reddiderit per ducentos annos incultam, atque inhabitatam. Fuit autem Diluuium

Aug.

Iosephus

Berosus.

Nicolaus Damascenus.

Eusebius

Pomponius Mela.

Plinius.

Solinus.

Ouid.

Diluuiũ Ogygis.

uium hoc viginti, &. mille annis ante primam Olympiadem, sic Pererius decimaquarta disputatione de Diluuio Ogygis, & Deucalionis. Orosius scripsit Diluuium Ogygis fuisse ante Romam conditam quadraginta, & mille annis, Orosij verba sic se habent; ante annos Vrbis conditæ mille quadraginta in Achaia sæuum Diluuium vastatione plurima totius ferre prouinciæ fuit, quod, quia Ogygis, qui tunc Eleusinæ conditor, & Rex fuerat temporibus effusum est, nomen loco ac tempore dedit. Sic Orosius. Fuit nempe prima Olympias in anno octaui Regni Achaz Regis Iuda, hoc est ducentis octoginta tribus annis post inceptam Templi Salomonis ædificationem: vt patet ex Cronologia Regum Iuda, quæ describitur *libro* tertio, & quarto Regum. Fuit item prima Olympias septingentis sexaginta tribus annis post egressum Hebræorum ex Ægypto. Præcessit igitur Diluuium Ogygis egressus Hebræorum ex Ægypto annis ducentis sexaginta tribus: & incidit in annum ætatis Iacob Patriarchæ circiter nonagesimum. Fuit autem post Noeticum Diluuium annis fere quingentis quadraginta. Sic Pererius, qui quidem irridet Ioannem Annianum dicentem Diluuium Noeticum, & Ogygianum vnum, & idem fuisse, similiter fuisse Ogygem eum ipsum, quem antiqui Scriptores appellarunt Noe. De Diluuio Deucalionis, nunc vero dicendum est. Euseb. lib. de præparat. Euang. cap. vlt. ait Cecropem antecessisse quadringentis ferme annis Troianum bellum, & medio illo tempore inter Cecropem, & bellum Troianum contigisse Diluuium Deucalionis. Orosius libro primo, cap. nono, & Iustinus Historicus scribunt accidisse regnante Amphitrione; qui tertius fuit a Cecrope. Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum, Deucalionis Diluuium centum triginta quatuor annis signat post illud Ogygis. Pererius autem sequens sententiam Eusebii in Cronicis, & Orosii in primo libro facit Diluuium Deucalionis posterius Ogygiano ducentis triginta annis, hoc est circa annum ætatis Moysis quinquagesimum. Eodem sæculo, ait Orosius tres magnas calamitates accidisse: Decem plagas Ægypti, Diluuium Deucalionis, Incendium Phaetontis.

Orosius.

Quo tempore incidit prima Olympias.

De Diluuio Deucalionis.

Eusebius

Orosius.

Iustinus Historicus.

Clemens Alexandrinus.

DE

DE CESSATIONE DILVVII. ET de spiritu, quem adduxit Dominus ad exsiccandas aquas Diluuij. De requie Arcæ super montes Armeniæ, & de missione Corui extra Arcam, & Columbæ.

Caput Nonum.

Ecordatus autem Deus Noe cunctorumque animantium, & omnium iumentorũ, quæ erant cum eo in Arca, adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes Abyssi, & Cataractæ Cæli, & prohibitæ sunt pluuiæ de Cælo. Reuersæque sunt aquæ de terra euntes, & redeuntes, & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitque Arca mense septimo, vigesimoseptimo die mensis super montes Armeniæ. Capitulo octauo libri Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto. Theodoretus quæstione quinquagesimasecunda in Genesim super verba: *Recordatus est Dominus Noe:* non pristinam obliuionem designat, sed maximam ipsius erga Noe humanitatem denotat. Sic ille. Obliuio enim, nec recordatio cadit in Deum, cui omnia futura, & præterita præsentia ei sunt. Ad similitudinem hominum loquitur, qui cum possint adiuuare, non curant, & in periculis deserunt. Sic Pererius. Ambr. libro de Noe, & Arca, cap. decimoseptimo, duas esse ostendit causas diminutionis Diluuii, vnam diminutionem aquarum, alteram autem occlusionem fontium Abyssi, & cataractarum Cœli. His enim causis minuitur Diluuium, ait Ambrosius, quibus creuit. Erupti erant fontes aquarum, apertæ fuerant cataractæ cœli, vt vndique influentibus aquis terra mundaretur: debuerunt claudi ea, ex quibus origo Diluuii manauit, vt eius inciperet esse defectus. Sic ille. Chrysostomus homilia vigesimaquinta in Genesim, quomodo diminui potuerit

Theodoretus.

Amb.

Chrys.

rit

rit tanta copia aquarum, sic scribit. Quomodo igitur tantus aquarum impetus subito minor factus est? quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquam? quid igitur est? Dei præceptum est, quod facit omnia. Sic Chrysostomus. *Reuersæ sunt aquæ de terra euntes, & redeuntes.* Super hæc verba, ait Caietan. capit. octauo in Genes. Tantam fuisse aquarum Diluuii copiam altitudinemque, vt aquę non potuissent agere officium fluxus, & refluxus. Putauit Ambrosius libro de Arca Noe, capit. decimosexto. Spiritum illum, quem adduxit Dominus fuisse Spiritum Domini. Rupertus interpretatus est Spiritum hunc ventum calidum, aut ipsum Solem. Sic tradidit ille. Quem Moyses Spiritum appellat, iuxta literam, aut calidum ventum, aut etiam ipsum Solem, qui hactenus sub densis nubibus latuerat, intelligimus. Sic Rupertus. Verum interpretatio simplicior huic loco Moysis apta, & accommodata videtur, vocabulo Spiritus significari ventum, quem Deus miserit ad siccandas aquas Diluuii: Exemplum habemus in Exodo, cap. decimoquarto, vbi sic scriptum est. *Cum extendisset Moyses manum suam super mare abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrenti tota nocte, & vertit in siccum, diuisa est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim quasi murus a dextra eorum, & laua.* Verum an naturalis fuit ille ventus, an supra naturam dicemus non fuisse naturalem, sed per Omnipotentiam Dei supra vim, & potestatem naturæ factum. Caiet. Amb. Rupert.

At quando facta sit occlusio fontium Abyssi, i. an post centũ quinquaginta dies, an vero post quadraginta. Oleaster ait id euenisse post centũ quinquaginta dies, sicut etiam eruptionem fontium Abyssi, post illud tempus factam esse putauit. Die autem vigesima septima mensis octaui illius anni cæperunt diminui aquæ Diluuij: ait Pererius libro de cessatione Diluuii, tertia disputatione. Qui quidem ait Dominum recordatum esse Noe, non priusquam perijssent peccatores Diluuio: quod non vacat misterio. Tunc enim vere Deus memor est nostri nobisque benefacit cum vetus Adam cum vitiis suis in nobis per Diluuium contritionis, & pœnitentiæ, velut submersus interit. Rupertus libro quarto in Genesim explanans Oleaster Pereri. Rupert.

locum

locum hunc Moysis per allegoriam, sic scriptum reliquit. Recordatus est Deus pater Christi Filii sui, postquam intrauerunt aquæ vsque ad animam eius, postquam tribulationes mortis pertransierunt animam suam, cum teneretur in sepulchro conclusus, adduxit spiritum super terram, spiritum inquam, idest reducem vitam adduxit super terram ex animi corporis: suscitauit enim illum a mortuis. Sic Rupertus. Montem in quo Arca requieuit, appellauit Berosus apud Iosephum libro primo Antiquitatum, cordycorum. At vero Nicolaus Damascenus nominauit eum Barin. Nonnulli sunt, qui putant per Ararath intellexisse Moysen fluuium Araxem. Est igitur sententia Moysis Arcam resedisse in vertice Tauri Montis, vbi amnis Anaxaris affinis est. Sic Pererius. Caietanus putauit, annos apud Antiquos Græcos, Romanos, & Ægyptos constasse trecentis, & sexaginta diebus, iuxta numerum graduum signorum Zodiaci, vnicuique gradui diem vnum assignando: & sic etiam fuisse annos tempore Moysis, & Noe. At ex aduerso videtur contrarie sensisse Diodorus Siculus libro secundo; qui quidem assignauit anno dies trecentos sexaginta quinque. Quanta pars autem Arcæ demersa fuerit aquis, mihi quidem videtur hanc quæstionem esse nimis curiosam; sed qui de ea tractarunt Liranus, Tostatus, Paulus Burghensis, Carthusianus fuerunt; ideo breuiter dicemus pauca ista verba. Hugo libro primo de Arca Morali, capit. tertio, videtur sensisse ex triginta cubitis altitudinis totius Arcæ nouem fuisse inferiores aquis demersos. Liranus vero ait fuisse sub aquis tresdecim cubitos: quæ quidem opinio refellitur a Pererio, nec autem ille assignat suam. *Cumque transissent quadraginta dies: aperiens fenestram Noe. Dimisit Coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur: donec siccarentur aquæ super terram. Genes. capitulo. octauo, vers. septimo, & octauo.* Cur autem Noe cum oculis suis non vidit vtrum cessasset Diluuium, sed dimisit Coruum ad id agnoscendum, Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim, demonstrat hoc factum esse a Noe timore illius tremendi Diluuii non esse ausum per fenestram aspicere. Tostatus vero refert caussam ad situm fenestræ. Quoniam fenestra erat perexigua, ita vt ca-

Ioseph. *Nicolaus Damascenus.* *Caiet.* *Diodorus.* *Hugo.* *Chrys.* *Tostat.*

pit,

put, & corpus per eam efferre non posset: Sic ait Pererius libro superius citato, super verba prædicta, qui quidem ait super verba, *donec siccarentur aquæ*, **denotant** nunquam fuisse reuersum in Arcam ante finem Diluuii. De Coruo vero, sic inquit Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim: Quare non rediit Coruus? fortasse cum sit auis immunda incidens in cadauera hominum, & brutorum, illis tanquam inuento congruo sibi cibo insedit: quod ipsum non paruum bonæ spei argumentum fuit Noe. Si enim non hoc fuisset, neque Coruus pastum, & consolationem inuenisset, vtique reuersus esset. Sic ille. *Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in Arcam. Genes. cap. octauo, vers. octauo, nono.* Causa autem, quia Columba reuersa fuit in Arcam indicauit Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim dicens, licet vertices montium detecti essent, & super aquas extarent, remansisse tamen eos humidos, atque limosos. Quamobrem Columba animal munditiæ amans refugisse vestigia inibi ponere, *expectatis autem vltra septem diebus aliis, rursus dimisit Columbam ex Arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum Oliuæ virentibus foliis in ore suo, vers. decimo, vndecimo.* Pererius libro decimotertio de cessatione Diluuii, disputatione nona inquit. Quod autem Columba rediit ad vesperam, significat eam toto die extra Arcam fuisse. Rediit igitur ad Arcam fugiens obscuritatem, & frigus nocturnum Sic ille. Verum quomodo oliua virentibus foliis tamdiu sub aquis conseruari, aut generari potuerit, Beatus Ambrosius libro de Noe, & Arca, cap. decimonono, videtur credidisse Omnipotentia Dei hoc esse factum post Diluuium oleam germinasse. Xenophon Annianus libro de æquiuocis facit quinque inundationes aquarum. Primam generalem totius Orbis sub prisco Ogyge, & eam fuisse nouimestrem. Et idem fuisse Ogygem quem Noe Sacræ literę appellant. Alteram facit inundationem Nili, & menstruam sub Ægyptiis Hercule, & Prometheo: Tertiam sub Ogyge Attico in Acaia bimestrem: Quartam sub Deucalione in Thessalia trimestrem: Quintam Pharaonicam sub Proteo Ægyptio in

Chrys.

Pereri.

Quo tandiu olea virentibus foliis coseruari potuerit.

Amb.

Annianus.

Z rap-

Sacrificio Noe, pollicitus est ei, & posteritati eius numquam fore postea propter hominum peccata generale Diluuium. Cur autem verum sit Deum numquam amplius maledicturum terræ, an non item maledicet ei ante diem iudicij, cum omnia tunc incendio consummabuntur? respondet Pererius loco superius citato dicens in Diluuio destruxit Deus omnia propter homines in consummatione autem sæculi, dissoluentur omnia non propter peccata hominum, sed propter renouationem, & commutationem mundi in meliorem statum.

DE ESV CARNIVM HOMINIBVS concesso. De præcepto non comedendi Sanguinem & de pæna homicidij.

Caput Vndecimum.

Enedixitque Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris requiram animam hominis; quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo, capite nono Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. De multiplicatione humani generis, illud vero mirabile exemplum est, quod inter Diluuium, & ortum Abrahę, qui intercesserint circa trecentos annos, tam numerose propagatum est genus humanum, vt Auctore Etesia narret Diodorus libro tertio Ninum Monarchiæ Assyriorum conditorem habuisse in exercitu peditum decies septies centum millia, equitum

Etesia. Diodor⁹. Admira

tum vero ducentum millia, Currus autem falcatos paulominus decem millibus, & sexcentis: eodemque tempore Zoroastrem Batrianorum Regem cum Nino preliaturum quadringentorum millium hominum comparasse exercitum. Sic Pererius libro decimoquarto de carnium esu, super verba: *Benedixitque Deus Noe, & filijs eius:* Ouidius decimoquinto Metamorph. expressit primæ illius ætatis abstinentiam ab esu carnium sequentibus versibus.

bilis propagatio generis humani.

Ouid.

„ *At vetus illa ætas non polluit ore cruore.*
„ *Tunc & aues tute mouere per aera pennas,*
„ *Et Lepus impauidus medijs errauit in agris,*
„ *Nec sua crudelitas piscem suspenderat hamo,*
„ *Cuncta sine insidijs, nullamque timentia fraudem,*
„ *Plenaque pacis erant.*

Aspectus cælestium astrorum minus fuit humanæ vitæ propitius post Diluuium, quam antea: terra ipsa salsi Oceani aquis per vnum annum tota perfusa multo sterilior facta est: fragilior denique fuit valetudo hominum post Diluuium pluribus morbis obnoxia, quamobrem ad eam sustinendam, & firmandam pluribus adminiculis opus fuit vt esus carnium. Sic sensus Pererij. Theodo. q. 55. in Gen. sic scribit. Propterea quoque animalium quædam haberi voluit munda, alia immunda, vt immunda eo ipso, quod immunda sunt odorare perhorrescerent: munda vero quod ad esum hominis, & ad Sacrificia mactarentur, pro dijs colere erubescerent. sic Theodoretus. Vtrum vero licitus fuerit esus carnium ante Diluuium Liranus, Tostatus, Carthusianus in Commenta. suis super Gen. putarunt ex omnibus herbis, & oleribus terræ, arborumque fructibus cibum Deum assignasse homini. Nec fuisse in vsum ante Diluuium, nec licitum affirmant isti esum carnium. Causa porro cur ante Diluuium non sit concessus homini esus carnium, nulla alia videtur fuisse, nisi propter excellentem bonitatem terræ producentis omnia ex terra nascentia optima, & saluberrima, inde opus non erat hominum esus carnium, sic ex Pererio. Altera opinio fuit Iusti. Mart. contraria sanc opinioni antecedenti; fuisse esum carnium licitum & vsitatum ante Diluuium. Sic respondet Iusti. ad q. proposita.

Theodoretus.

Liranus, Tostatus Carthusianus, putarũt non fuisse licitũ ante Diluuium esum carnium.

Iustinus Martir.

Beatus Paulus Patrum pater,& Religionis Magister ait: quis vitem conserit,quin de fructu eius comedat? quis gregem pascit,quin de lacte eius edat? nimirum nullus. Non igitur Abel gregem pascens,gregis lacte non vescebatur? neque Caim terram colens fructus eius non comedebat? præterea si inutilis erat Caino fructus terræ, qua de causa deterioribus honorabat Deum, melioribus se ipsum ante Deum honorans? quod si ante posuit Abel vtilitati suæ Deum non dubium est, quin solicitus sit vtilitatem ex labore suo percipere. Hæc Iustinus.

Caiet. In eadem sententia fuit etiam Caietanus super quartum caput Genes. At è contra Beatus Thomas sensit vsum carnium

B.Tho. cæpisse post Diluuium, vt videtur in prima secundę quæstione centesimasecunda, articulo sexto, in responsione ad secundum. Esus inquit plantarum aliorumque terræ nascentium fuit apud homines etiam post Diluuium: at esus animalium videtur post Diluuium esse introductus: sic Beatus Thomas. Placuit etiam Pererio sententia Beati Thomæ: quia putauit propter excellentem bonitatem terræ, & propter robustissimum humani corporis temperamentum, & propter fugiendum laborem in parandis cibis illi homines contenti fuissent vti eo cibo, quem Deus illis præceperat, sic ille. *Excepto quod*

Pereri⁹. *carnem cum sanguine non comedatis. Genes. cap. nono, vers. quarto.* Quemadmodum inquit Pererius in mundi exordio Deus dedit potestatem Adamo edendi fructus omnium arborum præter arborem scientiæ boni,& mali, ita post Diluuium concessit Noe esum carnium omnium animalium excepto sanguinis esu, *Quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius:* Super hæc verba Genesis, ait Pererius pœnam duplicem statuisse illis Deus, qui occidunt homines, vnam temporalem, alteram ęternam. Sed quomodo hoc verum sit cum multi homicidæ in hoc sæculo non puniantur, ad hanc quæstionem respondet Pererius, Dominum non locutum esse de

Chrys. ipso facto,& euento, sed de supplicio, quod eis secundum omnes leges paratum est. Chrysostomus homilia vigesimaseptima in Genesim, declarans grauitatem cædis hominis, & causas potissimas ad frænandos homines ne cadant in præcipitium tam miserabile, ait, cogita tamen, quod ille ad imagi-

nem

nem Dei factus est. Verum mihi videtur homines abstinere debere à cæde alterius hominis: vna causa fugiendi temporalem pœnam, quam Deus infligit illis, qui hoc committunt: altera autem causa se liberandi à pœnis æternis ignis inferni. Eugubinus putauit, comedere carnem cum sanguine fuisse figuratam locutionem, prohibitionemque sanguinis effusionis humani, idest hominem occidere. At Beatus Chrysostomus homilia vigesimaseptima in Genesim, interpretatus est comedere carnem cum sanguine, hoc esse comedere animal suffocatum, & prohibitionem illius animalis. Caietanus putauit per hæc verba non esse comedendam carnem viuam animalium habentium sanguinem; cum sit ferinus mos, & non humanus. Sed cur Deus post Diluuium interdixit esum sanguinis? ad hanc quæstionem respondet Chrys. hom. 27. in Gen. dicens, quo scilicet vehementius deterreret hominem ab homicidio quasi Dominus significasset: Si præcipio non concupiscere esum sanguinis animalium, quanto minus sitire humanum sanguinem hominibus præcipiam? Legitur Leuitici, capitulo 17. distinctius prohibitio esus sanguinis, vbi sic scriptum est. *Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meã contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est, & ego dedi illum vobis, vt super altare meũ expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ diaculo sit. Si quis igitur venatione, vel Aucupio ceperit feram, vel auem, quibus vesci licitum est fundat sanguinem eius, & operiat illum terra.* Videtur igitur Deum interdixisse esum sanguinis animalium quia inhumanum, & ferinum est eo cibo vti: & , sicut inquit Chrys. hom. 27. in Gen. sanguinem sibi reseruauit Deus in Sacrificijs ad immolandum: Alia autem ratio fuit ad reuerentiam Diuini numinis: nam quia sanguis est vita animalis, offertur soli Deo, vt significetur ipsum auctorem esse vitæ nostræ: hęc autem ratio sumpta est ex Pererio libro decimoquarto de carnium esu, secunda disputatione. Cur autem tempore Euangelicæ legis interdictus Christianis esus sanguinis? Nonnulli putarunt verba illa Decreti non esse accipienda propriè secundum literalem sensum, sed figuratè secundum Spiri-

Eugub. *Chrys.* *Caiet.* *Leuit.* *Prohibitio manducationis sanguinis.* *Chrys.*

piam dicere astra ex ea parte terræ, quam respiciunt, & in quam agunt tantum extrahere vaporum copiam, vt ea sit sufficiens ad generandum Diluuium. Sed ad hoc respondetur nullo modo probabile esse: quoniam ad tantam aquarum molem generandam non solum vnius partis terræ, verum omnium etiam partium terræ vapores satis non fuissent: sed necesse esset magnam partem aeris in aquam conuerti, sicut accidit in vniuersali Diluuio. Sic ex verbis Pererij sumpsi libro superius citato, duodecima disputat. Vtrum vero apud Ethnicos aliqua fuerit huius Diluuij Noetici notitia; Respondet Beatus Augustinus libro decimooctauo de Ciuitate Dei, capitulo octauo, nihil reperiri vetustius apud Græcos, & Latinos Historicos Ogygis Diluuio: Et Varronem vocat testem. Et Varro quidem ab Ogygis Diluuio exorsus est librum cuius mentionem superius feci; & nihil ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius, quam Ogygis Diluuium. Sic ille. At enim fuisse notum Diluuium Noeticum Ethnicis manifestum est. Iosephus primo libro Antiquitatum memoriam fecit huius Diluuij. Berosus Caldæus quoque: Quin etiam Nicolaus Damascenus libro nonagesimosexto, sic scribit: est super regionem miniarum magnus mons in Armenia nomine Baris, in quo multos profugos Diluuij, & quandam Arcam vectam in montis eius vertice hæsisse, qui fortasse is fuit, de quo etiam legislator Iudæorum Moyses scripsit. Sic Nicolaus. Eusebius libro nono de præparatione Euangelica, capitulo quarto, facit etiam mentionem de Historia Diluuij ex Abiderno Historico. Pomponius Mela, Plinius, Solinus prodiderunt, Ioppen vrbem Iudææ maritimam credi fuisse ante Diluuium, omniumque terræ Vrbium vetustissimam. Ouidius libro Metamorphoseos videtur potius descripsisse Noeticum Diluuium, quam illud Deucalionis: Vnde credibile fit vt ab Historia Moysis potuisset illam descriptionem extrahere. Nunc dicemus de Diluuio Ogygis, quod euenit tempore Ogygis regnantis in Attica regione: & apud Argiuos Inaco, & Phoroneo regnantibus, & sic inundauit vniuersam Regionem Atticam, vt eam reddiderit per ducentos annos incultam, atque inhabitatam. Fuit autem Diluuium

Aug.

Iosephus
Berosus.
Nicolaus Damascenus.
Eusebius
Pomponius Mela.
Plinius.
Solinus.
Ouid.
Diluuiũ Ogygis.

uium hoc viginti, & mille annis ante primam Olympiadem, sic Pererius decimaquarta disputatione de Diluuio Ogygis, & Deucalionis. Orosius scripsit Diluuium Ogygis fuisse ante Romam conditam quadraginta, & mille annis, Orosij verba sic se habent; ante annos Vrbis conditæ mille quadraginta in Achaia sæuum Diluuium vastatione plurima totius ferre prouinciæ fuit, quod, quia Ogygis, qui tunc Eleusinæ conditor, & Rex fuerat temporibus effusum est, nomen loco ac tempore dedit. Sic Orosius. Fuit nempe prima Olympias in anno octaui Regni Achaz Regis Iuda, hoc est ducentis octoginta tribus annis post inceptam Templi Salomonis ædificationem: vt patet ex Cronologia Regum Iuda, quæ describitur libro tertio, & quarto Regum. Fuit item prima Olympias septingentis sexaginta tribus annis post egressum Hebræorum ex Ægypto. Præcessit igitur Diluuium Ogygis egressus Hebræorum ex Ægypto annis ducentis sexaginta tribus: & incidit in annum ætatis Iacob Patriarchæ circiter nonagesimum. Fuit autem post Noeticum Diluuium annis fere quingentis quadraginta. Sic Pererius, qui quidem irridet Ioannem Annianum dicentem Diluuium Noeticum, & Ogygianum vnum, & idem fuisse, similiter fuisse Ogygem eum ipsum, quem antiqui Scriptores appellarunt Noe. De Diluuio Deucalionis, nunc vero dicendum est. Euseb. lib. de præparat. Euang. cap. vlt. ait Cecropem antecessisse quadringentis ferme annis Troianum bellum, & medio illo tempore inter Cecropem, & bellum Troianum contigisse Diluuium Deucalionis. Orosius libro primo, cap. nono, & Iustinus Historicus scribunt accidisse regnante Amphitrione; qui tertius fuit a Cecrope. Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum, Deucalionis Diluuium centum triginta quatuor annis signat post illud Ogygis. Pererius autem sequens sententiam Eusebii in Cronicis, & Orosii in primo libro facit Diluuium Deucalionis posterius Ogygiano ducentis triginta annis, hoc est circa annum ætatis Moysis quinquagesimum. Eodem sæculo, ait Orosius tres magnas calamitates accidisse: Decem plagas Ægypti, Diluuium Deucalionis, Incendium Phætontis.

Orosius.

Quo tempore incidit prima Olympias.

De Diluuio Deucalionis.

Eusebius

Orosius.

Iustinus Historicus.

Clemens Alexandrinus.

DE CESSATIONE DILVVII. ET de spiritu, quem adduxit Dominus ad exsiccandas aquas Diluuij. De requie Arcæ super montes Armeniæ, & de missione Corui extra Arcam, & Columbæ.

Caput Nonum.

Ecordatus autem Deus Noe cunctorumque animantium, & omnium iumentorũ, quæ erant cum eo in Arca, adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. et clausi sunt fontes Abyssi, & Cataractæ Cæli, & prohibitæ sunt pluuiæ de Cælo. Reuersæque sunt aquæ de terra euntes, & redeuntes, & cæperunt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitque Arca mense septimo, vigesimoseptimo die mensis super montes Armeniæ. Capitulo octauo libri Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto. Theodoretus quæstione quinquagesimasecunda in Genesim super verba: *Recordatus est Dominus Noe:* non pristinam obliuionem designat, sed maximam ipsius erga Noe humanitatem denotat, Sic ille. Obliuio enim, nec recordatio cadit in Deum, cui omnia futura, & præterita præsentia ei sunt Ad similitudinem hominum loquitur, qui cum possint adiuuare, non curant, & in periculis deserunt. Sic Pererius. Ambr. libro de Noe, & Arca, cap. decimoseptimo, duas esse ostendit causas diminutionis Diluuii, vnam diminutionem aquarum, alteram autem occlusionem fontium Abyssi, & cataractarum Cœli. His enim causis minuitur Diluuium, ait Ambrosius, quibus creuit. Erupti erant fontes aquarum, apertæ fuerant cataractæ cœli, vt vndique influentibus aquis terra mundaretur: debuerunt claudi ea, ex quibus origo Diluuii manauit, vt eius inciperet esse defectus. Sic ille. Chrysostomus homilia vigesimaquinta in Genesim, quomodo diminui potuerit

Theodoretus. *Amb.* *Chrys.*

rit

rit tanta copia aquarum, ſic ſcribit. Quomodo igitur tantus aquarum impetus ſubito minor factus eſt? quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquam? quid igitur eſt? Dei præceptum eſt, quod facit omnia. Sic Chryſoſtomus. *Reuerſæ ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes.* Super hæc verba, ait Caietan. *Caiet.* capit. octauo in Geneſ. Tantam fuiſse aquarum Diluuii copiam altitudinemque, vt aquę non potuiſſent agere officium fluxus, & refluxus. Putauit Ambroſius libro de Arca Noe, ca- *Amb.* pit. decimoſexto. Spiritum illum, quem adduxit Dominus fuiſse Spiritum Domini. Rupertus interpretatus eſt Spiri- *Rupert⁹* tum hunc ventum calidum, aut ipſum Solem. Sic tradidit ille. Quem Moyſes Spiritum appellat, iuxta literam, aut calidum ventum, aut etiam ipſum Solem, qui hactenus ſub denſis nubibus latuerat, intelligimus. Sic Rupertus. Verum interpretatio ſimplicior huic loco Moyſis apta, & accommodata videtur, vocabulo Spiritus ſignificari ventum, quem Deus miſerit ad ſiccandas aquas Diluuii: Exemplum habemus in Exodo, cap. decimoquarto, vbi ſic ſcriptum eſt. *Cum extendiſſet Moyſes manum ſuam ſuper mare abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrenti tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſa eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim quaſi murus a dextra eorum, & læua.* Verum an naturalis fuit ille ventus, an ſupra naturam dicemus non fuiſse naturalem, ſed per Omnipotentiam Dei ſupra vim, & poteſtatem naturæ factum.

At quando facta ſit occluſio fontium Abyſſi, i. an poſt centũ quinquaginta dies, an vero poſt quadraginta. Oleaſter ait *Oleaſter* id eueniſſe poſt centũ quinquaginta dies, ſicut etiam eruptionem fontium Abyſſi, poſt illud tempus factam eſse putauit. Die autem vigeſima ſeptima menſis octaui illius anni cæperunt diminui aquæ Diluuij: ait Pererius libro de ceſſatione *Pereri⁹.* Diluuii, tertia diſputatione. Qui quidem ait Dominum recordatum eſſe Noe, non priuſquam perijſſent peccatores Diluuio: quod non vacat miſterio. Tunc enim vere Deus memor eſt noſtri nobiſque benefacit cum vetus Adam cum vitiis ſuis in nobis per Diluuium contritionis, & pœnitentiæ, velut ſub merſus interiit. Rupertus libro quarto in Geneſim explanans *Rupert⁹*

locum

locum hunc Moysis per allegoriam, sic scriptum reliquit. Recordatus est Deus pater Christi Filii sui, postquam intrauerunt aquæ vsque ad animam eius, postquam tribulationes mortis pertransierunt animam suam, cum teneretur in sepulchro conclusus, adduxit spiritum super terram, spiritum inquam, idest reducem vitam adduxit super terram ex animi corporis: suscitauit enim illum a mortuis. Sic Rupertus. Montem in quo Arca requieuit, appellauit Berosus apud Iosephum libro primo Antiquitatum, cordycorum. At vero Nicolaus Damascenus nominauit eum Barin. Nonnulli sunt, qui putant per Ararath intellexisse Moysen fluuium Araxem. Est igitur sententia Moysis Arcam resedisse in vertice Tauri Montis, vbi amnis Anaxaris affinis est. Sic Pererius. Caietanus putauit, annos apud Antiquos Græcos, Romanos, & Ægyptos constasse trecentis, & sexaginta diebus, iuxta numerum graduum signorum Zodiaci, vnicuique gradui diem vnum assignando: & sic etiam fuisse annos tempore Moysis, & Noe. At ex aduerso videtur contrarie sensisse Diodorus Siculus libro secundo; qui quidem assignauit anno dies trecentos sexaginta quinque. Quanta pars autem Arcæ demersa fuerit aquis, mihi quidem videtur hanc quæstionem esse nimis curiosam, sed qui de ea tractarunt Liranus, Tostatus, Paulus Burghensis, Carthusianus fuerunt; ideo breuiter dicemus pauca ista verba. Hugo libro primo de Arca Morali, capit. tertio, videtur sensisse ex triginta cubitis altitudinis totius Arcæ nouem fuisse inferiores aquis demersos. Liranus vero ait fuisse sub aquis tresdecim cubitos: quæ quidem opinio refellitur a Pererio, nec autem ille assignat suam. *Cumque transissent quadraginta dies: aperiens fenestram Noe. Dimisit Coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur: donec siccarentur aquæ super terram. Genes. capitulo. octauo, vers. septimo, & octauo.* Cur autem Noe cum oculis suis non vidit vtrum cessasset Diluuium, sed dimisit Coruum ad id agnoscendum, Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim, demonstrat hoc factum esse a Noe timore illius tremendi Diluuii non esse ausum per fenestram aspicere. Tostatus vero refert caussam ad situm fenestræ. Quoniam fenestra erat perexigua, ita vt ca-

Ioseph. *Nicola⁹ Damascenus.* *Caiet.* *Diodorus.* *Hugo.* *Chrys.* *Tostat⁹.*

pat,

put, & corpus per eam efferre non posset: Sic ait Pererius libro superius citato, super verba prædicta, qui quidem ait super verba, *donec siccarentur aquæ*, denotant nunquam fuisse reuersum in Arcam ante finem Diluuii. De Coruo vero, sic inquit Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim: Quare non rediјt Coruus? fortasse cum sit auis immunda incidens in cadauera hominum, & brutorum, illis tanquam inuento congruo sibi cibo insedit: quod ipsum non paruum bonæ spei argumentum fuit Noe. Si enim non hoc fuisset, neque Coruus pastum, & consolationem inuenisset, vtique reuersus esset. Sic ille. *Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in Arcam. Genes. cap. octauo, vers. octauo, nono.* Causa autem, quia Columba reuersa fuit in Arcam indicauit Chrysostomus homilia vigesimasexta in Genesim dicens, licet vertices montium detecti essent, & super aquas extarent, remansisse tamen eos humidos, atque limosos. Quamobrem Columba animal munditiæ amans refugisse vestigia inibi ponere, *expectatis autem vltra septem diebus alijs, rursus dimisit Columbam ex Arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum Oliuæ virentibus folijs in ore suo, vers. decimo, vndecimo.* Pererius libro decimotertio de cessatione Diluuij, disputatione nona inquit. Quod autem Columba rediјt ad vesperam, significat eam toto die extra Arcam fuisse. Rediјt igitur ad Arcam fugiens obscuritatem, & frigus nocturnum Sic ille. Verum quomodo oliua virentibus folijs tamdiu sub aquis conseruari, aut generari potuerit, Beatus Ambrosius libro de Noe, & Arca, cap. decimonono, videtur credidisse Omnipotentia Dei hoc esse factum post Diluuium oleam germinasse. Xenophon Annianus libro de æquiuocis facit quinque inundationes aquarum. Primam generalem totius Orbis sub prisco Ogyge, & eam fuisse nouimestrem. Et idem fuisse Ogygem quem Noe Sacræ literę appellant. Alteram facit inundationem Nili, & menstruam sub Ægyptiis Hercule, & Prometheo: Tertiam sub Ogyge Attico in Acaia bimestrem: Quartam sub Deucalione in Thessalia trimestrem: Quintam Pharaonicam sub Proteo Ægyptio in

Chrys.

Pereri.

Quo tandiu olea virentibus folijs cõseruari potuerit.

Amb.

Annianus.

raptu Elenæ, sic Pererius ex verbis Xenophontis, qui quidem Pererius affirmat librum illum Xenophontis commentitium esse, & ea quæ dixit ille falsa esse, & multis rationibus, & argumentis conatus est demonstrare hoc verum esse. Caietanus arbitratus est Diluuium ex quo tempore cœpit, vsque ad consummationem, & egressionem Noe ex Arca decem menses Lunares, & vigintiquinque dies. At vero Pererius ex aduerso putauit Diluuium durasse vnum annum Solarem, & dies septem superannum integrum Solarem. Hæc autem fuit sententia illius tamdiu Noe mansisse in Arcam.

Caiet.

Opinio Caietani de duratione Diluuij.

DE EGRESSV NOE EX ARCA.

De Sacrificio, quod Noe fecit Deo, & de promissione Dei facta Noe.

Caput Decimum.

Potuit Noe sine mandato Dei exire ex Arca; at iustitiæ eius, & obedientiæ conueniens erat, vt expectaret præceptum illius, qui ei commiserat ingressum in Arcam. *Locutus est autem Deus Noe dicens, Egredere de Arca tu, & vxor tua: filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, & cuncta animantia, quæ sunt apud te, Genes. cap. octauo, ver. decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo.* Ambrosius libro de Noe, & Arca, cap. vigesimoprimo, super verba prænarrata sic locutus est. Recedente aqua, & siccata terra, exire potuit Noe de Arca. Sed iustus nihil sibi arrogat, sed totum se diuino committit Imperio. Et maxime, qui cœlesti fuerat ingressus oraculo, cœleste debuit, vt egrederetur expectare responsum. Sic ille. Ingressus autem ipsius Noe in Arcam, & egressus significant vniuersum humanæ vitæ humanarumque actionum decursum, ait Pererius libro superius citato de egressu Noe ex Arca. Cur vero præcipit Deus in ingressu in Arcam viros separatim, & vxores separatim ingredi; Nunc autem

Amb.

præcipiens

præcipiens de egressu nominat cum sua vxore quemque virum egredere? Ambrosius loco paulo ante citato inquit hoc esse factum, vt significaret ab ingressu in Arcam, vsque ad egressum abstinere debuisse ab vsu coniugij: ab egressu vero statim vacare debere generationi propter humani generis multiplicationem. Sic inquit ille. Et litera quidem significat, in ingressu abstinentiam generationis, in egressu vero generationis vsum. Sic Ambrosius. *Aedificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus, mundis obtulit holocausta super altare; odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Genes. capit. octauo, vers. vigesimo, vigesimoprimo.* Amb.

Tangit Ambrosius libro de Noe, & Arca, cap. vigesimosecundo, hanc quęstionem. Cur Noe, nec iussus, nec monitus a Deo altare ædificauerit, & obtulerit holocausta Domino. Respondit illi quæstioni ab eo propositæ, sic inquiens. Non debuit Dominus quasi auarus mercedē gratiæ postulare: Noe iustus fecit, quod intellexerit iustitiæ debitum. *Odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Genes. cap. octauo, vers. vigesimoprimo.*

Pererius libro decimotertio de Sacrificio Noe post Diluuiū, disputatione decimatertia ait, dicendo Deum odoratum esse illud Sacrificium in odorem suauitatis, tanquam odorem suauissimum: Quemadmodum nos delectamur suauissimis odoribus, sic Deum Sacrificijs piorum hominum oblectari: declarans Sacrificium illud gratum fuisse Deo. Sic ille. Nullus enim est odor sensibilis, diu perseuerans qui non afficiat fastidio: quamobrem nullus odor sensibilis est odor quietis in ipso, ait Caietanus in cap. octauo, Gen. Tertullianus libro secundo aduersus Marcionem inquit animus simplex, & timēs Deum offerens ea, quæ ab eo habuit deputatur apud ipsum gratiam suauis olentiæ, sic sensus Tertulliani. Plato de Sacrificijs, quæ Deo offeruntur, sic scriptum reliquit. Non est talis Dei natura, vt ducatur muneribus quemadmodum improbus fęnerator: etenim graue esset si Deus ad dona, & Sacrificia hominum respiceret potius, quam ad animum. *Neque vltra maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, Gen. cap. octauo, vers. vigesimosecundo.* Delectatus Dominus vehementer

Oblectatur Deus sacrificijs. Caiet. Tertulli. Plato.

Sacrificio Noe, pollicitus est ei, & posteritati eius numquam fore postea propter hominum peccata generale Diluuium. Cur autem verum sit Deum numquam amplius maledicturum terræ, an non item maledicet ei ante diem iudicij, cum omnia tunc incendio consummabuntur? respondet Pererius loco superius citato dicens in Diluuio destruxit Deus omnia propter homines in consummatione autem sæculi, dissoluentur omnia non propter peccata hominum, sed propter renouationem, & commutationem mundi in meliorem statum.

DE ESV CARNIVM HOMINIBVS concesso. De præcepto non comedendi Sanguinem & de pœna homicidij.

Caput Vndecimum.

Enedixitque Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris requiram animam hominis; quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo, capite nono. Genes. vers. primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. De multiplicatione humani generis, illud vero mirabile exemplum est, quod inter Diluuium, & ortum Abrahę, qui intercesserint circa trecentos annos, tam numerose propagatum est genus humanum, vt Auctore Etesia narret Diodorus libro tertio Ninum Monarchiæ Assyriorum conditorem habuisse in exercitu peditum decies septies centum millia, equitum

Etesia. Diodor⁹. Admira

tum vero ducentum millia, Currus autem falcatos paulominus decem millibus, & sexcentis: eodemque tempore Zoroastrem Batrianorum Regem cum Nino prçliaturum quadringentorum millium hominum comparasse exercitum. Sic Pererius libro decimoquarto de carnium esu, super verba: *Benedixitque Deus Noe, & filijs eius:* Quidius decimoquinto Metamorph. expressit primæ illius ætatis abstinentiam ab esu carnium sequentibus versibus.

bilis propagatio generis humani.

Ouid.

,, *At vetus illa ætas non polluit ore cruore.*
,, *Tunc & aues tute mouere per aera pennas,*
,, *Et Lepus impauidus medijs errauit in agris,*
,, *Nec sua crudelitas piscem suspenderat hamo,*
,, *Cuncta sine insidijs, nullamque timentia fraudem,*
,, *Plenaque pacis erant.*

Aspectus cçlestium astrorum minus fuit humanæ vitæ propitius post Diluuium, quam antea: terra ipsa salsi Oceani aquis per vnum annum tota perfusa multo sterilior facta est: fragilior denique fuit valetudo hominum post Diluuium pluribus morbis obnoxia, quamobrem ad eam sustinendam, & firmandam pluribus adminiculis opus fuit vt esus carnium. Sic sensus Pererij. Theodo. q. 55. in Gen. sic scribit. Propterea quoque animalium quædam haberi voluit munda, alia immunda, vt immunda eo ipso, quod immunda sunt odorare perhorrescerent: munda vero quod ad esum hominis, & ad Sacrificia mactarentur, pro dijs colere erubescerent. sic Theodoretus. Vtrum vero licitus fuerit esus carnium ante Diluuium Liranus, Tostatus, Carthusianus in Commenta. suis super Gen. putarunt ex omnibus herbis, & oleribus terræ, arborumque fructibus cibum Deum assignasse homini. Nec fuisse in vsum ante Diluuium, nec licitum affirmant isti esum carnium. Causa porro cur ante Diluuium non sit concessus homini esus carnium, nulla alia videtur fuisse, nisi propter excellentem bonitatem terræ producentis omnia ex terra nascentia optima, & saluberrima, inde opus non erat hominibus esus carnium, sic ex Pererio. Altera opinio fuit Iust. Mart. contraria sane opinioni antecedenti; fuisse esum carnium licitum & vsitatum ante Diluuium. Sic respondet Iustr. ad q. propositã.

Theodoretus.

Liranus, Tostatus Carthusianus, putarũt non fuisse licitũ ante Diluuium esum carnium.

Iustinus Martir.

Beatus

Beatus Paulus Patrum pater,& Religionis Magister ait: quis vitem conserit,quin de fructu eius comedat? quis gregem pascit,quin de lacte eius edat? nimirum nullus. Non igitur Abel gregem pascens,gregis lacte non vescebatur? neque Caim terram colens fructus eius non comedebat? præterea si inutilis erat Caino fructus terræ, qua de causa deterioribus honorabat Deum, melioribus se ipsum ante Deum honorans? quod si ante posuit Abel vtilitati suæ Deum non dubium est, quin solicitus sit vtilitatem ex labore suo percipere. Hæc Iustinus.

Caiet. In eadem sententia fuit etiam Caietanus super quartum caput Genes. Atè contra Beatus Thomas sensit vsum carnium *B.Tho.* cæpisse post Diluuium, vt videtur in prima secundę quæstione centesima secunda, articulo sexto, in responsione ad secundum. Esus inquit plantarum aliorumque terræ nascentium fuit apud homines etiam post Diluuium: at esus animalium videtur post Diluuium esse introductus: sic Beatus Thomas. Placuit etiam Pererio sententia Beati Thomæ: quia putauit propter excellentem bonitatem terræ, & propter robustissimum humani corporis temperamentum, & propter fugiendum laborem in parandis cibis illi homines contenti fuissent vti eo cibo, quem Deus illis præceperat, sic ille. *Excepto quod carnem cum sanguine non comedatis. Genes. cap. nono, vers. quarto.*

Pereri⁹. Quemadmodum inquit Pererius in mundi exordio Deus dedit potestatem Adamo edendi fructus omnium arborum prę ter arborem scientiæ boni,& mali, ita post Diluuium concessit Noe esum carnium omnium animalium excepto sanguinis esu, *Quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius:* Super hæc verba Genesis, ait Pererius pœnam duplicem statuisse illis Deus, qui occidunt homines, vnam temporalem, alteram ęternam. Sed quomodo hoc verum sit cum multi homicidæ in hoc sæculo non puniantur, ad hanc quæstionem respondet Pererius, Dominum non locutum esse de *Chrys.* ipso facto,& euento, sed de supplicio, quod eis secundum omnes leges paratum est. Chrysostomus homilia vigesimaseptima in Genesim, declarans grauitatem cædis hominis, & causas potissimas ad frænandos homines ne cadant in præcipitium tam miserabile, ait, cogita tamen, quod ille ad imagi-

nem

nem Dei factus eſt. Verum mihi videtur homines abſtinere debere a cæde alterius hominis: vna cauſa fugiendi temporalem pœnam, quam Deus infligit illis, qui hoc committunt: altera autem cauſa ſe liberandi a pœnis æternis ignis inferni. Eugubinus putauit, comedere carnem cum ſanguine fuiſſe figuratam locutionem, prohibitionemque ſanguinis effuſionis humani, ideſt hominem occidere. At Beatus Chryſoſtomus homilia vigeſimaſeptima in Geneſim, interpretatus eſt comedere carnem cum ſanguine, hoc eſſe comedere animal ſuffocatum, & prohibitionem illius animalis. Caietanus putauit per hæc verba non eſſe comedendam carnem viuam animalium habentium ſanguinem; cum ſit ferinus mos, & non humanus. Sed cur Deus poſt Diluuium interdixit eſum ſanguinis? ad hanc quæſtionem reſpondet Chryſ. hom. 27. in Gen. dicens, quo ſcilicet vehementius deterreret hominem ab homicidio quaſi Dominus ſignificaſſet: Si præcipio non concupiſcere eſum ſanguinis animalium, quanto minus ſitire humanum ſanguinem hominibus præcipiam? Legitur Leuitici, capitulo 17. diſtinctius prohibitio eſus ſanguinis, vbi ſic ſcriptum eſt. *Homo quilibet de domo Iſrael, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meã contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meũ expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ diaculo ſit. Si quis igitur venatione, vel Aucupio cœperit feram, vel auem, quibus veſci licitum eſt fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra.* Videtur igitur Deum interdixiſſe eſum ſanguinis animalium quia inhumanum, & ferinum eſt eo cibo vti: &, ſicut inquit Chryſ. hom. 27. in Gen. ſanguinem ſibi reſeruauit Deus in Sacrificijs ad immolandum: Alia autem ratio fuit ad reuerentiam Diuini numinis: nam quia ſanguis eſt vita animalis, offertur ſoli Deo, vt ſignificetur ipſum auctorem eſſe vitæ noſtræ: hęc autem ratio ſumpta eſt ex Pererio libro decimoquarto de carnium eſu, ſecunda diſputatione. Cur autem tempore Euangelicæ legis interdictus Chriſtianis eſus ſanguinis? Nonnulli putarunt verba illa Decreti non eſſe accipienda proprie ſecundum literalem ſenſum, ſed figurate ſecundum Spiri-

Eugub.

Chryſ.

Caiet.

Leuit.

Prohibitio manducationis ſanguinis.

Chryſ.

Spiritualem intellectum, vt intelligendum sit vetitum esse homicidium in sanguine: in suffocato violentiam, & rapinā. Sic Pererius ex sensu Beati Thomæ prima secundæ quæstione centesimatertia, articulo quarto, verum hæc opinio parum credibilis est, & reprobatur ab ipso Pererio, & ab alijs auctoribus: illud autem *carnem cum sanguine ne comedetis*, sic interpretatus est Pererius: Nolo vos sanguinem humanum fundere, & hominem interficere, aut cibi, aut vindictæ, aut voluptatis, aut cuiuscumque causæ.

DE ARCV FOEDERIS DOMINI, quod signum fuit non futuri Diluuij.

Caput Duodecimum.

Dixitque Deus Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram: cumque obduxero nubibus cælum, apparebit Arcus meum in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni viuente, quæ carnem vegetant, & non erunt vltra aqua Diluuij ad delendam vniuersam carnem. Genes. cap. nono, vers. decimotertio, decimoquarto, decimoquinto. Verba superius prolata a domino fuerunt ad significandum humano generi quod timorem debuit amittere futuri Diluuij, dicens: *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & terram.* De arcu cœlesti, sic inquit Virg. Æneid. lib. 4.

„ *Mille trahens varios aduerso Sole colores,*
„ *Insigni decorat curuamine cælum.*

Eccles. *De arcu cælesti.* Auctor quoque Ecclesiastici de pulchritudine Arcus cœlestis, sic ait: *Vide Arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo. Girauit cælum in circuitu gloriæ suæ: manus excelsi aperuerunt illum:* Verum potest quispiam dubitare cum Iris sit res naturalis, quomodo esse potest signum non futuri Diluuij. Sed hoc soluitur. Non est Iris naturale signum

non

non futuri Diluuij, nec id significandi per se vim habet, sed tantum ex Dei voluntate, qui ad id significandum præ cæteris Iridem assumpsit.

Sic Pererius loco superius citato super illa verba Genesis, sequitur, *& recordabor fœderis mei vobiscum*, hoc est: quoties in cælo videbitis Iridem recognoscetis promissa mea vobis data. *Perer⁹.*

Verum hoc loco Pererius admonet Lectorem cum in cœlo apparet arcus cœlestis non tantum esse contemplandus more philosophico, vt pulcherrimum naturæ opus, sed præcipue vt signum diuini fœderis de non futuro Diluuio. Cuius recordatio repræsentabit animis nostris Iustitiam, & misericordiam Dei: Iustitiam, quod propter scelera hominum vniuersum mundum perdiderit. Misericordiam vero nobis ostendit, quod misertus hominis statuit nunquam deinceps missurum Diluuium. Sic Pererius super verba prædicta Gen. libro decimoquarto de Fœdere Dei cum hominibus art. septuagesimosexto. *Quid considerandũ in apparitione Iridis*

Chrysostomus homilia vigesimaoctaua in Genesim, appellauit Iridem miraculum ob istam causam, quod cum ante Diluuium non apparuisset post Diluuium apparere cæperit. *Chrys.*

Verum Pererius aduersans huic opinioni, sic ait tertia disputatione loco superius citato. Naturale est Soli ex aquis, & terra vapores extrahere, & in mediam regionem aeris extollere: Naturale est etiam vapores illuc sublatos, & suo frigore in nubes cogi, ac densari: naturale est ex densatis nubibus imbres gigni & in terras dilabi: Denique naturale est in nubibus modice densis, atque humidis, & aduersi Solis fulgore percussis Iridem generari: hunc igitur naturalem, & perpetuum naturæ processum toto eo tempore, quo præcessit Diluuium, non fuisse incredibile est. Deinde si tanto tempore non fuissent imbres omnia profecto in terris nimia siccitate interijssent, sic Pererius. Sed an Iris sit naturale signum non futuri Diluuij.

Beatus Thomas quolibeto tertio, articulo trigesimo, *Thomas*

in hunc sensum loquitur. Ad efficiendum Diluuium necesse est cœlum vsquequaque densissimis nubibus esse obductum, & immensa vaporum copia confectum; tunc nullo modo Iris generari potest, quoniam Iris non fit, nisi nubes sint modicæ, & dispositæ aduersus radios Solis modo conuenienti ad illam apparitionem. At quando factum est Diluuium omnia plena erant nubibus densissimis, ita vt Sol non poterat penetrare in illis, nec Iridem formare. Seneca libro primo Naturalium Quæstionum, capitulo sexto, sic inquit de Iride. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet: Vinci enim non potuerunt vehementissimo Sole, tantum est illis virium. Si circa Occasum refulsit tonabit, & leuiter pluet: Si ab Ortu circave surrexerit, Serena portendit. Sic ille. Scaliger contra Cardanum exercitatione octuagesima ait, matutinam Iridem pluuias, Vespertinam portendere Serenitatem: Aristoteles de Historia animalium, libro quinto, capitulo vigesimosecundo, sic inquit. Terra cum a siccitate continua immaduit imbre, & in quam Arcus Cœlestis deiecerit capita sua, tunc emittit illum suum halitum diuinum ex Sole conceptum, cui comparari suauitas nulla possit. Sic ille. Fuerunt nonnulli qui dixerunt per quadraginta annos ante consumationem mundi non apparituram Iridem. Auctor Historiæ Scolasticæ commemorat eam opinionem. Fundamentum istius opinionis videtur illud fuisse generalis Orbis incendium non posse fieri nisi præcedente summa aeris siccitate, & immensa copia siccarum exalationum. At è contra cum futurum incendium sit opus supernaturale Diuinæ potentiæ vt etiam fuit de Diluuio: igitur præparatio materiæ ad futurum incendium breuissimo tempore facta erit, nec opus erit per quadraginta annos temporis ad generationem materiæ siccæ pro conflagratione mundi. Sic sensus Pererij ex libro decimoquarto de Fœdere Dei cum hominibus, tertia disputatione, Beatus Gregorius homilia octaua in Ezechielem, sic ait, de Arcus Cœlestis mystica interpretatione. In Arcu Cœlesti, color aquæ, & ignis simul ostenditur: partim enim cæruleus est, &

Seneca.

Scaliger Cardanus de Iride.

Arist. de Iride.

Pererius.

Greg. de arcu cælesti interpretatio.

parum

partim rubicundus, vt vtriusque iudicij testis sit, vnius videlicet faciendi; & alterius iam facti, nec amplius faciendi. Sic Gregorius, Ioannes in Apocalypsi scripsit vidisse Thronum Dei circundatum Iride. Iris Dei misericordiam significat, Thronus Ecclesia eius est, Thronus igitur circundatum Iride est Ecclesiam perpetua Dei, misericordia protegi, ac defendi. *Mystica interpretatio Iridis.*

Triplex est misericordia Dei.

Prima, quod non sinit eam tentari supra virtutem, sed facit cum tentatione prouentum.

Secunda omni tempore suscitat in Ecclesia bonos Doctores, & Rectores, Reformatores, & Defensores.

Tertia nunquam sinit in ea deficere sincerum Dei verbum, rectamque Scripturarum intelligentiam, nec legitimum Sacramentorum vsum, nec purum Dei cultum. Iris figura est Christi, & in colore viridi, rubeo, & cæruleo significata est triplex eius substantia, Caro, Anima, Diuinitas, vel triplex eius Dignitas, Regis, Iudicis, & Legislatoris. sic sensus Pererij loco superius citato.

DE INEBRIATIONE NOE, & de maledictione data Cham, & de benedictione Sem.

Caput Decimumtertium.

Rant igitur filij Noe, qui egressi sunt ex Arca, Sem, Cham, & Iapheth. Porro Cham est pater Chanaan. Tres isti sunt filij Noe: & ab his disseminatum est omne genus humanum super terram. Genes. capitulo nono, vers. decimooctauo, & decimonono.

Berosus. Berosus Annianus arbitratus est libro secundo: Eo plures filios habuisse Noe, eosque fuisse Gigantes, quos ex nomine matris, quæ Titea dicebatur Titanas appellauit: assignat ei post Diluuium triginta filios: at vero vt falsa hæc opinio a Pererio reprobata est, dicente si filios habuisset Noe nempe Moyses non tacuisset. Qui quidem inquit super dubitationem cur Noe per tercentum quinquaginta annos, quibus Diluuio superstes fuit nullum genuerit filium, respondit ille, ætas, in qua erat Noe tempore Diluuij, quæ fuit sexcentorum annorum, erat iam effecta impotens generandi tantis ærumnis, & calamitatibus contrita. Nam illi trecenti quinquaginta anni fuere senectutis. Sic vis verborum illius.

Chrys. Chrysostomus homilia vigesimaoctaua in Genesim, arbitratus est Chanaan genitum fuisse in Arca durante Diluuio, & ideo nominari eum a Moyse, vt demonstretur nimia libidinis intemperantia Cham, qui in tanta Orbis totius Clade Veneri se sociauerit. Verum non fuisse intra Arcam genitum Chanaan significauit Chrysostomus, sed quia tam homines, quam animalia dum in Arca fuerunt non dedisse operam generationi, communis est Christianorum, & Hebræorum sententia, credibile est ita factum fuisse, sicut omnes

omnes crediderunt: Quoniam rationi humanæ sic conueniens fuit, vt in maxima calamitate, & angustia Diluuij nullum animal rationale vacaret generationi. Initium peccati Chananæorum, ait Pererius, fuit irrisio, & contumelia aduersus patrem Noe, posteritas Cham per filium eius Chanaan propagata Dei maledictione percussa, & pœna seruitutis punita est. Chrysost. considerans verba Moysis de tribus filijs Noe, & de propagatione illorum trium filiorum valde admiratus est prouidentiam Dei, de qua sic locutus est. Et sicut per tres filios Noe genus humanum multiplicauit Deus, ita per vndecim Piscatores illiteratos, atque idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi Orbem conciliauit, atque subiugauit. Sic ille. *Cæpit Noe vir Agricola exercere terram, & plantauit vineam, vers. vigesimo, Genes. cap. nono*. Hoc intelligere oportet Noe fuisse primum omnium post Diluuium, qui cæpit exercere terram, & agricolturam agere, vel fortasse Noe fuit Auctor Agricolturæ inuenta ratione exercendi per animalia, idest vomere arandi: Nam ante suis manibus terram fodebant, & colebant homines. *Et plantauit vineam*, dubium non est, quia ante Diluuium fuerint vites. Sed tunc non erant in vsu hominum, nisi fortasse ad vsum manducandi, ad vsum vero Vini minime: Vini autem ex vuis exprimendi, ad potum accommodandi inuentor fuit ipse Noe. Cur autem Noe cupidus fuit bibendi vini, cuius potus tamdiu latuerat? Respondet Chrysostomus fuisse notum ipsi Noe virtutem Vini, & quantam vim haberet se mouendi merorem, sanandi morbos, vigorem, & alacritatem addendi: Sed cur ipse Noe non prius quæsiuit Tritici fructum, quam Vini, respondet Pererius libro decimoquarto de Ebrietate Noe, Tritici vsum etiam ante Diluuium fuisse notissimum hominibus, non item Vini. Berosus Annianus quamuis nulla fide dignus existimetur, attamen quia scripsit in conformitatem Scripturæ sensum sermonis illius commemorabo. Sic igitur ait lib. tertio, Noe priusquam discederet ex Armenia docuit illos simplicem Agricolturam, primusque omnium inuen t vites, atque plantauit, & vinum conficere docuit. Quamobrem ab Antiquis

Chrys.

Berosus.

quis fuerunt appellatum Ianum, ideſt viniferum, quod vocabulum originem duxit ex voce Hebræa Iaym, quæ ſignificat vinum. Sic Beroſus. Sequitur. *Bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus iacuit in tabernaculo ſuo. Geneſ. cap. nono, verſ. vigeſimoprimo.* Pererius ait loco ſuperius citato hoc eſſe narratum, & expreſſum a Moyſe, vt ex hoc appareat quanta ſit ſimplicitas Sacræ Hiſtoriæ, nihil diſſimulantis, ſed omnia mala æque & bona integre narrantis. Deinde in exemplum eorum, qui hæc lecturi erant, vt doceret quantum in potatione vini, vel per intemperantiam, vel per imprudentiam, periculum, & damnum ſit ebrietatis. Vnde Salomon in Prouerbijs vigeſimo, ait, *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.* Sed primum propoſitum Moyſis fuit indicare primam originem damnationis gentis Chananæorum. Verum quomodo Noe vir Sanctiſſimus inebrietatem, tam turpem lapſus fuit? Dicendum eſt, quod propter ignorantiam vini potentiæ, nunquam antea expertus vim illius deceptus eſt. Ignarus etiam debitæ menſuræ largius bibit: ingraueſcente quoque ætate ſexcentorum annorum facilis ei fuit ruere in crimen illud. Sic ſenſus Pererij ſuper verba prædicta Geneſim. Narrat Athenæus morem fuiſſe apud veteres, iuxta Bacchum aram Nymphis extruere, quo ſignificabatur bibituros vinum, admiſcendæ aquæ memores eſſe debere. Plinius libro vigeſimoquarto, capitulo vigeſimoſecundo, de malo Ebrietatis loquens, ſic inquit. Hinc palor, & genæ pedulæ, oculorum vlcera, tremulæ manus, labanteſque pedes, (quæ ſit pœna præſens) furiales ſomni, & inquies nocturna. Sic ille. De Ebrietate Noe exaggerans Pererius indignitatem caſus illius, ſic inquit libro decimoquarto de Ebrietate Noe. O turpe, ò miſerandum ſimul, & auuerſandum ſpectaculum. Ergo Noe ſexcentorum annorum æuo, ſumme ne reuerendus, ac venerabilis, alterque humani generis parens, nec ſobrietatis tantum, ac temperantiæ vir conſummatiſſimæ virtutis, & Sanctimoniæ præconio laudatus a Moyſe proſtratus humi iacet fediſſima corporis nuditate, ſimiliſque amenti: nec ab alienis, ſed a proprio filio irriſus, atque illuſus contumelioſeque

Prou. 20. *Athenæus.* *Plinius de ebrietate.* *Exageratio ad irriſus ebrietatem Noe.*

que

quę tractatus; Sic ille. Sequitur. *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras, ver. vigesimosecundo, Genes. cap. nono.* Statim post ortum Mundi genus humanum diuisum est in duobus illis fratribus Caim, & Abel: Altera bonorum facta est societas, vt immitantium Abel: Altera improborum quorum magister fuit Caim, vnde origines traxerunt duæ Ciuitates, altera Dei, altera Diaboli: ita statim post Diluuium eadem separatio, & diuisio hominum facta est in duobus filijs Noe Cham, & Sem. Sic Pererius Cassianus collat. octaua, capitulo vigesimoprimo, ait, Magicarum superstitionum, & præstigiarum primos auctores, & magistros fuisse malos Angelos olim cum mulieribus mixtos: earum artium vero studiosissimum fuisse Cham filium Noe, qui eas artes ne Diluuio perirent diuersorum metallorum laminibus, & durissimis lapidibus sculptas conseruauit, & post Diluuium eas docuit posteros suos, & per Orbem disseminauit. *Et nunciauit duobus fratribus suis foras:* Cur ergo Cham, & improbi lapsum bonorum valde lætentur? Ambrosius libro de Noe, & Arca, capitulo trigesimo, inquit, omnis improbus solatio accepit, quod consortes inuenerit culpæ, & improbo lætantur affectu, tanquam delicta ipsæ sua correpserit. Nec mihi videtur inconueniens ponere ea, quæ scripta reliquit Basilius in oratione de Inuidia, quoniam cum sit, quod non loquimur de crimine illo, attamen de improbitate Cham, & generatione illius sermonem habemus. Sic autem inquit. Quemadmodum Vultures ad male olentia feruntur, amæna vero prata, & suaue olentia loca præteruolant: & Muscæ quod sanum, & integrum est prætereunt ad morbida, & vulcerosa se conferunt, sic inuidiosi ad ea, quæ clara sunt, & gloriose gesta non respiciunt, at ea, quæ vilia attendunt. Sic Basilius. Sequitur. *At vero Sem, & Iapheth palium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auuersæ erant, & patris virilia non viderunt. Genes. vers. vigesimotertio, cap. nono.* Beatus Ambrosius libro de Noe, & Arca, cap. trigesimoprimo, laudat vehemẽter pietatem, & reuerentiam filiorũ Noe.

Cassian.

Cur improbi lapsu bonorum lętentur.

Amb.

Basilius de Inuidia.

Amb.

Verum

Verum de honorandis parentibus præclara documenta nobis prodita sunt in libro Ecclesiast. Sic autem scriptum est eo in loco. *Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur, & vita viuet longiore. Qui timet Deum honorat parentes, & quasi Dominus seruiet his qui se genuerunt. In omni opere, & sermone, & omni potentia, honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a Deo: & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domus filiorum, maledictio autem eradit fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria, sed confusio; gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sine honore. Filij suscipe senectam patris, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu veniam da, & ne spernes eum in virtute tua.*

Ecclesf. Quod honorandi sunt parentes.

Exemplum filiorum Noe comprobauit ea, quæ scripta sunt in Ecclesiastico. *Euigilans autem Noe ex vino cum didicisset, quæ fecerat ei filius suus iunior ait, Maledictus inter Chanaan.* Euigilatio Noe ex vino nihil aliud est, quam somno solutum ad integrum rationis, & sensuum verum rediisse. At vero quomodo Noe cognouit, quæ circa se facta fuerunt dum maneret somno, & in ebrietate inuolutus. Sententia plurium fuit facinus Cham notum fuisse Noe relata Sem, & Iaphet.

Aug.

Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo secundo, ait Cham significare Calidum, & fuisse figuram Hæreticorum.

Berosus.

Berosus Annianus de malitia Cham sermonem habens: inquit eum fuisse eiectum a Noe patre illius, & pro viro infami habitum, & nuncupatum, eo quod docebat congrediendum esse cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, & brutis.

Amb.

Beatus Ambrosius libro de Noe, & Arca, capitulo trigesimosecundo, sicut retulit Pererius, inquit, hoc esse factum, scilicet maledictionem datam Chanaan, vt significaret Deus propter scelus Cham etiam filium Chanaan, & in posteros eius Chananæos turpissimæ seruitutis pœna punitum iri. Vidisse quoque Noe Spiritu prophetico posteros Cham ex filio eius Chanaan gentem Chananæorū fore sceleratissimam,

mam, atque impijssimam. Cur autem Deus punit patrum peccata in filijs, vsque ad tertiam, & quartam generationem?

Respondit Pererius libro decimoquarto de Maledictione, & benedictione filiorum Noe, quarta disputatione, dicens: quia filij procliuiores sunt ad peccandum, tum propter consuetudinem peccandi, tum propter exemplum, vnde sequuntur auctoritatem parentum: & quia vsque ad id tempus possunt patres viuere, & sic posteri peccata maiorum ad immitandum, & maiores posterorum suorum pœnas addolendum. *Pereri⁹.*

Deus enim cum sit Auctor Supremus, Dominus hominum vitæ, ac mortis omnium hominum potest suo iure citra cuiusque iniuriam cuicunque libuerit, vel dare, vel auferre: potest etiam filios innocentes propter scelera parentum affligere. Plectit autem filios pro patribus, quo tali genere vindictæ vehementius, vt homines a maleficijs absterreantur, sic vis verborum Pererij. *Deus auctor vitæ & mortis.*

Beatus Gregorius libro vigesimosexto Moralium, super illa verba Iob, capitulo trigesimoquinto, quæ faciunt ad rem nostram, sic inquit. Quid est quod Cham peccante, Chanaan eius filius sententiam vltionis accepit; nisi quod reproborum nequitiæ, hic quidem inultæ proficiunt, sed in posterum feriuntur. Sic ille. *Seruus seruorum erit fratribus suis.* Hoc significat infirmum, ac vilissimum genus seruitutis: & sicut pro peccato Adami mors in mundum introducta est: ita peccato Cham seruitus in genus humanum inuecta est. Sic Pererius, qui quidem sumpsit hoc ex Beato Chrysostomo homilia vigesimanona in Genesim, sic loquente. Ecce fratrem eodem natum patre, eodemque egressum vtero peccatum fecit seruum, & ablata libertate iugum illi vilissimæ subiectionis imposuit, vnde postea seruitus sumpsit originem. Sic Chrysostomus. Sequitur. *Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem: Sit Chanaan seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem: Sitque Chanaan seruus eius, Gen. cap. nono, vers. vigesimosexto, & vigesimoseptimo.* *Greg.* *Chrys.*

Sicut Maledictio Cham præfigurauit mala ventura ingratis & impijs filijs, ita benedictio Sem, & Iapheth amplissimam gratorum, & piorum filiorum mercedem. In libro Ecclesiast. capitulo tertio, nouem bona promiſſa ſunt bonis filijs.

Eccleſ.

Bona promiſſa filijs obſequentibus patrem.

Primum bonum eſt abundantia diuitiarum corporalium, & Spiritualium.

Secundum, fortunatum fore in filijs.

Tertium in tempore ſupplicationis exaudietur a Deo.

Quartum, longitudo vitæ.

Quintum, ſtabilitas familiæ.

Sextum gloria.

Septimum liberatio in tempore tribulationis.

Octauum peccatorum diſſolutio.

Nonum eſt perpetua Dei erga bonos filios beneuolentia, & protectio vſque in finem. Sic ſenſus verborum Pererij ſuper verba prædicta Geneſ. Quiquidem ait Iapheth interpretari latitudinem, eo quod progenies illius mirum in modum dilatata eſt, ita vt etiam in tabernaculis Sem habitauerit.

Hieron. Beatus Hieronymus inquit. De Sem Hebræi, de Iapheth populus gentium naſcitur.

Rupert. Rupertus libro quarto Commentariorum in Geneſim, capitulo trigeſimonono, ſic inquit: De Iapheth nati ſunt Græci, & Latini: namque filij eius ſeptem numerantur a Moyſe.

Primus Gomer, a quo Galatæ fuerunt Oriundi.

Secundus Magog, ex quo Scytæ.

Tertius Madia, vnde Medij.

Quartus Iauan a quo Iones.

Quintus Thubal, vnde Italorum, & Hyſpanorum Origo.

Sextus Meſech, & hinc Cappadoces.

Septimus Tiras a quo Traces.

In his porro, atque in cunctis Gentibus Græca, & Latina lingua principatum obtinuerunt: illa propter Sapientiam, & eloquentiam Græcorum: hæc propter potentiam Romano-

Romanorum. Expositio Allegorica prætermittenda non est, cum sit quod patres copiose eam declarauerint. Noe figuram fuisse imaginem Christi Domini Nostri, similitudine autem Vineæ, quam Noe plantauit, Significari veterem illam Synagogam, vnde Dauid, ait: *Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* Quæ quidem ait, vinea in principio egregia, & decora fuit, postea submersa in amaritudine vitis. *Expositio Allegorica, super Noe, & vineam eius.*

Hæc tandem a quo plantata fuerat, eum amaro mortis poculo potauit, & inebriauit, ita vt dormiret somno mortis nudatus,& suorum irrisioni expositus.

Nuditas Noe, & verenda eius significant infirmitates Christi demonstratas in Cruce, & morte eius, quas impii vident,& contemnunt.

Cham interpretatus est Calidus semper feruens ad rixas impatiens,atque contentiosus,qui patris nuditatem irridet.

Tales sunt Hæretici, qui propter humilitatem, & infirmitatem Christi negant eum esse verum Deum: sed velint nolint serui sunt seruorum Dei, illorum enim augendæ, & consummandæ gloriæ seruiunt. *De hæreticis.*

At è contra Sem, & Iapheth, idest electi infirmitates Christi summa pietate venerantur, vt quas ille nulla necessitate, sed summa voluntate, atque charitate nostræ salutis causa susceperat.

Sem significat nominatum, & incultum: Iapheth autem latitudinem, sic Pererius libro decimoquarto de ætate Noe. Post obitum Adami natus est Noe centum viginti sex annis, qui quidem vixit post Diluuium trecentos quinquaginta annos, & peruenit ad quinquagesimum octauum annum Abrahæ.

Ante Diluuium post Adamum fuit Seth, Enoch, Mathusalem: post Diluuium vsque ad legem latam Noe, Abraham, cæterique Patriarchæ, vsque ad Moysen, Melchisedech, & Iob.

Post Moysen, Iosue, & Phinees: & de Iudicibus Othoniel, Gedeon, Iepte, Sanson, Samuel. Tempore Regni

Daiud, Assa, Iosaphat, Ezechias, & Iosias. Atque hoc ipso tempore fuere Ioda, Eliachin, Elias, Elisæus. Tempore Captiuitatis Babyloniæ Hieremias, Ezechiel, Daniel. Post Captiuitatem Babylonicam Iesu Pontifex, Aggæus, Zaccarias, Esdra, & Nehemias Prophetæ, Septuaginta Interpretes Sacrarum Litterarum principes Machabæi. Sic Pererius loco superius citato.

Chrys. Chrysostomus homilia vigesimanona in Genesim, fidem facit Noe non habuisse alios filios præter Sem, Cham, & Iapheth admirans continentiam illius, qui tanto annorum numero post egressum ex Arca, voluit tamen operam dare liberis.

Methodius Martir. At Metodius Martir, vt ait Historia Scolastica, tradidit Noe habuisse filium nuncupatum Ionithum, qui inuenit Astrologiam, & prædixit multa de quatuor Monarchiarum Ortu, successione, & Occasu. Verum ista opinio à Pererio refellitur vt falsa, & erronea.

Berosus de gestis Noe. Berosus Annianus ait finito Diluuio cum Arca in Gordico Monte consedisset, descendisse Noe in loca plana, & multiplicata progenie perpetuo geminos edebant, marem, & fœminam: primum docuit Agricolturam, artemque colendi vites, & conficiendi vinum: tum Sacros ritus, & ceremonias colendi Deum. Docuit præterea cursus Astrorum, multaque in posterum ventura prædicebat, quamobrem quasi Deum illum venerabantur, Cœlum, & Solem cognominabant, & quibusdam interpositis ait. Quamobrem tantum apud eam gentem honorem meruit, vt eum Chaos, Semen Mundi, patrem Deorum maiorum, & minorum, animamque mundi appellarent: ipsumque signarent in scriptis cursu Solis, motu Lunæ, & Sceptro Domini. Denique in illis mortalitatem exuit. Sic Berosus. Sed cur post Noe, Sem, & Iapheth, vsque ad Abraham nullus laudatæ virtutis vir memoretur a Moyse?

Aug. Ad hanc quæstionem sic respondet Beatus Augustinus libro decimosexto De Ciuitate Dei, capitulo secundo. Benedictis duobus filiis Noe, atque vno in medio eorum maledicto,

ledicto, deinceps vsque ad Abraham de iustorum aliquorum, qui pie Deum colerent, commemoratione silitum est per annos amplius, quam mille. Nec eos defuisse crediderim, sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret; & hæc esset magis historica diligentia, quam prophetica prouidentia. Sic ipse Augustinus.

DE MVLTIPLICATIONE humani generis post Diluuium ex tribus filijs Noe, & de origine nationum, & Regnorum Terræ.

Caput Decimumquartum.

AE sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natique sunt ei filij post Diluuium. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai; & Iauan, & Mosoch, & Thiras. Porro filij Gomer Ascenez, & Riphat, & Thogorma. Genes. capit. decimo, vers. primo, secundo, tertio, quarto.

Pererius libro decimoquinto de multiplicatione humani generis post Diluuium in eius Præfatione inquit, omnes posteri filiorum Noe, qui commemorantur a Moyse duorum, & septuaginta numerum non excedunt, voluit igitur Deus has gentes nominatim commemorari, vt liquido appareat efficacitas illius Benedictionis, dicentis. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Sic vis locutionis illius. *Pereri⁹.* *Posteri filiorum Noe 72.*

Ioseph. libro primo Antiquitatum, scribit post diuisionem linguarum dispersos fuisse homines, & quo quemque sors, & Deus tulit eam terram cum suis occupauit: nec defuere qui conscensis nauibus ad Insulas habitandas traiicerent. Sic ex Iosepho. *Ioseph.*

Epiphanius

Diuisio terræ secundum Epiphanium. Epiphanius in Ancorato scribit Noe ductis sortibus, cuique suorum assignasse eam terræ partem, quæ sorte ei obtigerit: & Sem quidem Sedes magna ex parte obtigisse in Asia: Cham in Ægypto, & Aphrica, Iapheto in Europa.

Berosus. Philo. De nauigatione Noe. Berosus Annianus in Commentarijs suis, (vt ait Philo,) vult Noe, quem alij Ianum appellarunt, vna cum tribus filijs suis ratibus circumlustrasse, & circumdasse omne Mare Mediterraneum Atanai per Bosphorum, vsque ad Nylum: & a Nylo, vsque ad Oceanum Gadditanum. Denique omnes litus Europæ, a Gaddibus vsque Tanaim, & in Itinere hoc consumpsisse Decennium.

Verum hæc opinio, quia a Scriptoribus non est firmata, vt res parui prætij contemnenda, & reijcienda est. Posteri omnes Iapheth, qui hic superius memorati sunt a Moyse, tam filij, quam nepotes, sunt isti Gomer, Magog, Madai, Iauan, Tubal, Mosoch, Thiras, hi sunt filij Iapheth. Ascenez, Riphet, Thogorma filij Gomer. Elisa, Tharsis, Cethim, Dodanim, filij sunt Iauan. Nonnulli arbitrati sunt Iaphetum, de quo hic sermonem habemus, fuisse vnum de Titanibus cum Ioue Belligerantibus patrem Promethæi Auum Deucalionis, Cœloque terra natum, sed hoc esse falsum, ostendit Pererius libro superius citato, vbi tractat de filijs Iapheth.

Ioseph. Putauit Iosephus ex Gomer originem traxisse Galasus De Gallogræcis, aut Galatis, sic scripsit Iustinus libro trigesimoquinto.

Iustinus Historicus. De Galatis. Tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter, neque maiestatem suam Reges tutam, neque amissam recuperare sine Gallica virtute se posse arbitrarentur. Sic Iustinus.

Communis opinio est, vt posteri Magog fuissent Scytę. Ex Scytis autem Origo est Tartarum, aut Turcarum.

Madai filius Iapheti, a quo dicitur ortos esse Medos populos in Asia Maiori celebres.

Quartus Iapheti Thubal, a quo ortos esse Hiberos putauit Iosephus, idest Hispanos, Hebræi vero Italos.

Sextus

Sextus filius nuncupatur Mosoch, ex quo multi putarunt ortos esse Moscouitas, propter similitudinem nominis. Verum Græci putarunt ex Mosoch deriuatos esse Cappadoces.

Septimus vero fuit, & vltimus filius Iapheti Thiras, ex quo ortum, & originem duxerunt fere omnes Thraces.

Isidorus libro nono Ethymologiarum, Thraces inquit ex filio Iapheth, qui Thiras nominatus est, & cognominati sunt. Sic ille. *Isidor.*

Filij autem Gomer fuerunt Ascenez, & Riphat, & Thogorma; sed an posteri Ascenez fuerint Regni vel Gotthi, vel Germani, credendum est potius fuisse eos de populis Asiaticis ad Imperium Medorum pertinentibus.

Iosephus putauit, vt ex filio Gomer nuncupato Riphat orti fuissent Paflagones, Qui quidem Iosephus arbitratus est ex Thogorma deriuasse Phryges, Iudæos, Turcas. Targum Hierosolymitanum per Thogorma posuit Barbarum. Sic ex sensu Pererii libro decimoquinto de multiplicatione generis humani post Diluuium, super verba prædicta Genesis. *Ioseph.*

Multi putarunt, ab Elisa Iauani filio ortos esse Græcos, qui nuncupati sunt Ætoles; verum arbitratus est Pererius ab Elia nomen, & originem traxisse populos incolentes Insulas fortunatas extra fretum Graditanum: & nomen dedisse, & locum Fabulis Poetarum ibi locantium Beatorum Sedes, quare illi Campos Elysios nominarunt. Tarsis alter filius Iauani, ab hoc creditur ortos esse Cilices argumento ex Ciuitate Tarsis posita in illa Regione, vbi natus fuit Beatus Paulus. Tertius Iauani filius Cethini, a quo ortæ fuerunt gentes Regni Cypri. Quartus filius Iauani nominatur Dodanim, ex quo ortæ fuerunt gentes Rhodiorum: vnde nonnulli putarunt legendum esse non Dodonim, sed Rodanim.

Ab his diuisæ sunt Insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguas suas, & familias suas in nationibus suis Gen. vers. sexto, cap. decimo.

Vnde

GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER QVARTVS.

DE ORIGINE NATIONVM, & Regnorum terræ. De Antiquitate Aegyptiorum. Caput Primum.

Ilij autem Cham, Chus, Mesraim, & Chanaan, ver. sexto, Genes. capitu. decimo. Filios & posteros Cham inquit Iosephus Syriam obtinuisse. Filii Cham fuere Chus ex quo Sabba, Heuila, Sabatha, Regma Sabatacha, Nemrod: ex Regma Sabba, & Dadam. Ex Mesraim filio Cham Ludim, Ananim, & Laabim, Nephtuim, Phetrusim, & Cassuim, Philistim, & Caphturim. Ex Chanaan filio Cham

nati sunt ei Sidon, Hethęus, Iebusęus, Amorrhęus, Gergesęus, Heuęus, Aracæus, Synæus, Aradius, Samaręus, Hamathæus. Deindè vt melius appareant, quæ à nobis dicta sunt de filiis Cham posuimus descriptionem filiorum Cham à Pererio pariter posita in descriptionem filiorum Cham.

Cham filij—
- Chus—
  - Sabba
  - Heuila
  - Sabatha
  - Regma ——— Sabba, Dadam
  - Sabatacha
  - Nemrod
- Mesraim—
  - Ludim
  - Laabim
  - Phetrusim
  - Philistim
  - Ananim
  - Nephtuim
  - Casaluim, &
  - Caphturim
- Chanaan—
  - Sidon
  - Hethæus
  - Iebusæus
  - Amorrhęus
  - Gergesęus
  - Neuęus
  - Aracęus
  - Sinęus
  - Aradius
  - Samaręus
  - Namathęus.

Delphut filio Cham, dicitur à Ioseph. L. 9. Antiquitatum, quod Libiæ dedit Colonis.

Secundum cõmunem opinionem, Chus fuit primus filius Cham, & ab ipso Chus deriuasse aiunt originem Aetyopum. At ex aduerso putauit Mathæus Beroald⁹ in sua Cronologia pro vocabulo Chus non significari Aetyopiam, sed Arabiã propinquam Aegypto: vndè multis rationibus probatur vocabulo Chus non posse intelligi Aetyopiam propter longissimam eius à Palestina distantiam, sed intelligi debere Arabiã quæ confinis erat Aegyptiis nec longinqua Palestinis. Mesraim

Beroaldus.

raim filius Cham originem & nomen dedit Aegypto, quia posteri eius primi eam regionem incoluerunt, & Aegyptiorum parentes fuerunt: & ab Aegypto Danai patre, & filio Beli Aegyptij nominata est Aegyptus, cui defuncto successit ille in regnum, eiecto Danao, qui concessit agros in Peloponesso, ex quo Argiui nominati sunt, postea Danai. Et hoc contigisse ait B. August. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 11. eo tēpore, quo apud hebræos imperiū tenuit Iosue. i. plus octingēti annis post Diluuium. Sic ex Pererio libro de multiplicatione humani generis post diluuium prima disputatione, qui quidem in sequenti disputatione inquit. Si Mesraim primus Aegypti habitator fuit, primusq; Aegyptiorum parens ex eo apparet quanta sit Aegyptiorum vetustas: namque à Diluuio post quod non paucis annis Mesraim terrā Aegypti coluit ad hanc vsque diem nondū quatuor annorum millia exacta sunt. Ergo de innumerabilibus annis suorum Regum suarum rerum, & gentis iactant Aegyptij apud Herodotum, Platonē, Diodorum, & Melam, vt aniles nugæ, ac poetarum fabulę rideantur, & contemnantur. Sic ille. Verum audiamus quid dicat Pomponius Mela de Aegyptiorum vanitate. Sic scribens, vetustissimi (vt prædicant) hominum trecentos, & triginta Reges ante Amasim, & supra tresdecim millium annorum ætates certis annalibus referunt: mandatumq; literis seruant dum Aegyptij sunt, quatuor cursus suos vertisse Sydera, ac solem iam occidisse bis vndè nunc oritur. Sic Mela. illa maxima vanitas fuit Arcadum, qui se iactabant genitos esse ante Lunam. Sic inquit Ouidius libro primo. Fastorum sic scribens.

August.

Pererius

Pomponius Mela.

» *Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur*
» *Arcades, & Luna gens illa prior fuit.*

Herodotus libro 2. ait Psameticum Regem Aegypti causa explorandi; quæ lingua omnium antiquissima fuisse prima, educandos dedisse duos infantes cuidam pastori pro: cul ab hominum societate, vt non audirēt humanam vocem putantem eam, quam illi primo instinctu naturæ vocem ederent, eam primogeneam, & quasi naturalem esse morta-

Herodotus Inquisitio ad explorādum, quę lingua o-

omniū antiquissima fuit. lium linguam. Pueros ferunt triennio in solitudine educatos, cum iam fare cępissent; ad pastorem porrectis manibus acclamasse Beccus Beccus: pastorem id retulisse ad Regem: qui cum ignotam eam vocem reperisset, de eius significatione per totam Asiam queri iussit. Tandem compertum est apud Phrigias Beccus vocari panem. Quamobrem Aegyptij vetustatis principatum Phrigibus concesserunt. Sic Pererius ex Herodoto. *Filij autem Chus: Sabba, & Heuila, & Sabbata, & Regma, & Sabathacha;* à Sabba ex quo Sabęi, vnde Plinius libr. 6. cap. 28. ait Arabum populi propter terram clarissimi ad vtraque maria porrectis gentibus habitant, & dicuntur habitare ad vtraquę maria, scilicet ad Mare Porsicū, & Arabicum. *Regio Sabęorum.* Hæc Regio Sabęorum, quæ nuncupatur Arabia dicta est ab antiquis scriptoribus fælix propter res prætiosas, & odoriferas ibi nascentes. *Strabo.* Strabo libr. 16. Sic de Sabęis scribit. Hic proxima est Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos Thus, & Myrrha ac Cynamomum nascitur: in ora etiam Balsamum, & alia quędam herba valde odorata: habent præterea palmas odoratas, & calamum, & paulo inferius inquit ipse Strabo: suppellectilem ex Auro, & argento multam habent, vt vasa, lectos, tripodas, crateras cum operculis, domorum portas, & parietes, & tecta Ebore Auro, & argento lapidibusq; incastratis: supra Syriam autem Nabathęi, atque Labęi felicem Arabiam incolunt. Sic Strabo, vnde videtur ditissimam gentem fuisse Sabęos, & incoluisse Arabiam felicem. Ab Heuila filio Chus orti sunt Getuli, vt vult Iosephus lib. 1. Antiquitatum. At Pererius putauit Heuilos habitasse versus sinum Persicum, nec procul Ismaelitis, atque Amalechitis longinquos. Tertius filius appellatur Sabatha, de quo affirmare, vbi nam sedem habuerit, hoc sane est incertę scientiæ, sed quia Ptholomeus in Arabia felici nominat Sabatha quandam Metropolim, ex eo possumus conijcere Sabathęos populos fuisse Arabiæ felicis habitantes. Ex Regma, quarto filio Chus, creditur vicinos & socios fuisse Hebręorum, *filij Regma: Sabba & Dadam*. A Sabba Sabęi deriuati sunt, seu Sabathęi, & eam partem

felicis

felicis Arabiæ incoluisse, quæ magis ad sinum Persicum vergit, & isti fuerunt propter Thura, quorum abundantissima est eorum regio apud omnes gentes famosi. Nec dubitandum est, Reginam gentis Sabeæ fuisse illam, quæ venit ad Salomonem magna pompa, quæ quidem appellata fuit. Regina Saba, & illa fuit Regina gentis Sabæę, & signum probabile fuit hoc verum esse copiam auri, & aromatum, quæ ad Salomonem detulit. Sic sensus locutionis Pererij super illa verba Gen. qui quidem admiratur Iosephum libro 8. Antiq. scripsisse Reginam illam fuisse Aegypti, & Aethyopiæ, Dominatricem, alter filius Regma fuit Dadam, ex quo Dedanei, qui fuerunt Idumæorum affines, & socij.

QVIS FVERIT NEMROD, & quis conditor Babilonis, & fundator Vrbis Niniue, & de Regina Assiriorum.

Caput Secundum.

PORRO Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino: Ab hoc exiuit prouerbium, quasi Nemrod Robustus venator coram Domino v. 8. & 9. cap. 10. Gen. B. Augustinus libr. 16. de Ciu. Dei cap. 3. de Nemrod, & fratribus eius, & origine Ciuitatis Babilonis, sic scripsit. Chus pater Gigantis Nemrod primus nominatus est in filijs Cham, cuius quinque filij iam fuerant computati: & nepotes duo, sed istum gigantem aut post nepotes suos natos genuit: aut quod est credibilius, seorsum de illo propter eius eminentiam scriptura locuta est: quando quidē & regnum eius nominatum est, cuius initium fuit Ciuitas illa nobilissima Babylon, & quæ iuxta commemoratę sunt siue Ci-

ue Ci-

ue Ciuitates, siue regiones. Sic Augustinus. Primus Rex, aut Tyrannus post Diluuium fuit Nemrod: nam ante illum in qualibet familia primus natu, aut primus auctoritatis, & dignitatis gradu erat lites familiæ componens, & familiam regens. Sic ait Pererius B. Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Gen. sic inquit. Nemrod arripuit insuetam primus in populo Tyrannidem, regnauit in Babylone, quæ ab eo, ibi, quod confusæ sunt linguæ turrim ædificantium, Babel appellata est. Sic ille. Itaque prima Tyrannis orta est in ipsa matre confusionis linguarum scilicet in Babylone. De Nemrod sic scripsit Iosephus Superbiam, Deiq; contemptũ excitauit in hominibus Nemrod nepos Cham, vir audax, & manu promptus, subinde iactans non Deo, sed propriç virtuti præsentem fęlicitatem eos debere: atque ita paulatim rẽ ad Tyrannidem trahebat, ratus fore, vt homines ad se deficerent a Deo, si se illis ducem præberet. Sic Iosephus. Videtur esse quasi simile id, quod scripsit Vgo S. Victoris in suis annotationibus in Genesim. Nemrod, ait, mole corporis, & virtute superans alios homines, dominium cæpit exercere per violentiam, & induxit eos ad idolatriam, vt ignem quasi Deum colerent: quia vtilitates maximas beneficio Solis, qui igneus est contingere videbat, quem errorem secuti sunt postea Caldæi. Sic Hugo. *Ipse cæpit esse potens in terra.* Vnde intelligitur robur corporis, & vis eius in dominando. Verum Græci Codices habent pro voce potens fortis, vel Gigas: & quia ferunt Gigantes ante Diluuium, quomodo Nemrod cæpit esse Gigas, respondet Augustinus fuisse primum post Diluuium; *& erat robustus venator coram Domino*, Vnde significatur eum fuisse venatorem, & deditum venationi: sin autem per metaphoram hoc positum est, significat insidiosum, & oppressorem hominum, idest hominem crudelem, & sanguinarium, & cupidissimum cædis hominum. Sic ex sensu Pererij libro decimoquinto de multiplicatione humani generis post Diluuium super verba supradicta Genes. illud vero *coram Domino*, ait Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo quarto, sicut Nemrod Gigas venator contra Dominum. Caietanus scribens super hunc locum, sic est sensus illius. Dupliciter

Hier. *Ioseph.* *Vgo S. Vict.* *Aug.* *Caiet.*

plicitèr

pliciter inquit, exponi poteſt, vel contemptiue, ideſt contemptu conſpecto Diuino, quemadmodum exageratur crimen cum dicitur ſpectante prætore: vel ſimulate, ad ſignificandum quod Nemrod hinc ſimulabat ſe eſſe Deicolam. Verum Pererius putauit illud verbum *coram Domino*, in oculis, ſiue in conſpectu Domini fuiſſe robuſtum, ſignificari re vera ſic eſſe. Nonnulli putarunt, quod Nemrod fuiſſet idem, quod Ninus, vt fuit Mercator in ſua Cronologia. At vero putauit Pererius eum fuiſſe Bellum patrem Nini: quia vtriuſque tempora conueniunt: & annos reperiuntur poſt Diluuium circiter ducentos Babylone regnaſſe, & eius Ciuitatis vtrumque primum nominari deſignatorem, & fundatorem, & de Nemrod aperte id ſcribit Ioſephus de Bello Iudaico. multi Scriptorum noſtrorum id ſentiunt. Similia vtriuſque fuere facta ingenium, mores: vterque fuiſſe traditur ferocis ingenij, crudelis animi, inſatiabilis imperandi cupiditas: Denique ante Ninum, nec auctores alium cognoſcunt Regem Babylonis, quam Bellum, nec Scriptura, quam Nemrod. Sic robur verborum Pererij. Videtur ſane Nembrod cæpiſſe regnare in Babylone, quoniam Moyſes, ſic ſcripſit. *Fuit autem principium Regni eius Babylon, & Arach, & Achad., & Chalanne in terra Sennaar.* Vnde Beatus Auguſtinus inquit libro decimoſexto de Ciuitate Dei. Initium Regni eius fuit Babylon. Ioſephus inquit fuiſſe Nemrod Ducem, ac principem inter eos, qui ædificauerunt Turrim Babel. Oroſius quoque libro ſecundo, capitulo ſexto, ſcripſit Nemrod primum Babylonis ædificatorem fuiſſe. Quintus Curtius libro quinto, affirmat Bellum patrem Nini fundatorem Babylonis fuiſſe. Verum ſententia Græcorum, & Latinorum eſt Babylonem conditam eſſe a Semiramide. Ex hac opinione fuit Herodotus libro primo, Diodorus libro tertio, Strabo libro decimoſexto, Mela libro primo, Iuſtinus libro primo, & Sanctus Hieronymus ſuper ſecundum caput Oſeæ. Beroſus Annianus faciens tres conditores Babylonis Nemrod, Bellum, & Semiramidem in hunc ſenſum ſcripſit: Nemrod aſſumpto filio Ioue, cum Colonijs venit in campum ſennaar, vbi fundauit maximam turrim

Iudaici.
Auguſt.
Ioſeph⁹.
Oroſius.
Quintus Curtius.
Herodotus.
Diodor⁹.
Strabo.
Mela.
Hieron.
Iuſtinus.
Beroſus.

anno post Diluuium centesimotrigesimoprimo, eamque turrim ad altitudinem montium excitauit, in signum quod primus esset in Orbe terrarum populus Babylonicus, & Regnum Regnorum dici deberet. Verum nec ædificationem turris compleuit, nec designatam vrbem fundauit, quia post quinquaginta sex annos subito non comparuit. Sic Berosus.

Pereri⁹. Quis conditor Babylonis. Sentit Pererius conditorem fuisse Babylonis primum omnium Nemrod, & non alium fuisse, quam Bellum patrem Nini, Semiramidem deinde inuenta Babylone diruta, & vastata eam munitissimam, & ornatissimam fecisse: quapropter non immerito ædificatrix eius vrbis celebrata est a multis Scriptoribus. Sic ille libro superius citato, quarta disputatione. Quæ quidem sententia mihi videtur sane omnibus alijs opinionibus prænarratis magis conueniens, & probabilior. *De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem, & plateas Ciuitatis, & Chale: Resen quoque inter Niniuem, & Chale: hæc est Ciuitas magna, Genesi cap. decimo, vers. vndecimo, duodecimo.* Ex Assur

Ex Assur Assyrij. Aug. igitur originem traxisse Assyrios, & Regnum illorum, qui ædificauerūt Niniuem constat: Assur autem ait Diuus Augustinus libro decimosexto De Ciuitate Dei, capitulo tertio, vnde Assyrij, non fuit ex filijs Cham medij filij Noe, sed ex filijs Sem, qui fuit maximus filius Noe: Sic Augustinus: Significatum est per Assur proprium nomen secundi filij Sem, qui Assur appellatus est: aliquando Regem Assyriorum, qui frequenter in Sacris literis nominatur Assur. Vel præterea significat Assur gentem, aut Imperium, aut Regionem Assyriorum. Sic Pererius libro superius citato, super illa verba Gene. *Assur autem ædificauit Niniuem Ciuitatem magnam.* De magni-

De magnitudine Babylonis. tudine huius Ciuitatis, sic inquit Diodorus libro tertio, cui fidem facit Strabo. Ambitus, aut circuitus illius vrbis erat quadringentorum octuaginta stadiorum, i. sexaginta mille passuum: Altitudo murorum erat pedum centum: latitudo, qua tres currus simul incederent: Turres centum quinquaginta, singulæ altitudinis ducentorum pedum, sic ex Diodoro. Bea-

Hier. tus Hieronymus in capitulo secundo Oseæ inquit, tam Græcæ, quam Latinæ Historiæ demonstrant Ninum fuisse primum Regem Assyriorum, atque Monarcham. Et ante Ninum

num Bellum pater eius Babylone regnasse sexaginta quinque annus, nobilitatis fama Nini filij, & amplitudine Imperij, præsertim quod primus omnium mortalium a filio Nino in Deo translatus, & pro deo publice coli, visus est: ex quo origo, & primum principium publicæ idolatriæ factum esse opinatur. Diodorus Siculus libro tertio, capitulo sexto, scripsit a Nino Rege, vsque ad bellum Troianum mille annos præterijsse. Hic primus Regum omnium regnare cœpit imperans toti Asiæ, quanta iacet inter Tanaim, & Nilum domito Oriente ad Indos, vsque ad Libyam omnes Regnos, & Prouincias inclusas in dictis continibus dominauit. De hoc fidem fecerunt grauissimi Auctores, scilicet Diodorus, Iustinus, Beatus Hieronymus, & Augustinus. Quot autem fuerint Reges Assyriorum a Nino, vsque ad Sardanapalum vltimum Regem, nunc dicemus quid recenset Velleius paterculus priori libro, qui quidem fuisse triginta tres, arbitratus est: & hoc mirabile fuit, inquit ille, quod semper filius in Regno successerit patri.

Diodorus. *Quot fuerint Reges Assyriorum.*

Eusebius Cronico assignat triginta sex. Paulus Orosius primo libro, putauit fuisse quinquaginta. Verum Diodorus triginta de duratione Monarchię Assyriorum, scilicet quantum temporis effluxerit a Nino, vsque ad Sardanapalum, variè sanè a Scriptoribus proditum est. Iosephus scripsit primo libro Antiquitatum, viuente Abrahamo Imperium Asiæ penes Assyrios fuisse, & illud imperium circa Regis Ezechiæ tempora euersum esse. Ab ortu Abrahæ, vsque ad Regni Ezechiæ initium compertum est fluxisse mille ducentos septuaginta quinque annos, quibus adduntur quadraginta duo anni Regis Nini ante ortum Abrahę, quia omnes Scriptores Ecclesiastici ei censuerunt post quadragesimum secundum Nini Regis Imperij annum Abraham fuisse natum, & sic ex sentētia Iosephi Assyriorum Imperium durasse annos mille ducentos decem, ac septem. Herodotus assignauit Imperio Assyriorum duntaxat quingentos. Diodorus autem annos mille trecentos, & sexaginta. Verū Pererius lib. de multiplicatione generis humani post Diluuium, dispu. 7. affirmat fuisse opinionem Scriptoribus Ecclesiasticis probatam Monarchiam Assyriorū mille

Velleius paterculus. *Euseb.* *Paulus Orosius.* *Diodorus.* *Ioseph.* *Herodotus.* *Diodorus.*

ducentos,& quadraginta annos permanſiſſe:eiuſque initium ſtatuunt quadraginta duobus annis ante ortum Abrahæ. Nunc dicendum eſt,quam diu ſteterit Vrbs Niniue caput Imperij Aſſyriorum,& quo tempore ceciderit: communis ſententia eſt Niniue deſtructam eſſe cum Sardanapalo ab Arbace Medorum præfecto,vt ſcribunt Diodorus libro tertio,capitulo ſeptimo,Strabo etiam libro decimoſexto, necnon Euſebius. Et hoc euenit eo tempore, quo apud Iudæos regnabat Ozias. Verum ſecundum Hieronymum in præfatione Commentariorum ſuorum in Ionam habetur,euerſam fuiſſe Niniue ſecundum Herodotum regnante apud Medos Aſtiage:ſecundum vero Sacram Cronologiam regnante apud Iudæos Ioſia. Pererius autem Euſebium ſequens, cum is tribuat Regno Aſſyriorum, vſque ad Sardanapalum, mille ducentos quadraginta annos,inquit,neceſſe eſſe finem eius Regni eum ponere in ſeptimo anno Regni Oziæ Regis Iuda. At non fuiſſe in ſeptimo anno,ſic omnino ſubuerſum Regnum Aſſyriorum, nec deſolatum nonnullis argumentis directis ex ipſa Scriptura manifeſte auctor prædictus conatus eſt probare hanc ſuam opinionem. Hebræi in ſua maiori Cronologia, capitulo vigeſimoquarto, tradunt Niniuem ſubactam eſſe a Rege Nabuchodonoſor primo anno eius Regni. Cenſuit igitur Pererius loco ſuperius citato, octaua diſputatione, Regnum Aſſyriorum,& Ciuitatem Niniuem non ſemel tantum eſſe ſubuerſam,ſed iterum,atque iterum vaſtatam,& denuo refectam,& inſtauratam fuiſſe. Qui quidem Auctor accedens ad opinionem Diodori, ait Ciuitatem Niniuem ſtetiſſe annos circiter mille trecentos,& nonaginta ab exordio illius Ciuitatis,vſque ad Sardanapalum, eiuſdemque Ciuitatis Occaſum,quorum annorum finis competit in decimumquartum annum Regni Manaſſes, vnde meliorem ſententiam, & opinionem Diodori auctor ille eſſe iudicauit, quam omnium aliorum auctorum.

Diodorus. Strabo. Euſebius. Opinio Pererij.

DE POSTERIS MESRAIM ET Chanaan, & quæ gentes ab illis deriuatæ sint; & de Ciuitate Emata: De nomine quoque Phaleg.

Caput Tertium.

FIlij Mesraim fuerunt Ludim, Anamin, Luabim, Nepthuim, Phetrusim, & Chasluim. De quibus egressi sunt Philistim, Caphtorim, vers. decimotertio, & decimoquarto, Genes. capitulo decimo. De octo posteris Mesraim trium tantum mentio fecit Scriptura, ait Pererius. Ex Ludim deriuati sunt Lidi populi Asiæ minoris. Philistim appellati sunt alienigeni, & externi generis ab Hebræis, & a Latinis Palæstini vocati sunt: hi autem oram tenuerunt maritimam Chananææ, quæ vergit in Ægyptum. Terra autem Chanaan diuiditur in quinque Regiones Gazæos, Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Vrbes illæ Chananæorum fuerunt Gaza, Ascalon, Ghet, Accaron, & Azotus. Deinde Terra Philistinorum fuit a Tribu Iuda, & Simeonis. Latini, & Græci Interpretes per Caphtorim appellant Cappadoces. Verum an Caphtorini sint populi Cappadociæ, qui regionem satis amplam incoluerunt proximam Ponto, & Tauro Monti; an vero alia gens incertum est. *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum, Iebusæum, Amorrhæum, Gergesæum, Heuæum, Aracæum, Sinæum, Aradium, Sammaræum, & Amatheum: & per hos disseminati sunt populi Chananæorum. Genes. cap. decimo, vers. decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo, decimooctauo* primi inter posteros Chanaan nominantur Sidonij a Sidone orti: Et appellatam fuisse Sidonem magnam propter veterem eius vrbis gloriam, & antiquitatem, dubitandum non est. Regio autem Sidonis habebat eius confinia cum Tribu Asser. Hethæi vero in secundo loco ponuntur: Hi ea loca inco- *De Sidone.*

 lebant,

Iebant, quæ circum Berſabæam ſunt, & ex his fuerunt homines Gigantea mole, qui nuncupantur Enacini. Iebuſæus deinde ponitur, vnde deriuati ſunt Iebuſęi, qui tenuerunt Vrbem Hieruſalem ab illis nominatam Iebus. Fuerunt quoque Iebuſæi viri Bellicoſi, vt conſtat ex libro ſecundo Regum, capitulo quinto, & ex libro Ioſue, capitulo decimoquinto, vbi narratur nec potuiſſe Iebuſæos plane debellari, ac deleri ab Hebræis: & ſic manſiſſe, vſque ad Imperium Salomonis, qui eos tributarios fecit, hoc videtur libro ſecundo Paralipom. cap. 8

Iebuſæi.

Amorrhęi habitabant trans Iordanem, quorum Rex fuit Og debellatus a Moyſe, eorumque terra aſſignata fuit duabus tribubus Gad, & Ruben, ac dimidiæ Tribu Manaſſe. Verum Amorrhæi fuerunt præ cæteris Imperij ſcelerati, inhumani: atque crudeles: & hoc videtur ex verbis Ezechielis prophetæ cap. 16. de proceritate Amorrhæorum, & robore corporis illorum. Amos propheta comparat eos Altitudini Cedri, & fortitudini quercus. Heuæi autem habitabant in monte Libano. Aracæus ſubſequitur ex quo Arcadi, qui Arcadum Inſulam poſſederunt anguſto fræto a Phenices littore ſeparatam. Sinæus videtur Incola fuiſſe deſerti Sinai, vel e monte vicina tenuiſſe loca. Hamathæi nomen dederunt Ciuitati, & Regioni Amath. Sic vis locutionis Pererij libro ſuperius citato ſuper verba ſupradicta Geneſ. Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Geneſim ſuper caput hoc decimum Geneſis, inquit Macedones, qui poſt Alexandrum in Oriente regnauerunt Amath nuncupauerunt Epiphaniam, quæ prius tam ab Aſſyrijs, quam ab Hebræis Amath appellata fuit. Verum quia B. Hier. lib. 3. Commentariorum ſuorum in Amos prophetam, inquit. Emath vocatam eſſe Ciuitatem Antiochiæ: ex hac ſententia videtur Pererio duplicem fuiſſe Emath vnā vocatam magnam, quæ etiam dicta fuit Antiochia, altera autem minor, quæ vocata fuit Epiphania. Verum illa minor Emath verſus Septentrionem reſpiciebat, & terminus erat filiorum Iſrael. Altera magna nuncupata Antiochia teſte Ioſepho de Bello Iudaico, capitulo primo, fuit Metropolis Syriæ.

Amorrhæi. Heuæi. Aracæi. Sinæi. Hier. Ioſeph.

Cur autem Moyſes non memorauerit inter poſteros Cha-

aan

naan Pherezæos, & Chananæos; ad hanc quæstionem respondet Pererius dicens Pherezæos fuisse eosdem, quos Moyses Sammaræos, a quibus Regio Sammariæ primum habitata, & nominata est. Idem licet existimare de Chananæis, qui descenderunt ex aliquo vndecim filiorum Chanaan. De supradictis vndecim populis, qui stirpe Chanaan orti fuerant, quinque delecti sunt ab Hebræis, scilicet Amorrhæi, Hetæi, Heuæi, Iebusæi, & Gergesæi, sic Pererius. Sequitur. *De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber fratre Iapheth maiore, vers. vigesimoprimo, Genes.* Sanctus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo tertio, sic inquit.

Dicitur autem Sem pater fuisse Heber, cum tamen quintus in serie progenitorum reperiatur. Sic ille.

Dictus est autem Sem fuisse pater Heber, ait Pererius, ad commendandam dignitatem Sem, qui Patriarcha fuerit populi Hebræi, & tot aliorum Patriarcharum, Regum, & Prophetarum, qui in eo floruerunt. Sem vero fuit maior ipsi Cham, tum ætate, tum dignitate morum, & virtute animi.

Filij Sem Aelam, Assur, Arphaxad, Lud, & Aram, ver. vigesimosecundo Genes.

Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genes. capitu. decimo, sic scribit super nomina filiorum Sem. Hi filij Sem ab Euphrate fluuio partem Asiæ, vsque ad Indicum Oceanum tenuerunt. Est autem Aelam, a quo Ælamitæ Principes Persidis. De Assur iam ante dictum est, quod Niniuem Vrbem condiderit. Arphaxad a quo Caldæi: Aram a quo Syri, quorum Metropolis est Damascus. Sic Hieronymus. Ab Ælamitis, ait Pererius libro decimoquinto de multiplicatione generis humani post Diluuium super vers. vigesimosecundo Genes. capitulo decimo, ortos fuisse Persas: Aram fuit quintus in filijs Sem, a quo deriuati sunt populi Mesopotamiæ, Syriæ. Sequitur: *Filij Aram, Hus, Hul, Gether, & Mes, vers. vigesimotertio Genes.* De quibus sic scripsit Beatus Hieronymus loco superius citato, Hul a quo Armeni: Gether a quo Arcanarij, seu Carij. Porro Mes, pro quo Septuaginta Interpretes dixerunt Mosoch, nunc vocantur Mæones. Hæc Hieronymus. *Hier.* *Hier.*

Nunc

Nunc dicemus de tempore quo facta eſt diuiſio linguarum, quam verè ſecundum Hebręos in ſua Cronologia ipſi volunt factam eſſe extremo tempore vitæ Phaleg. is autem natus eſt centeſimo anno primo poſt diluuium, & vixit ducentis nouẽm annis, vt videtur ex cap. vndecimo Gen. Hinc efficitur factam eſſe diuiſionem linguarum anno trecẽteſimo decimo poſt diluuium: & non in anno trecẽteſimo, & quadrageſimo, vt inquit Pererius poſt diluuium, Chriſoſt. hom. 30. in Geneſim declarans ipſum nomen Phaleg. ſic locutus eſt. Conſidera quemadmodum rei futurę præſcientiam vocabulo nati pueri declarauit, vt cum videns rem opere adimpletam nõ vltra mireris vidẽs diuinitus id pueri nomine prædictum: Sic Chriſoſtomus in eadem ſententia videtur fuiſſe Toſt. Liranus & Genebrardus. Verum quia non nulli poſſent obijcere dicentes non potuiſſe genus humanum adeo propagatum, & multiplicatum iri, vt per omnes terræ plagas diſperdere, eaſque inhabitare, & colere potuiſſe. Obiectioni iſti ſic reſpondetur, ſi Iacob cum familia, quæ duntaxat fuit ſeptuaginta hominum cum ipſe deſcendit in Aegyptum per ducentos, & quindecim annos tam numeroſè propagata eſt, vt egreſſis ex Aegypto hebręis recenſita in illis ſint plus ſexcenta millia hominum bellatorum exceptis paruulis, ſenibus, & fęminis: quanto credibilius eſt poſt Diluuium numeroſius eſſe propagatam familiam Noe? Sic ſumptum ex Pererio libro ſuperius citato vndecima diſputatione altera ſententia fuit Auguſtini nomen Phaleg. poſitum fuiſſe non ex futuro euentu, ſed ex eo, quod iam factum, & præten ſum fuerat. lib. 16 de Ciu. Dei cap. 11. ſequitur. *Iectam genuit Elmodad, & Saleph. Aſarmoth, Iare, Adoram, Vzal, Decla, Hebal, Abimael, Saba, Ophir, Heuila, Iobab, omnes iſti filij Iectam. verſ. 26. cap. 10. Gen.* Ioſephus, qui ſecutus eſt ſeptuaginta interpretes, Ophir appellauit Sophiram Cherſoneſum ſeu peninſulam Indiæ Auriferã. Verum non nulli crediderunt fuiſſe Griphos animalia pennata quadrupeda, alis quidem, & facie Aquilarum ſimilia cætera Leonum omnia habentia. Plinius cenſet hæc eſſe fabuloſa, de quibus ſic ait. Pegatos equino capite volucres, & Griphos auritas aduncitate roſtri, fabuloſos reor. illos in Sithia,

Quo tẽpore accidit diuiſio linguarum. *Chriſoſt.* *Toſt. Liranus* *Genebrard⁹.* *Auguſt.* *Ioſeph⁹.* *Plinius.*

thia, hos in Aethyopia sic ille. *isti sunt filij Sem secundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus Gen. v. 31.* omnes posteros Sem memoratos a Moyse in quadam subiecta tabella lectori contuendos posuit Pererius, qui fuerunt viginti sex, secundum linguas, cognationes, & regiones in gentibus suis, & hoc scriptum est a Moyse vt declararet in diuisione Linguarum fuisse factum, vt vnusquisque eorum, sicut vnam condiderat familiam, & gentem, ita quoque diuisam linguam sortitus fuerit, sic ex Pererio super illa verba Genesis prænominata, quiquidem ait fuisse ante Diluuium factam diuisionem hominum, scilicet post necem Abel inter progeniem Seth, & progeniem Caim: eamque diuisionem, & separationem vsque ad septimam generationem: quo tempore posteri Sem capti pulchritudine fęminarum stirpis Caim, per conubia cum illis commixti sunt, vnde facta fuit commixtio benedicti seminis cum scelerato, & impio contra mandatum Dei: vt Deum ad perdendum diluuio omne genus mortalium prouocauerint; sic sensus illius.

DE AEDIFICATIONE TVRRIS BABEL, & de confusione, ac diuisione linguarum.

Caput Quartum.

RAT autem terra labij vnius & sermonum eorundem. Cumque proficerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum, Venite facimus lateres, & coquamus eos igni habueruntque lateres pro saxis, & bitumine pro cæmento. cap. 11. Gen. v. 1. 2. 3. Ait Pererius in præfatione decimi sexti libri de Turri Babel Moysem declarasse in hoc cap. Gen. decimo primo, qui fuerint illi, qui fabricare conati sunt Turrim Babel, qua materia vsi sint ad ædificandam illam, quod nam fuerit opus, & quantum ex concilio eorum *Pereri⁹.*

esse

esse debebat, ad quem finem illud facere voluerint: Denique quomodo Deus eorum superbiam punierit per confusionem linguarum, & dispersionem eorum, confusio ista, ait ipse Auctor, accidisse dicitur secundum Hebræos decem annis ante obitum Noe. Caietanus putauit gentes, quæ profectæ fuerunt ex Oriente, & habitauerunt in campum Sennaar non fuisse vniuersum genus humanum. At è contra creditur sane ab omnibus, omne genus humanum fuisse in ædificationem illius turris, & illud fuisse labij vnius, vt expresse declarat Moyses. Putauit Pererius, vt discessio, & profectio illarum gentium, quæ in campum Sennaar peruenerunt, fuisset ex Armenia, vbi credidit ille, habitasse Noe, & posteros eius, vsque ad tempus discessionis illarum gentium, & hoc fecisse illos fugientes loca montuosa, aspera, & sterilia, quærentes commodiores sedes, ac fertiliores. Beatus Chrysostomus homilia trigesima super Genes. sic scripsit. Hoc nobis ante oculos ponit historia hęc Moysis: numquã homines ab initio non contenti locis, quæ circa Orientem per diu inhabitauerunt, alias sedes quęrere, & maiora in dies conati sunt, quamobrem grauissimis illis malis, & calamitatibus afflictati sunt. Sic Chrysostomus. Allegorica expositio Philonis vere pulchra est super hunc locum Moysis, quem tractat in libro de confusione linguarum. Sic ille scriptum reliquit. Sunt enim in anima duæ species Orientis, altera melior altera deterior: melior, quando Solarium modo radiorum in ea splendor virtutis exoritur: deterior quando hic obscuratis lucent alia. Prioris exemplum est hoc: & plantauit Deus Paradisum in Eden contra Orientem: non quidem stirpium tantummodo terrestrium, sed cœlestium maxime virtutum, quas a suo incorporeo lumine numquam extinguendas plantator ille accendit. Sic Philo. Epiphanius libro aduersus hæreses explanans historiam huius loci significauit terram Sennaar, quæ olim fuerat sub dominatione Assyriorum fuisse tempore illius sub ditione Persarum.

Caiet. *Chrys.* *Allegorica expositio Philonis* *Epiphanius.*

Rupert. Rupertus vero interpretatus est Sennaar excussio dentium libro quarto, capitulo quadragesimoprimo Commentariorum suorum in Genesim, quia sine dentibus sermo non fit, aut si factus

si factus fuerit, parum intelligibilis est, & valde confusus: Philo autem explanans allegorice hunc locum Scripturæ sic locutus est. Dicit enim Scriptura, quod inuento campo habitauerunt in eo, scilicet tanquam in patria, non autem tanquam inquilini regionis externæ. Leuius enim malum fuisset, si postquam in peccata inciderant, pro alienis ea peregrinis, quam habuissent, non pro cognatis, & domesticis: peregrini enim potuissent discedere, sedibus autem semel electis, immorandum fuit postea Sic Philo. Plato libro tertio de legibus facit tria genera habitationis hominum post Diluuium. Primo enim habitasse homines, putauit, in cacuminibus montium, eo quod aquas formidarent, & hoc adumbratum esse ab Homero, vbi vitam, & sedes Cyclopum in antris montium describit, Alterum genus vitæ illorum fuit, qui in radicibus montium sedes locabant. Tertium genus illorum fuit cum iam relictis montibus, atque radicibus eorum in planos campos secure habitare non dubitarunt. Sic Pererius ex Platone. In ædificatione Turris Babel, ait Moyses. *Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento, vers. tertio.* Cur autem vsi sunt lateribus ad ædificationem Turrim dicendum est primam causam fuisse penuriam saxorum in campo Sennaar: nam cum sit campestris caret saxis. Vitruuius libro primo, capitulo quinto, scribit vtendum esse materia illa in locis, vbi construuntur ædificia, quæ inuenitur in illis regionibus. Non enim inquit ille, vt Babylones abundantes liquido bitumine, pro calce, & arena ex latere cocto factum habent murum: Alia causa quoque fuit lateribus vti in illo ædificio, quo diuturnius esset ædificium, Quoniam latericia structura incredibilem habet diuturnitatem, vnde inquit Plinius libro trigesimoquinto, capitulo decimoquarto, sunt enim æterni si ad perpendiculum fiant. Alteram causam tradit Pererius libro decimosexto de Turri Babel, secunda disputatione, fuisse ædificationem illius turris latericiam, quia putabant ad euadendum incendium ignis remedio, & præsidio posse esse maximum altissimum ædificium lateritium, quoniam lateres cum decocti sunt validissime resistunt igni: Lapides autem resol-

Philo. *Plato.* *Homer.* *Vitruui.* *Plinius.*

uuntur in calcem, Sic ille. *& Bitumen habuerunt pro cæmento.* Theodoretus refellit opinionem dicentium bitumen esse calcem viuam, qui ignorantes, vt verisimile est, fontes bituminis in Assyria existentes, putauerunt ex calce viua Turrim ædificatam esse. Ego vero diligenter didici ab ijs, qui illinc veniunt, quod fontes qui hanc materiam cum aqua effundunt, in ædificijs construendis, & compingendis coctilem laterem componant: & hoc pacto Turrim illam ædificatam esse aiunt. Namque ipsi, qui mihi hæc narrabant, non tantum spectasse Turrim contenti, & iam particulam aliquam affrigentes, reperisse se dixerunt bitumen ex coctilibus lateribus substratum. Addebant præterea illi magnam in eo loco penuriam esse lapidum, & idcirco ædificantes vti lateribus pro lapidibus. At qui sine lapidibus quomodo calcex viua confici possit? Sic Theodoretus: ex verbis igitur Theodoreti dici potest, quod illi, qui ædificarunt Turrim Babel ex coctilibus lateribus hoc, fecerunt addito bitumine loco calcis, quia terra illa Sennaar magnam suppeditabat copiam bituminis. De copia bituminis Babylonici scribit Strabo libro decimosexto: In Babylonia bitumen multum nascitur, cuius duplex est genus Auctore Eratostene, liquidum, & aridum. Sic ille. Vitruuius quoque cum Strabone consentit libro octauo, capitulo tertio: Babylon, inquit ille, locus est amplissima magnitudine habens supra natans liquidum bitumen, & latere Zistacæo structum murum Semiramis Babyloni circundedit. Sic Vitruuius. Verum Beatus Gregorius exponens quartum psalmum pœnitentialem ad rem nostram faciens: ita scriptum reliquit. Vnusquisque hominum, aut Ierusalem, aut Babylonis Ciuis est. Sicut enim per amorem Dei Sanctus quisque in Ierusalem ciuis efficitur: ita per amorem sæculi omnis iniquus in Babylonis structura operatur. Sic Beatus Gregorius. Sequitur. *Venite faciamus nobis Ciuitatem, & Turrim, cuius culmen pertingat ad cælum. Genes. cap. vndecimo, vers. quarto.* Verba autem venite, voluit Iosephus libro primo Antiquitatum fuisse Nemrod, & ea dixisse hortantem, & excitantem populos ad ædificationem Turris. At ex aduerso Caietanus arbitratus

Theodoretus. *Strabo.* *Vitruuius.* *Greg. Moralis* *Caiet.*

arbitratus est Nemrod non fuisse auctorem condendæ Babylonis, sed eius iam conditæ primum regnatorem, ait Pererius, qui quidem prodidit ex Mele Diodori Siculi Semiramidem, quæ ducentis circiter annis post Nemrod ædificauit Babylonem cum ea extrueret Turres quinquaginta, & ducentas in ea excitasse quarum altitudo latitudoque magnificentiam æquareret murorum. Sic ille. Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo quarto, deridet stultitiam, & superbiam illorum hominum volentium Turrim ædificare, cuius culmen attingisset cœlum. Philo in libro quem scripsit de confusione linguarum refert antiquorum calumniam contra præsentem historiam Moysis, asserentium historiam de ædificatione Turris, vsque ad Cœlum similem esse fabulæ Gigantum, qui sicut Homerus narrat conati sunt tres maximos montes imponere super alium, sperantes hac sua via ascensuros in Cœlum, & inde Iouem deturbaturos. Nam aiunt illi Etnici si vniuersæ terræ partes superstruerentur fundamento modico, vt in vnius columnæ formam attolerentur, longissimo tamen interuallo distarent à sphera Ætherea. Sic se habet sensus Philonis. Verum ille ad depellendam eorum calumniam, ait verba Moysis esse accipienda figurate, & allegorice. Sed inquit Pererius libro decimosexto de Turri Babel, tertia disputatione, non est necesse, quo calumniam illam euadamus, ad Philonis allegorias confugere. Non enim ea mente, & consilio homines illos ædificasse Turrim, dicendum est, vt per illam ascendentes in Cœlum cum Deo belligerarent: Sed vt admirandum aliquod sui nominis monumentum, famamque apud omnes omnique æuo celeberrimam relinquerent. Et hac historia Moysi pugnam Gigantum cum Dijs habuisse a multis non temere creditum est. Sic ille. Berosus Annianus libro quarto, inquit. Nemrod vna cum filio suo Ioue bello, & popularibus suis venisse in campum Sennaar, ibique designasse Vrbem, & fundasse maximam Turrim anno post Diluuium centesimotrigesimoprimo regnasseque annis quinquaginta sex, & deduxisse Turrim ad altitudinem montium. Sic Berosius

Aug.

Philo.

Calũnia antiquorum.

Pereri⁹.

Berosus.

De extructione turris Babylonis.

Hier. De altitudine turris Babylonis a Hieronymo proditum eſt eam fuiſſe quatuor millia paſſuum. *Diodorus.* Diodorus libro tertio, capitulo quarto, tradidit fuiſſe in medio Babylonis Templum Ioui erectum a Semiramide tantæ magnitudinis, & a Chaldæis factas eſſe obſeruationes Stellarum ob admirandam eius altitudinem, & permanſiſſe monumentum illud vſque ad tempora Beati Hieronymi, & Theodoreti, vt videtur ex verbis illorum Auctorum. Sic ex Pererio. Sequitur. *Venite faciamus nobis Ciuitatem, & Turrim, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras. Cap. vndecimo, Gen. verſ. quarto.* *Cauſae extructionis Turris Babylonis.* Cauſæ vero extructionis tantæ molis ſequentes fuerunt deſcriptæ a Pererio libro decimoſexto de Turri Babel, quarta diſputatione, prima fuit, vt prouulgata eſt hæc opinio, vt ſibi ſecuritatem parerent aduerſus generale Diluuium, ſi forte id accideret. At ex aduerſo Pererius oſtendit Diluuium ad quinque milliaria ſupra terram elatum eſſe: facere autem Turrim altiorem quinque milliaribus hoc erat opus potius Diuinum, quam humanum, & quia Diluuium factum fuit potentia Diuina, inualidum fuiſſe ædificium illud quantęcumque altitudinis cenſendum eſt: Secundam cauſam fuiſſe putarunt nonnulli, cognitionem quam habuerunt antiqui a maioribus futurum generale exitium Orbis per ignem ſicut fuerat per aquam. Sed remedium hoc futile videtur fuiſſe contra illud malum, quia pauciſſimi potuiſſent capere in illa Turri. *Vgo Sancti Vict.* Tertiam cauſam fuiſſe, ait Vgo Sancti Victoris in annotationibus in Geneſim veſanam cupiditatem regnandi. *Aug.* Quarta cauſa fuit, ait Auguſtinus libro decimoſexto de Ciuitate Dei, capitulo quarto, nimia ſuperbia illius Gigantis Nemrod. Quinta cauſa fuit pro communi fama, & gloria conſequenda, & ſimul continere ſeipſos ne diſperderentur in vniuerſas terras. *Chryſoſ. aduers' homines inanem gloriam quęrētes* Chryſoſtomus homilia trigeſima in Geneſ. loquens de falſa gloria, & fama multorum hominum, & honore, ita ſcripſit. Alij ſplendidas domos ædificant, balnea, porticus, ambulationes: quorum ſi quem rogaueris, quare tantopere, tantoſque ſumptos faciat, non aliud reſpondebit, quam vt immortalem ſui memoriam, celebritatemque nominis

nis relinquat: Attamen illis rebus non tam laudem, quam probrum, & crimen ſibi parant: Nam illa opera ſpectantes contumelioſe eos nominant, Ædificium hoc inquiunt, eſt illius auari, illius raptoris, illius viduarum, & orphanorum ſpoliatoris: Igitur non eſt memoriam aſſequi, ſed perpetuis obijci criminibus, & infamari etiam poſt mortem, & ſpectatorum linguas in ſui accuſationem, & blaſphemiam acuere: & quibuſdam interpoſitis ait, & hodie quidem domus dicitur huius, cras dicetur alterius. Si æternam igitur memoriam amas, ego tibi viam monſtrabo, quæ te celebrem omni ſæculo faciet, quia etiam in futuro ſæculo tibi fiduciam dabit: largitatem, & pecuniarum largitionem in pauperibus confer. Larga eleemoſyna immortalem viri memoriam reddit. Sic Chryſoſtomus.

DE CONFVSIONE LINGVARUM, & numero earum, in quibus confuſæ fuerunt.

Caput Quintum.

Hilo in libro de confuſione linguarum, putauit viros illos, qui apud poſteros cupiebant in ædificando Turrim celebrari, imaginem fuiſſe illorum, qui ſua vitia publicant nobilitarique volunt ſuis flagitijs. Sic ex ſenſu Pererij loco ſuperius citato, Quiquidem ait putaſſe Toſtatum illos homines non peccaſſe in ædificanda Turri Babylonis quærendo gloriam, & famam propriam dilatari. Nec malum opus erat ſimul illos homines in vno loco habitare. At ex aduerſo Chryſoſtomus homilia trigeſima in Geneſim, Auguſtinus libro decimoſexto de Ciuitate Dei, capitulo quarto, Ioſephus libro primo Antiquitatum, arbitrati ſunt opus illud maxima ſuperbia profectum eſſe, & homines illos *Philo.* *Chryſ.* *Aug.* *Ioſeph.*

inſignis

insignis alicuius vitij fuisse accusatos, & maculatos. Sequitur. *Descendit autem Dominus, vt videret Ciuitatum, & Turrim, quam ædificabant filij Adam, Genes. capitulo vndecimo, vers. quinto*. Hæc descensio Domini, figurata fuit locutio secundum sensum hominis accommodata humilitati, & intelligentiæ mentis humanæ. Dictum est descendisse Dominum, quo significaretur longanimitas Dei in puniendis peccatoribus, expectantis illos ad pœnitentiam, Chrysostomus homilia trigesima in Genes. sic locutus est. Vult igitur hinc erudiri nos, ne vnquam temere fratres condemnemus, neque solo auditu iudicemus, nec nisi prius compluribus argumentis certe reddamur. Ex quibus verbis. Beatus Chrysostomus videtur quã accurata consideratione vtendum sit in iudicandis, & puniendis aliorum erratis. Philo in libro quem scripsit de confusione linguarum. Sic ait. Etenim Deus implet omnia non contentus, sed continens, qui solus vbique simul, & nusquam est: Nusquam quia ipse locum omnem, & regionem creauit vna cum corporibus, nefas autem est creatorem intra vllam rerum ab ipso creatarum includi, Vbique vero quia potentia sua per terram, aquam, aerem, & Cœlum extensa, nullam partem mundi destituit, sed omnia inter se inuicem astringit inuisibilibus vinculis, ne vnquam dissoluantur: Ergo vocabula migratorij motus nequaquam Deo conueniunt: Sed nihilominus tamen dicitur Deus descendens visere, quia omnia prius etiam, quam fiant clarissime præuidet, vt doceamur ne quis homo de absentibus rebus, & incertis putet se certum posse iudicium facere: Sed propius introspecto negocio diligenter cuncta perlustret. Hæc Philo. Rabbi Moyses Ægyptius declarans quid sit descensus Domini, sic inquit. Quando dicitur. *Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum*, hoc significat: non amplius dissimulemus eorum scelera, sed quamprimum ea puniamus, confundendo linguam eorum. Sic ille. Rupertus libro quarto Commentariorum in Genesim, capitulo quadragesimosecundo, sic scripsit: Venite descendamus, & confundamus non Angelorum multitudinem ad auxilium cohortatur, sed ad feriendam superbiam se adesse

Chrys. *Philo.* *Moyses Aegyptius.* *Rupert*⁹

adesse testatur tota Trinitas, vnus Deus. Sic Rupertus. Verum Augustinus libro decimosexto de Trinitate Dei, capitulo sexto, sic scriptum reliquit: potest quod hic dicitur exponi de Sancta Trinitate, tanquam Pater dixerit ad Filium, & ad Spiritum Sanctum: *Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Si aliquid esset, quod Angelos prohiberet intelligi, vnde videtur Augustinum sensisse verba hæc dicta fuisse Angelis. Beatus Gregorius super primum caput libri Iob, explanans quomodo Deus loquatur Angelis, sic scripsit. Spiritualis autem natura, quæ ex mente, & corpore composita non est, nequaquam talis est: nam quia spirituali naturæ ex corporea appositione nihil obstat, loquitur Deus ad Angelos Sanctos eo ipso, quo eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit: vt quicquid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis legant, vt velut quædam præcepta vocis sint, ipsa gaudia contemplationis. Sic ille. Sequitur. *Confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus ex illo loco vniuersas terras, & cessauerunt ædificare Ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ, & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum, Genes. capitulo vndecimo, versiculo septimo, octauo, nono.* Pererius ex mente Diui Augustini, sic inquit super verba Genes. prænarrata. Quia dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti. Sic ille. Sed audi Beatum Gregorium homilia trigesima in Euangelia, quid scribat de apparitione Spiritus Sancti quod ad rem nostram faciens, sic locutus esse videtur. Qui contra Deum Turrim ædificare conati sunt. Communionem vnius linguæ perdiderunt; In ijs autem, qui Deum humiliter metuebant, linguæ omnes vnitæ sunt. Hic ergo humilitas vnitatem meruit, illic superbia confusionem, Hæc ex Beato Gregorio. Qui quidem libro trigesimoquarto Moral. declarans quam perniciosa sit inter probos viros discordia, ita magis perniciosam esse malorum hominum

Aug. Greg. Aug. Greg.

num

num conspirationem, & concordiam, sic locutus est: eripiuntur ergo iusti: dum diuiduntur iniusti: & electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Hoc bene maris rubri scissione designatur. Nam dum in duas partes vnda diuiditur ab electo populo ad terram promissionis tenditur: sic dum malorum vnitas scinditur, bonæ mentis ad hoc, quod appetunt perducuntur. Hæc Gregorius. Philo in libro de confusione linguarum, sic scriptum relinquit. Insignis pœna, & vindicta impietatis est conuenire Deum, atque etiam indulgere peccantibus: nec solum longam eius impunitatem, verum magnam, & diuturnam prosperitatem. Sic Philo. Pererius libro quo agit de confusione linguarum, septima disputatione, ait omnes, qui erant vnius familiæ propriam habuere linguam, qua inter se loquebantur, & intelligebant. Cum tanta illa linguæ confusio hominibus illis accidit: qui animus eis, quæ mens, qui sensus fuerint. Credo equidem cum inter se cœperunt non intelligere, ira primum eos, & indignatione esse affectos, quod alij se derideri ab alijs putarent, Deinde similes euasisse amentibus, atque furentibus puto. Verum postea cum serio rem ipsam vti erat compertam habuerunt, nec id aliter, quam Dei potestate fieri potuisse intellexerunt, diuinam vindictam suæ impietatis agnoscentes, incredibili eos confusione animi, ac pauore percussos esse non est dubitandum. Sic Pererius. Qui quidem ait comparans id, quod accidit in ædificatione turris cum eo, quod euenit in die Pentecostes. Per illud enim qui congregati vno loco erant in omnes terræ plagas dispersi sunt: per hoc autem, qui dispersi omnibus terris erant in vnam Fidei Communionem, vnamque Ecclesiæ satietatem congregati sunt. Sic ille. *Et cessauerunt ædificare Ciuitatem*, Causa autem cessationis ædificationis illius Ciuitatis nulla alia fuisse videtur, quam confusio linguarum. Verum quare Nemrod cum suis popularibus post confusionem illam non perfecit opus ædificationis illius; ad hoc respondet Pererius, sic dicens. Homines illos recentis Cladis, quam experti fuerant, memores deterritos esse a persecutione illius ædificij; verentes

Philo.

Pererius de confusione linguarum.

tes ne alia simili calamitate afficerentur. Ædificatio quidem Ciuitatis vacauit per annos ferme centum, vsque ad Semiramidem, quæ inchoatam Ciuitatem Babel incredibili magnitudine absoluit. Turrim vero illam nequaquam altius extulit, sed mirifice ornatam in Templum, quod Bello consecrauerat inclusit, eaque durauit, vsque ad ætatem Herodoti, idest per annos mille quadricgentos. Claruit enim Herodotus circa Olympiadem septuagesimamquintam. *Atque diuisit illos Dominus ex illo loco in vniuersas terras. Genes. vndecimo capitulo, vers. octauo.* Causæ vero separationis, & diuisionis illarum gentium fuerunt sequentes: prima propter cibi, & victus commoditatem, & abundantiam. Deinde exorto bello, aut eueniente peste facile fuisset, vt omnes communi clade interirent. Sic ex Pererio. Sequitur. *Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.* Dixit ergo Moyses confusam linguam omnis terræ, idest confusos homines, quia inter se non intelligebant vocem proximi sui. Chrysostomus homilia trigesima in Genesim, sic scripsit. *Chrys.* Vtrumque enim videtur mihi appellatione illius loci significari, & quod ibi confusio linguarum sit facta: & quod inde hominum in varias terras dispersio exorta sit. Sic Chrysostomus. Verum si lingua Hebræa fuerit ante confusionem linguarum in vsu omnium hominum, necne? Nunc dicemus quid sentiat Theodoretus quæstione quinquagesimanona in *Theodoretus.* Genesim, qui quidem putauit fuisse Syriacam; Quænam autem sit, ait ille, lingua omnium antiquissima, nomina ipsa indicant. Adam enim, & Caim, & Abel, & Noe propria sunt nomina linguæ Syriacæ: Syrorum enim mos est, terram rubram appellare Adam. Sic Theodoretus. At è contra putauit *Refellit* Pererius libro de confusione linguarum, octaua disputatio- *Theodoretus.* ne, opinionem Theodoreti esse falsam: immo arbitratus est, vt aliæ linguæ, vt Syriaca, siue Caldaica, & Arabica, vt riuuli deriuatæ sint ex fonte linguæ Hebraicæ. Beatus Augustinus *Aug.* putauit confusionem linguarum pœnam fuisse illorum hominum impietatis: quibus illa pœna non attingit eos par est

credere impietatis illorum hominum non fuisse participes Sic Pererius ex sensu Beati Augustini. Qui quidem Augustinus arbitratus est linguam Hebraicam, & caracteres, & litteras ipsas fuisse in vsu ante Moysen, & omnium aliarum linguarum fuisse primam, eaque vsum esse omne genus humanum ante ædificationem Turris Babel, & ab ipso Heber Hebræam esse appellatam. Tostatus quoque fuit eiusdem sententiæ capite Genes. vndecima quæstione prima, & secunda, idem sentit Caietanus quod Tostatus. Beati Augustini homilia vndecima libro Numerorum, Genebrardus quoque in eius Cronologia. Suidas tradidit appellatos fuisse ædificatores illos Meropes ob diuisam vocem. Philo in libro de confusione linguarum declarans quid sit confusio. Sic locutus est: At confusio fit, cum penetrantibus se inuicem partibus qualitates earum pereunt, vt corruptis rebus, quæ prius fuerant, vnius nouæ, & a prioribus diuersæ existat generatio, quod accidit in Medicorum compositione, quam vocant Tetrapharmacum, quæ constat è cæra, pice, Resina, & Adipe: hæc semel composita, & inuicem confusa non possunt vlla arte separari, vt redeant ad qualitates primas; sed cum singulæ nusquam appareant, ex omnibus corruptis vna egregia conficitur.

Caiet. *Tostatus* *Aug.* *Suidas.* *Philo.* *Quid sit cõfusio.*

†

QVOMODO

QVOMODO FACTA FVIT LINguarum confusio, & de numero linguarum, in quas prima lingua communis omnium multiplicata esse dicitur.

Caput Sextum.



Vomodo vero illa confusio linguarum, & diuisio facta sit, ad hoc dicemus primo fecisse Deũ obliuisci omnes illos homines præter Eber, & familiam eius, obliuionem vero attulit illis hominibus, & tanta contigit eius linguæ ignorantia, vt cum ea loquentes audirent ipsum Heber, & Phaleg, quasi nihil de ea vnquam, vel nouissent, vel audissent nullo modo eos intelligerent. Sic sensus Pererij loco superius citato, nona disputatione. Qui quidem arbitratus est diuersitatem linguarum fuisse pro diuersitate illarum gentium, & familiarium: Sed quia Moyses recensuit septuagintaduas familias, ac gentes ortas ex tribus filijs Noe, ergo totidem quoque linguas fuisse credendum est. Epiphanius in suo Panario scriptum reliquit Deum distribuisse illos homines ex vna lingua in septuaginta duas. Beatus Augustinus in libro de Ciuitate Dei, capitulo tertio, sic ait, propterea numerus illarum gentium, & linguarum dicitur fuisse septuaginta duo. Prosper. libro secundo de vocatione gentium, capitulo quarto, in eadem sententia locutus est. Origenes homilia vndecima in libro Numerorum sic locutus est, illud quoque, quod in Genesi scriptum legimus, Deum (ad Angelos sine dubio loquentem) dicere, venite, & confundamus linguas eorum, quid aliud significare putandum est: nisi quod diuersi Angeli diuersas in hominibus linguas, & loquelas operati sunt? vt verbi gratia vnus aliquis Angelus fuerit qui Babylonicam, tunc vni earum gentium impresserit linguam, alius

Pereri. *Epiphanius.* *Aug.* *Prosper* *Orig.*

Ægyptiam,& alius, qui Græcam. Sic verba Origenis. An vero fuerint ſeptuaginta duo gentes, aut familiæ in ædificatione Ciuitatis, & Turris Babel hoc difficillimum eſt definire certo aliquo numero. Dixerunt patres, & in ſcriptis prodiderunt tot fuiſſe linguas quot familiæ in diuiſione linguarum, verum rem eſſe valde dubiam, & incertam, & ferme incompræhenſibilem hoc manifeſtum eſt. Sic ſenſus Pererij. Philo in libro de confuſione linguarum inquit, Ethnicos calumniaſſe hanc hiſtoriam Moyſis de confuſione linguarum dicentes non eſſe hiſtoriam, nec veram geſtarum rerum narrationem; cum ſit id prorſus incredibile, ſed eſſe cemmentitium eius ad ſimilitudinem poeticarum fabularum ab eo confictũ. Ad propulſandam calumniam Ethnicorum ſe profert Philo ad allegorias, quaſi ea, quæ ſcripſit Moyſes aliter vera eſſe, nec a calumnijs vindicari poſſent. Pererius vero in libro de confuſione linguarum, vbi agit de numero earum, ſic ſcriptum reliquit niſi in verbis proprijs ſaltem in ſenſum, & ſententia, in principio inquit ille fuiſſe communem omnibus hominibus, qui tunc fuerunt vnam linguam: Obliuionem vero & ſubitam aliarum linguarum cognitionem, atque vſum, non ex cauſis naturalibus contigiſſe illis hominibus, nec illorum hominum voluntate, & induſtria, ſed vnius Dei voluntate, & potentia, ſimulque Angelorum miniſterio iuſſa Dei exequentium. Si quis autem cenſet vt id Deus facere potuiſſet, omnemque diuinis miraculis fidem abrogat, in antrum extremæ dementiæ dimittendus eſt, & meritis pleƈtendis ſupplicijs. Sic ipſe Auƈtor.

Philo.

†

DE PROGENIE SEM VSQVE ad Abraham, & in quo tempore natus sit ipse Abraham.

Caput Septimum.



AE sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post Diluuium. Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad quingentis annis, & genuit filios, & filias. Porro Arphaxad vixit trigintaquinque annis, & genuit Sale. Vixit que Arphaxad postquam genuit Sale, trecentum tribus annis: & genuit filios, & filias. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale postquam genuit Heber quadringentis tribus annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber trigintaquatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg quadringentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg postquam genuit Reu ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu trigintaquinque annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug ducentis septem annis: & genuit filios, & filias. Vixit quoque Sagur triginta annis, & genuit Nacor. Vixitque Sarug postquam genuit Nacor ducentis annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Nacor viginti nouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nacor postquam genuit Thare centum decem, & nouem annis: & genuit filios, & filias. Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nacor, & Aran. Genes. capitulo vndecimo, vers. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Vtrum vero inter Arphaxad reponenda sit generatio Chainaan, necne. Visum est Septuaginta Interpretibus, & Beato Lucæ eam reponere. At ex aduerso nec Scriptura Hebraica, nec paraphrasis Chaldaica, nec vulgata Latina traditio eam habet. Nonnulli arbitrati

70. Interpretes. Lucas.

bitrati sunt Sale, & Cainam non fuisse duos homines, sed vnum, & binominum, qui & Sale, & Cainam appellaretur, & legi debere, qui fuit Sale, qui & Cainam: & hæc opinio fuit Ioannis Lucidi in libro primo de emendatione temporum, capitulo sexto: Lippomanus in Catena, & Melchior Cano libro secundo de locis Theologicis, capitulo decimooctauo, censent isti generationem Cainam intercessisse inter Arphaxad, & Sale: eamque septuaginta ex traditione suorum maiorum inseruisse suæ translationi: quam Moyses prudens, & sciens prætermisit, quia voluit ab Adamo, vsque ad Diluuium, & a Diluuio, vsque ad Abraham in duas Decades distinguere ob aliquam certam causam mysticam nobis occultam, sic Pererius libro decimosexto de progenie Sem, vsque ad Abraham in dicta disputatione ex Lippomano, & Cano, qui quidem Pererius concludit generationem Cainam non fuisse in omnibus libris Septuaginta Interpretum, sed in nonnullis illorum qui corrupti, & deprauati fuerunt: & inde transtulisse aliquem natum ex illis libris mendosis, & posuisse eam generationem in Euangelium Lucæ. Beda valde miratus est cur Beatus Lucas maluit ponere vndecim generationes, iuxta Septuaginta Interpretes adiecto Cainam, quam sequi Hebraicam veritatem, quæ commemorat tantum decem generationes a Diluuio, vsque ad Abraham. Anni vero qui fluxerunt a tempore Diluuij, vsque ad ortum Abrahæ fuerunt, vt ait Pererius duodecima disputatione, loco superius citato, ducenti & nonaginta duo. Quoto anno vero ætatis Thare natus sit Abraham variæ sunt opiniones, nam Nicolaus de Lyra, Caietanus, Theodoretus quoque qui prius anteponendus erat, aiunt isti Thare cum esset septuaginta annorum cœpisse generare filios, & eo anno primum filium genuisse Aran, deinde aliquot post annos Thare genuit Nachor, nouissime autem cum esset iam centum triginta annorum genuit Abraham. Putauit Pererius Abraham bis ex Vrbe Chanam venisse in Regionem Chananæam, primum venit cum esset ipse septuaginta quinque annorum relicto patre viuo in Charram annum agente tunc centesimum quadragesimum quintum,

Ioannes Lucidus *Lippomanus.* *Melchior Canus.* *Beda.* *Nic. de Lyra.* *Caiet.* *Theodoretus.* *Pereri⁹.*

tum, post hunc primum aduentum in ea regione per sexaginta annos peregrinatus est; postremo vero annunciata patris morte reuersus est Charram, vt vel patris funus curaret, vel ne bona, quæ paterna hæreditate sibi obuenerant perderet. Sic Pererius, qui hoc tradidit ex mente Beati Augustini libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo decimoquarto. *Aug.*

DE ABRAHAE ORTV CONIVGIO, *& de migratione in Mesopotamiam, & si Abraham fuerit primogenitus Thare, & de Sara vxore eius.*

Caput Octauum.

Fuit opinio Clementis Alexandrini, Caietani, & Lippomani Saram veram fuisse sororem ipsius Abrahæ eodem patre, sed non eadem matre. Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genesim super caput vndecimũ Genes. arbitratus est Saram fuisse filiam Aran fratrem Abrahæ. Clemens Alexandrinus, Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genes. super cap. vigesimo: Caietanus quoque, & Lippomanus putarunt tempore Abrahæ fuisse licitum matrimonium inter sorores, & fratres non vterinos. Verum Pererius ait libro de progenie Sem, decimaquarta disputatione, alios fuisse, qui putarunt Abraham contraxisse matrimonium ex singulari quadam Dei reuelatione, quo scilicet Abraham generaturus populum fidelem ad id muneris vxorem idoneam nempe Religiosam, fidelemque sororem acciperet, verum putauit ipse Pererius Saram fuisse filiam Aram fratris Abrahæ, qui quidem inquit in detestatione huius coniugij, & neptis inter fratres. Nuptias quidem Ptolomæi Philadelphi Regis Ægypti cum sorore sua Arsinoe, Teocritus *Clemens Alex.* *Caiet.* *Lippomanus.* *Hier.* *Pereri⁹.* *Quis pater fuerit Sarã.*

Nuptiæ iter fratrem, & sororem Teocritus. Leui 20 critus Poetica, & sordida adulatione celebrauit carminibus, comparans eas nuptijs Iouis, & Iunonis. Sic ille. At coniugium, & commistio fratris, & sororis, quam sit indecens declarauit Deus atrocissima pœna, qua qui id tentassent puniri voluit Leuitic. vigesimo. Num vero Abraham eo quod noluerit more Chaldæorum ignem adorare coniectus sit in ignē indeque saluus, & incolumis diuino beneficio liberatus, existit formosa quæstio. Hæc autem fuit traditio Hebræorum, quam secutus est Beatus Hieronymus in traditionibus Hæbraicis in Genesim: ex aduerso Pererius loco superius citato, decimaquinta disputatione, arbitratus est Abraham eiectum non esse in ignem iussu Nemrod, sicut tradunt Hæbræi, quoniam inquit ille, Abraham natum esse tribus, & quadringentis annis post mortem Nemrod, vt videtur ex sententia *Euseb. Hier. Aug. Cyrill. Beda. Ioseph. 70. Interpretes.* Eusebij, Hieronymi, Augustini, Cyrilli, Bedæ, Isidori: Sed quia Hæbræi conati sunt ostendere Thare duxisse Abrahæ filium suum de Vr Chaldæorum, hoc intelligitur liberasse eum ex igne illorum. At ipse Pererius, ait: Ecce tibi vocabulum Vr hoc loco non posse significare ignem, vel incendium, sed esse nomen proprium Ciuitatis luce ipsa meridiana clarius est. Iosephus libro primo Antiquitatum, & Septuaginta Interpretes putarunt pro Vr intelligi debere Vrbem Chaldæorum. Verum in capite nono, libri secundi Esdræ, proditum est Deum eduxisse Abraham ex igne Chaldæorum, ad hoc respondit Pererius dicens verisimile esse aliquem Latinum Interpretem posuisse ipsum vocabulum Hæbræum: Verum ait ille, si hoc non placet lectori, cum dicitur Abraham eductus de igne Chaldæorum vocabulum ignis non proprie, sed metaphorice positum esse, idest pro persecutione, & tribulatione accipiat. Sic ille. *Ioseph.* Iosephus libro primo Antiquitatum, sic locutus est. Cum videret Abraham, quod veri Dei cultus palam, & libere prædicaret, Chaldæos, & Mesopotamitas contra se insurgere, consilium migrandi cæpit, & voluntate, ac fauore; Dei fretus terram Chanaam tenuit. Sic Iosephus. Vtrum vero Thare pater Abraham fuerit aliquando Idolorum cultor. *Epiph.* Epiphanius, & Hæbræi senserunt Thare fuisse

Idolatram:

Idolatram: & primus poſt Orbem conditum fuit Aram filius Thare, qui mortuus fuit ante patrem. Suidas de vocabulo Saruch, ſic ſcriptum reliquit. Saruch defunctos præſtantes viros quotannis adorari iuſſit, tanquam adhuc viuentes, & memoriam eorum celebrari, & in Sacros Commentarios referri, & Deos eos iudicari tamquam benefactores. Sic ex Suida. Et in libro Ioſue capitulo vigeſimoquarto, ſic proditum eſt. *Thare pater Abraham, & Nachor ſeruieruntque Dijs alienis.* At ex aduerſo Beatus Auguſtinus ſuper locum libri Iudith, capitulo quinto, ſic locutus eſt; manifeſtum eſt Domum Thare perſecutionem paſſam fuiſſe a Chaldæis pro vera pietate, qua vnus, & verus ab eis colebatur Deus. Sic ille. Philo autem oſtendens quantæ virtutis, & excellentiæ fuerit Abraham, ſic de illo locutus eſt. Cum enim ſe maxime cognouit, tunc deſpexit maxime ſe ipſum, vt eum, qui vere eſt perfecte cognoſceret. Sic enim euenire ſolet: nam qui ſe ipſum valde cognoſcit, etiam valde contemnit: reputans quam nihil ſit quicquid creatum eſt: qui autem ſe ipſum contemnit ad præclaram eius, qui vere eſt cognitionem peruenit. Pererius libro de progenie Sem, decimaſexta diſputatione, ſentit Thare fuiſſe cultorem veri Dei, & pirrum ab Idolatria, dum manſit in Chaldæa, verum cum venerit in Charram extremam Meſopotamiæ Vrbem corruptum fuiſſe, vel ex conſuetudine eius gentis, vel aduentu filij Nachor ex Chaldæa, vel diſceſſu ipſius Abraham, & lapſum eſſe in Idolatriam. Semper ne Abraham veri Dei cultor fuerit, an vero ſuperſtitione Idolatriæ aliquando pollutus ſit: Nunc dicemus quid ſcribat Genebrardus in ſua Cronologia auctoritate Hebræorum id affirmantium, a quibus proditum eſt Abraham quadraginta octo ætatis anno cæpiſſe agnoſcere verum Deum, omnemque Idolatriæ ſuperſtitionem abieciſſe, & hoc contigiſſe eo tempore quo facta eſt linguarum diuiſio extremo vitæ anno Phaleg, quæ fuit ætatis Abraham quadrageſimus octauus annus. Philo quoque, & Andræas Maſius fuerunt in eadem ſententia. At vero contraria fuit opinio, & ſententia Pererij loco ſuperius citato, necnon Ioſephi libro primo Antiquitatũ: Qui

Suidas. *Aug.* *Philo.* *Pereri⁹.* *Genebrardus* *Andr. Maſius.* *Philo.*

Pereri. Ioſeph. Qui quidem de ipſo Abraham, ſic ſcriptum reliquerunt. Abraham natus annos quatuordecim Dei cognitione illuſtratus patrem his verbis compellauit: quid ſeducis homines per cultum imaginum lucri cauſa? non eſt alius Deus, niſi Cœleſtis ille totius Mundi opifex. Ex quibus verbis videtur ſecundum Ioſephum Abraham fuiſſe veri Dei a principio ætatis ſuæ iuuenilis cultorem, & obſeruatorem.

DE VOCATIONE ABRAHAE A Deo ex patria ſua in terra Chanaan, & de peregrinatione eius in terra Aegypti.

Caput Nonum.

Dixit autem Dominus ad Abraham egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Geneſ. cap. duodecimo, v. primo & ſecundo. Hæc vocatio Abraham initium fuit omnis boni, excellentiæ, & Sanctitatis, quam ille poſtea conſecutus eſt, inquit Pererius libro de vocatione Abraham ſuper ipſa verba, quæ quidem vocatio fuit velut figura quædam Iuſtificationis noſtræ, ad quam non meritis noſtris, ſed excitante nos Deo, & vocante peruenimus: vt ſcriptum reliquit Beatus Paulus, dicens, *quos præſciuit, & prædeſtinauit hos, & vocauit.* cum reliquis. Nam ait ipſe Pererius quibus Deus ex æternitate voluit magnam in Cœlis gloriam dare, ijs quoque magna deſtinat merita, eorumque inſignem admodum facit vocationem & Sanctificationem. Sic ille. Cyrillus libro tertio contra Iulianum. De vocatione Abraham ſic prodidit; itaque ex vocatione Abrahæ præfigurata eſt vocatio Iudæorum, & gentium, quippe qui futurus erat pater omnium credentium. Sic ille ex Cyrillo.

Cyrill.

Octies

Octies locutum esse Deum cum Abraham docet historia Moysis. Sed quomodo Deus locutus fuerit cum Abraham verba Basilij in capitulo septimo Isaiæ docent nos qualis fuerit illa locutio in hunc modum scribentis. Equidem arbitror prophetas non præcepisse verbum Dei sensibili auditu: Sed quia animæ illorum intellectuales suppetebant aures, eaque superne ipsis nunciabantur, citra vllam corporis vocem ad eorum pertinebant notitiam, sic Basilius. Tribus modis putauit Pererius Deum locutum fuisse cum Abraham: vel dormienti per somnia diuinitus ei missa, vel vigilanti in extasi, & raptu mentis; vel per Angelos humanæ vitæ figuram gerentes. Basilius in capite septimo Isaiæ inquit, cum dicitur Abrahæ: *egredere de terra tua, & cognatione tua,* significatur illi deberi abstinere a delectatione sensilium, fugiendo crimina vitæ. Sic sensus illius. *egredere de terra tua,* Terra Abrahæ Chaldæa erat, Ciuitas Vr erat id temporis Chaldæa abhominanda propter Idolatriam tunc primo cæptam a Nino, qui patrem suum Bellum diuinis honoribus publice coli iussit. Accessit ad impietatem Astrologiæ pestifera vanitas diuinationis Astrologicæ, cuius fuere Chaldæi parentes, & magistri. Sic Pererius. Beatus Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo secundo, sic scriptum reliquit. Satis fuerat dixisse *egredere de terra tua,* idem enim erat exire de cognatione, & exire de paterna domo, & paulo inferius inquit, tentatur vt Sanctus, incitatur vt fidelis, probatur vt iustus. Verum si expresse Deus nominauerit Abrahæ terram Chanaan, an tantum confuse nominauit terram. Duæ sunt opiniones circa hoc: Vna quã sequitur Caietanus, & Oleaster dicentes Deum appellasse terram illam Chanaan: altera huic contraria sententia probata est multis clarioribus viris aientibus Deum hoc mandato non indicasse Abrahæ nomen terræ Chanaan. Cur autem Deus voluerit Abraham tamdiu in tantis regionibus peregrinari: Complures eius rei causas probabiles afferre licet; primo, quia peregrinationes plurimum conducunt ad perfectam rerum humanarum scientiam prudentiamque: nam ex multis experimentis legum, consuetudinum, ingenio-

Basil.

Quomodo Deus loqui potuerit cũ Abraham.

Pereri⁹.

Basil.

Amb.

rum, morum, factorum constat. Simulque quo clarius cerneret instabilitatem rerum mundanarum, cæcitatemque omnium gentium, quibus nulla lux diuinæ gratiæ affluxisset. Deinde ne Abraham impediretur ab amicis, ac parentibus eius. Sic sensus Pererij libro de peregrinatione Abrahæ super verba superius citata. At ego arbitratus sum, quod Deus seruum suum Abraham sic peregrinari fecisset, vt probaret patientiam illius, & nobis exemplum præstaret, quod semper parati esse debemus ad sustinendas quascumque tribulationes, quas Deus nobis daturus sit; & quod multæ afflictiones inueniuntur Deo seruiendo, persecutiones, & mortificationes: & sane nil aliud expectare debemus, quoniam Dominus noster, vt manifeste videtur in Sanctis suis parum consotationis, & boni temporalis confert illis. Recte igitur inquit Sapiens: *Filij si vis seruire Deo præpara animam tuam ad tentationem.* Philo in libro quem inscripsit de migratione Abraham, intelligentiam huius Historiæ allegorice tractat, quam quidem expositionem breuitatis causa prætermittimus. Verum vbi erat Abraham cum hoc Dei mandatum accepit, Augustinus libro primo de Ciuitate Dei, capitulo decimooctauo, sic inquit, intelligendum est locutum fuisse Deum cum Abraham, cum is esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charram. Sic ille. Fuit sententia Iosephi, Philonis, & Eusebij libro nono de præparatione Euangelica, capite vltimo, Epiphanij, Hieronymi, & Augustini, Abraham non in Ciuitate Haran esse natum, sed in Chaldæa, & ibi ortum habuisse. Abbas Paphanutius, vt inquit Cassianus collatione tertia, tribus modis distinguit vocationes, vnam ait esse factam a Deo, vt fuit illa Abrahæ, altera vocatio fit per homines, sic per Moysem Hebræos Deus ex Ægypto vocauit in terram promissionis, & per Eliam vocauit Elisæum. Tertius modus vocationis oritur ex necessitate, siquidem mala, quæ nos præmunt ad Deum ire compellunt: & sic moraliter locutus est Paphanutius. Abraham igitur iussus est a Deo relinquere patrem, cognatos, & paternam domum; sed mox addita est merces amplissima, scilicet promissa est numerosa posteritas, & gloriosa,

Salomo. *Philo.* *Aug.* *Ioseph.* *Philo.* *Euseb.* *Paphnutius.*

affluentia

affluentia bonorum temporalium, Claritas nominis, & famæ, diuina beneuolentia, & quod est super omnia, Messias ipse, ex cuius stirpe generandus erat. Sic Pererius, qui quidem comparationem faciens inter ea, quæ reliquit Abraham, & illa, quæ adeptus est, ostendit multo maiora esse ea, quæ donauit Deus: vnde exclamans ait, ò admirabilem commutationem rerum. Exigua, Vilia, peritura bona, quibus nos ipsi priuamur propter Christum, amplissimis æternis bonis a Deo compensantur. Caietanus in capite duodecimo Genesis, ait, septem bona promissa esse Abrahæ, vt per ipsum numerum septenarium vniuersitas omnium bonorum insinuaretur: primum fuit principatus magnæ gentis: secundum copia facultatum, tertium gloria nominis: quartum complexio omnium Dei benedictionum: Quintum benefaciet Deus amicis Abrahæ: Sextum, quod inimicos eius vlciscetur: Septimum, quod in ipso benedicendæ essent omnes cognationes, quia per Messiam filium Abrahæ ex omni gente aliqui benedicti sunt per Christum, qui mortuus est pro nobis. Sic sensus Pererij ex sententia Caietani.

Caiet.
Septẽ bona Abrahæ promissa.

†

DE TEMPORE, QVO DEVS PROmissionem dedit Abrahæ, vsque ad tempus Legis in monte Sina à Deo datæ: quadringenti, & triginta anni præterierint necne?

Caput Decimum.

Paulus Apost.

Eatus Paulus declarans fuisse factam legem post quadringentos, & triginta annos scribens ad Galatas sic videtur intellexisse, idest inter promissionem Abrahæ dictam, & legem Moysis annos prædictos transactos esse. Iosephus libro primo Antiquitatum scripsit fabricam Templi Salomonis cæptam esse mille annis, & viginti post migrationem Abrahæ ex Mesopotamia in terra Chanaan: & annis 592. post egressum Hæbræorum ex Ægypto. Pererius libro de peregrinatione Abrahæ, secunda disputatione, articulo quadragesimosexto, monet Lectorem non prætermittere supradictam descriptionem temporis a promissione Abrahæ, vsque ad legem Moysis constitutam, & firmatam habere: quia inquit ille si teneatur tota Sacræ Historiæ Cronologia ab exordio mundi, vsque ad Captiuitatis Babylonicæ Iudæorum solutionem, & ab initio libri Genesis, vsque ad libros Esdræ, idest per annos plus 3430. perpetua serie inoffense, atque expedite procedit. Etenim ab exordio mundi, vsque ad Diluuium anni 1656. colliguntur ex capite quinto Genesis. A Diluuio, vsque ad ortum Abrahæ anni 292. Gen. vndecimo. Ab ortu Abrahæ, vsque ad promissionem ei datam a Deo, & aduentum eius in terram Chanaan anni 75. Gen. duodecimo. A promissione Abrahæ, vsque ad egressum Hebræorum ex Ægypto, siue vsque ad legem Moysis 430. tertio Regum sexto. A quarto anno Regni Salomonis, quo anno Templum ædificari cæptum est, vsque ad Captiuitatem Babylonicam

Ioseph.

Pereri⁹.

nicam Iudæorum regnante Sedechia anni 430. ex libro tertio, & quarto Regum. Denique hinc vsque ad solutionem eiusdem captiuitatis sub initium Regni Cyri 70. anni; 2. Paralip. Ecce continuus Sacræ Cronologiæ decursus. At si vero computatio illa annorum 430. a promissione Abrahæ, vsque ad legem Moysis infirmetur, ac labefactetur, necesse est, vt vacillet Sacra Cronologia, videlicet continuatio eius longo interuallo intercidetur: Sic Pererius. Sequitur. *Egressus est itaqu Abraham, sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Loth. Septuagintaquinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Haran: Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan, Gen. cap duodecimo, vers. quarto, & quinto.* Perfecta obedientia Abrahæ a Beato Gregorio super librum primum Regum, capite tertio, valde laudata est, & in eadem sententia locutus est Pererius declarans eximiam pietatem, & obedientiam Abrahæ. *Greg.* Nonnulli putarunt Abraham secum duxisse eos omnes, quos in Ciuitate Haran ex Idolatria a se conuersos ad rectam fidē acquisierat Deo, qui libentissime eum secuti sunt, vt vitæ suæ Spiritualem parentem, ac fidei magistrum: & secum duxisse Abraham numerosissimam seruorum turbam, hoc probatur Genes. decimoquarto. Abraham suis tantum vernaculis, & non quibuslibet, sed robustis ad bellandum trecentos decem, & octo ad pugnam eduxisse. Sic ex Pererio. Iosephus libro primo Antiquitatum. Eusebius libro nono de præparatione Euangelica, capitulo vltimo, inquiunt ipsi, auctorem fuisse Nicolaum Damascenum, qui prodidit Abraham regnasse Damasci. Iustinus libro trigesimo in eadem sententia fuit. Verum hæc opinio, vt absurda a Pererio refellitur, quoniam inquit ille Moyses non tacuisset rem tam memorabilem ad illustrandum genus Hebræorum, si sic actum fuisset: Nempe Abraham grauiter peccasset, si spreto mandato Dei, quo iubebatur ire ex Mesopotamia in terram Chanaan: siquidem post habitis Dei promissis, regnum sibi componere studuisset. Adijce quod Abraham se peregrinum, & aduenam esse dixit.

Ioseph. *Euseb.* *Iustin.*

Nusquam

Nusquam igitur certam, & propriam sedem habuit: tantum abest, vt regnũ obtinuerit. Sic vis locutionis Pererij. Sequitur *Cumque venissent in eam pertransiuit Abraham terram, vsque ad locum Sichem, & vsque ad Vallem illustrem. Chananæus tunc erat in terra, capitulo duodecimo Genes. versiculo sexto.* Andreas Masius loquens de Sichem Ciuitate fugitiuorum. Sic ait. Fuit quidem vt apparet Sichem apud montem potius, quam super montem posita. Sic ille. Verum Borcardus in diuisione Terræ Sanctæ: Paralipomenon primo, capitulo septimo, numero decimosexto, sic locutus est. Inter Montes Bethel, & Dan sita est Vrbs Sichem, hodie Neapolis dicta incredibili amœnitate, ac delicijs abundans; non tamen munita, nec vero munitionis capax, ob idque incursionibus hostium obnoxia. Sic ille. De Valle, aut conualle illustri sic tradit ipse Borcardus: in planitie media inter duos Montes Gelboe, & Hermon, incipit conuallis dicta illustris ob eius amœnitatem, atque pulchritudinem. Hæc autem extenditur a planitie per totum defluxum Iordanis, vsque ad Mare mortuum. Sic ille Auctor. Lyranus, & Tostatus (vt inquit Pererius) putarunt hanc conuallem illustrem fuisse eam planitiem, in qua erant illę quatuor Ciuitates Sodoma, Gomorra, Adama, Leboim, & ab his paulo distans Bala, seu Segor: quæ quidem planities propter eximiam vbertatem, & amœnitatem, priusquam Ciuitates illæ incendio deflagrarent Vallis illustris vocabatur. At indicans nobis Moyses, quæ gens habitasset in terra, quando Abraham peruenit ad Vallem illustrem, inquit, *Chananæus tunc erat in terra.* Sequitur. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, Genes. capitulo duodecimo, versiculo septimo.* Chrysostomus homilia trigesimasecunda in Genesim, inquit, Diuinam Scripturam esse quasi mercatum Spiritualem, medicorum, ac medicamentorum officinam animabus nostris. Nusquam in Sacris literis legitur Deum apparuisse alijs, sed id primo de Abraham Scriptura prodidit. Qualiter autẽ Deus apparuerit Abrahæ, inquit Pererius libro de peregrinatione Abrahæ, super verba superius citata sic, nempe, ab eo

Andr. Masius. *Borcardus.* *Lyran.* *Tostat⁹.* *Chrys.*

visus

visus est; vt ipse solus sit, & vt ille possibile erat videre. Caietanus inquit apparuisse Dominum Abrahæ in somno: duobus modis deus animos piorum hominum cum in periculis versantur consolari solet, per interiores illuminationes, & inspirationes illis significando esse ipsos in eius gratia, & cura: loquendo illis ad cor Spirituali dulcitudine eos replendo, quos nemo scit, nisi qui accipit. In ædificatione altaris Deo ad Abraham possumus agnoscere veram pietatem, Religionem illius, confessionem suæ infirmitatis, laudem Diuinæ bonitatis, prædicationem nominis Dei, oblationes, & sacrificia gratiarum actionem, petitionem bonorum a Deo, & omnia, quæ vero & fideli seruo Dei possunt effici, nihil illum prætermisisse. Sic ex sensu Pererij. *Caiet.*

DE DESCENSIONE ABRAHAE *in Aegypto, & peregrinatione illius in eo Regno, & de periculo, in quo fuit causa vt supra, & quomodo eum Deus liberauerit.*

Caput Vndecimum.

Facta est autem fames in terra: Descenditque Abraham in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra, vers. decimo. Pererius super verba superius vocata libro de peregrinatione Abrahæ, inquit, triplex periculum contigisse Abrahæ: Vnum ex generali fame, propter quam coactus fuit discedere ex regione Chanaan: alterum vitæ apud Ægyptios propter vxoris pulchritudinem: Tertium pudicitiæ vxoris. Accessit etiam vehemens dolor ex separatione vxoris. Causam cur Deus voluerit tam grauiter tentari, & vexari Abraham affert ipse Pererius fuisse pro probanda prudentia illius, & magnitudine animi, vt mirabiliter explendesceret: & sic appareret, & cognosceretur clare fides, spes, patientia, *Pereri⁹.* *Causæ tẽtationis Abrahæ*

tientia,& constantia illius pietasque,& religio erga Deum,& in rebus non tantum aduersis, verum etiam terrificis perfe ctior in dies, atque illustrior euaderet, sic sensus sententiæ illius,& sic verificatur illud Pauli ad Hebræos 12. *quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit*: de cæcitate Thobiæ, sic scriptum est. Tob. 2. Hanc tentationem ideo permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & Sancti Iob. Causa autem discensionis Abrahæ ex Chanaan in Aegypto nulla alia fuit, quam fames ex inopia frumenti: & sic diuina prouidentia Sanctum virum illum misit occasione famis, vt quemadmodum Palæstinos, ita quoque Aegyptios verbo prædicationis, & suarum virtutum exemplo erudiret. Sic ex verbis Pererij, qui hoc sumpsit ex Chrysostomo homilia trigesima in Gen. Causæ vero, quæ sæpe faciunt vt nonnulli longinquas peregrinationes suscipiant hæ sunt: naturalis quidam multorum vanitas,& instabilitas. altera causa est necessitas, quo aliquod magnum malum vitetur, vel famis, vel supplicij: tertia causa vtilitas cuius generis sunt mari, terraque peregrinationes, militum, atque mercatorum. Quarta causa cupiditas discendi res nouas,& abstrusas. Quinta causa studium venandi quamplurimos,& ad veri Dei cognitionem adducendi. Sexta causa Sancta cupiditas visendi,& venerandi Sacra loca, in quibus Saluator noster,& beatissima eius mater dum in terris erant versati sunt; vel vbi aliorum Sanctorum Apostolorum monumenta sunt. Sic ex auctore prædicto. Sequitur. *Cumque prope esset vt ingrederetur Aegyptum dixit Sarai vxori suæ: noui quod pulchra sis mulier, & cum viderint te Aegyptij dicturi sunt vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt.* ab exemplo vxoris Abrahæ, qui timuit causa eius pulchritudinis necatum esse, ducturis vxorem exemplum præstatur non optandam esse raram pulchritudinem vxoris, si quietum, ac suaue coniugium cuperent, intemperatiores,& profusiores libidinis erant Aegyptij, quam Chananæi, & mulieres Chananææ erant multo candidiores, & pulchriores, quam Aegyptiæ, & ideo Abraham magis timuit ammittere posse pudicitiam Sarai, quam in terra Chanaan.

Paulus Apost.

Thobias

Chrys.

Causæ longinquæ peregrinationis

naan. Sic sensus Pererij. Sequitur. *Dic ergo obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingressus esset Abraham in Aegyptum viderunt Aegyptij mulierem, quod esset pulchra nimis, & nunciauerunt Principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud eum, & sublata est mulier in domo Pharaonis, Genes. cap. duodecimo, vers. decimotertio, decimoquarto, decimoquinto. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est Rector Ciuitatis tales & inhabitantes in ea*, inquit Sapiens in Ecclesiast. decimo. Eadem sententia fuit Cicer. in Epistola ad Lentulum, libro primo, verum adulatio est maxime frequentata apud magnates, & Principes, placitura eis tantum suggerentes: voluptatibus, & libidini obsequentes honestates sub virtutis nomine. Impia sane est malorum principum libido, & insuperabilis, inquit Pererius. Qui quidem de mulieribus raptis, sic scriptum reliquit. Aegyptij Isidem filiam Inachi Regis Argiuorum è Græcia rapuerunt, & nauigio deduxerunt in Aegyptum: quam postea Diuinis coluere honoribus. Græci Europam Agenori Regis filiam è Phænice raptam naui, cui Bouis insigne fuit in Cretam detulerunt. Iaso Thessalus Colcos nauigans Medeam Regij sanguinis inde vexit in Græciam. Paris Troianorum Regis Priami filius Helenam Menelai Regis Coniugem è Sparta raptam, Illium abduxit. Sic ille. Sequitur. *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & Domum eius propter Saram vxorem Abraham, vers. 17.* Sed audiat Lector, quid scribat Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo secundo: Magnum, inquit, præbet hic locus testimonium documentumque castitatis: vt nemo alienum affectet torum; nec latendi spe, aut faciendi impunitate alienam vxorem incestet; nec ad id inscitia, vel stultitia prouocetur mariti, aut longiore absentia. Et quibusdam interpositis; ait ipse: & si maritum adulter fefellit non fallet Deum: nec si maritum euaseris, aut iudicem fori luseris; etiam iudicem totius mundi euadere poteris. Sic ille. Verum flagella, quæ influxit Deus Pharaoni, Hebræorum sententia est fuisse fluxū seminis; ita vt nullo modo viri uti possent uxo-

Eccl. 10.
Cicero.
Perer. de mulieribus raptis.
Amb. De non affectando toro alieno.

ribus suis. Alij tradunt fuisse Sarai Angelum quendã familiarem, & custodem eius pudicitiæ. Huic autem cum dicebat Sarai, vt percuteret eũ, vt ne accedere posset ad Sarai: & hac ratione coercuisse Pharaonem a concubitu Sarai. Ioseph. li. primo Antiquitatum arbitratus est fuisse pestilentiam, & seditiones: at vero Philo inquit fuisse corporis, & animi magnum cruciatum. Sic ex Pererio. Sequitur. *Vocauitque Pharao Abraham, & dixit ei quidnam est hoc quod fecisti mihi? vers. decimooctauo.* Cur vero cognouit Pharao Sarai vxorem esse Abrahæ, inquit Iosephus libro primo Antiquitatum. Sacerdotes consultos a Rege de tam graui flagellatione, respondisse, id ei propter Abrahæ viri vxorem contigisse: potest etiam esse Sarai interrogatam ab Ægyptijs veram eius calamitatis causam aperuisse, inquit Pererius. *Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade.* Chrysostomus homilia trigesimaprima in Genesim, arbitratus est Saram non fuisse pollutam a Pharaone: Deus, inquit ille, acerbissima pœna percussum Regem discedere fecit a nefario flagitio, coercuit ab irrationali impetu, cohibuit in continentem mentem, alligauit concupiscentiam indomitam, refrænauit furoris insaniam, sic ille. Cur autem Scriptura non explicate docuerit Saram non fuisse pollutam a Pharaone, sicut id expressit de Rege Abimelech, Genes. capitulo vigesimo: Theodoretus in Catena super Genesim, sic ait; cum primum Sarai rapta est a Pharaone, Deum ægrotatione quasi vinculo quodam eum obligasse ne Saram violaret: & quibusdam interpositis, inquit ille: Verum Saram per id temporis paritura erat Isaac. Ne igitur suspectum illud semen esset, ibi scriptum est seruatam eam fuisse a Deo ne ab Abimelech pollueretur. Ex verbis Theodoreti manifeste videtur ægrotatione Pharaonis satis fuisse ad eum effrænandum, ne Saram pollueret: & pro hac causa declaratum non esse, quod ille rem non habuit cum illa. At vero de Abimelech, quia alia causa assignata non fuit, ideo Scriptura declarauit eam ab ipso Rege non fuisse pollutam. Rupertus libro quarto Commentariorum in Genesim, capitulo septimo, inquit, hoc, quod successit Abrahamo, fuisse quasi prophetiam

Ioseph. *Philo.* *Ioseph.* *Chrys.* *Theodoretus.* *Rupert.*

corum,

eorum, quæ post aliquot sæculis ventura erant posteris eius descendentibus in Ægyptum. Beatus Ambrosius adhortans Lectorem, vt omni animo, pietate, & deuotione Deum colat exemplo Abrahæ, vt saluus, & incolumis euadere possit ab omnibus angustijs, & ex illis gloriam accipere. Sic locutus est. Pulcherrimus locus est hic ad incitandum studium deuotionis: quod is, qui Deum sequitur, tutus semper est, & ideo Deum præferre debemus omnibus: nec patriæ contuitu, nec parentum, aut filiorum gratia, nec vxoris contemplatione reuocari debemus ab executione præceptorum cœlestium: quia Deus nobis omnia largitur, & potens est seruare, quæ donat. Sic ille. *Amb.*

VBI MANSERIT ABRAHAM *quando venit in Aegyptum, & quanto tempore ibi steterit, & de voce Pharaonis.*

Caput Duodecimum.

Probata opinio est multorum Scriptorum Homerum fuisse minimum annis centum post bellum Troianum; fuit in eodem ipso tempore Heli Iudex, & Pontifex Hebræorum: & circa tempora Regis Salomonis vixisse, eum, credendum est. Multæ opiniones proditæ sunt a varijs Scriptoribus, vt Herodoti, Diodori Siculi, Eusebij, Cornelij nepotis, Solini, Cyrilli Alexandrini, Cassiodori, de ætate Homeri: qui quidem auctores cum sint varij, variæ sane sunt, & sententiæ illorum virorum. Nec ego putaui eas dignas esse afferre in hoc loco, quia ponunt potius confusionem, & ambiguum reddunt hominem, quam aliquam conclusionem afferant ei. Manifestum fit, inquit Pererius libro de peregrinatione Abraham, quarta disputatione, Moysem

Quo tempore viuebat Homerus. *Herodotus.* *Diodor.* *Euseb.* *Cornel.* *Solinus.* *Cyrill.* *Cassiod.*

Moyses antiquior Homero. Caiet.

sem prope quingentos annos fuisse Homero antiquiorem, Abraham vero plus nongentos. Sic ille. Caietanus in capite duodecimo Genesim, disputans, vtrum peccauerint Abraham, & Sarai in conuentione inter illos facta: Videntur (inquit ille) peccasse: quia ea conuentio ordinabatur ad finem illicitum, ad coniugium nempe Sarai cum alio viro; vt etiam rei probauit exemplum: & paulo inferius quibusdam interpositis excusans illos videtur sensisse non peccasse, sic scribens, excusatur autem vterque ab eiusmodi factis fere simulatis ex fiducia, quam vterque habebat in Deo: confidebant enim Deum ante prouisurum, quam ad nouum veniretur coniugium, si quis autem in hoc negotio putat alia dicta, & facta interuenisse; cum ea nec tradat, nec insinuet Scriptura, ipsi sibi parit quæstiones. Hactenus ex Caietano. Pererius in quinta disputatione, libro de peregrinatione Abraham arbitratus est Abraham non peccasse suadendo vxori, vt diceret se sororem esse illius: Nam si putassent Ægyptij Saram vxorem esse Abrahæ certum erat, fore vt propter pulchritudinem illius, cum essent illi admodum libidinosi, inflammati amore Sarai, interficerent Abraham: & eminentibus Abrahæ duobus periculis, aut perdendæ vitæ, aut violandæ pudicitiæ Sarai; nec vtique posset occurrere, prudenter fuit minus subire periculum, vt maius effugeret. Quod si suasisset Abraham Sarai, vt interrogata ab Ægyptijs vtrum vxor eius esset id negaret haud dubie peccasset: & multo quidem grauius si suasisset, vt Aegyptiorum libidini, aut coniugio assentiret. Denique concludit ipse Auctor, hoc factum fuisse ab Abrahamo consilio admonito instinctu Dei, vt custodis, ac defensoris illius, quæ agere deberet promouendo, & illum docendo. Sic ex ipso Auctore. Sequitur. *Ecce coniux tua, accipe eam, & vade; præcepitque Pharao super Abraham viris, & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.* Ex hac narratione colligitur Abraham perbreui tempore mansisse in Aegypto, sed quamdiu manserit ibi equidem hoc incompertum est, quia Scriptura nullam mentionem agit de mansione illius in Aegypto. Iosephus

phus libro primo Antiquitatum, inquit Regem Aegypti intactam reddidisse Abrahæ vxorem, & ampla largitum esse munera, potestatemque dedisse Abrahæ congrediendi cum Sapientibus Aegyptiorum, ex quo factum est, in maximam apud illos existimationem venisse: Nam cum ea gens in diuersis ritibus fuisset vanissima, & nihil veritatis esse demonstrauit; & benigne scientiam astrorum eis impertiuit. Sic sensus Iosephi. Quæ quidem sententia reprobata est a Pererio libro superius citato, sexta disputatione, inquiente, quod non potuisset Abraham in tanta breuitate temporis eas disciplinas Aegyptijs explicare. Confirmat ipse hanc suam opinionem cum verbis Beati Augustini libro decimooctauo, de Ciuitate Dei, capitulo octauo, a quo proditum est Aegyptios primum Iside Magistra litteras didicisse paulo plus duobus annorum millibus ante suam ætatem. Credibilius igitur fuerit Aegyptios, si Sapientiam perceperunt ab Hebræis, accepisse eam a Iacob Patriarcha, qui septem, & decem annos in Aegypto vixit, vel potius a Ioseph viro sapienti, qui per annos octoginta summo cum Imperio secundum Regem præfuit Aegypto. Sic ex Pererio. Philo libro primo de vita Moysis declarans qualis fuerit Sapientia Aegyptiorum tempore Moysis, sic scriptum reliquit: itaque Moyses numeros, & Geometrias vniuersamque Musicam, Rithmicam, Armonicam, Metricem, siue contemplatiuam, siue per instrumenta vocesque promentem varijs modis accepit ab Aegyptijs Doctoribus: & insuper occultam philosophiam descriptam litteris, vt vocant Hieroglyficis, hoc est notis, & figuris animalium, quæ ipsi etiam pro numinibus venerantur. Cæteras liberales artes Græci eum docuerunt. Sic Philo. Ante Moysen disciplinæ liberales, nec literæ quidem erant apud Græcos, nec ante illos sapientes Græciæ, qui circa tempus Babylonicæ captiuitatis floruerunt, nulla fuit apud Græcos philosophia, nec dum sapientia, ex veterum auctorum monumentis compertum est. Sic ex Pererio. Iustinus Martir in responsione ad vigesimam quintam quæstionem Orthodoxorum, inquit.

Ioseph⁹ a Pererio refellitur.

Aug.

Philo.

Iustinus Martir.

quit. Moysen habuisse cognitionē, & eruditum fuisse in omni doctrina Ægyptiorum, vt fuit Astrologia, & Geometria, & illa quæ in maximo prætio erat apud illos, quæ vocabatur Hieroglifica; Harum quidem scientiam habuit Moyses, Vsum vero minime, vtpote contrarium diuino Hebræorum regimini, propter quod ille contempta omni regali potentia Ægyptiorum, maluit cum Dei populo aduersa pati. Sic ex Iustino. Vocabulum Pharaonis non fuisse proprium nomen alicuius personæ, sed commune omnibus Regibus Ægypti manifestum est ex Sacris literis. Nam Pharao Nechao, quarto Regum, capitulo vigesimotertio, & Pharao Epheree apud Hieremiam, capitulo quadragesimoquarto, vocati fuerunt ipsi Reges: Nomen proprium illorum Regum fuit Nechao, & Epheree. Sicuti docuit Eusebius in suis Cronicis, ita scribens: Aegyptiorum Reges omnes tunc Pharaones dicebantur: non hoc sane proprium habentes nomen, sed pro dignitate Regis eo nomine, tamquam regali vtebantur: sicut & apud nos Imperatores Augusti appellantur, habebat ergo vnusquisque Pharao proprium nomen; Hoc nos ex libris Manethonis Sacerdotis Aegyptiorum lectum posuimus, sic Eusebius. Beatus Hieronymus libro nono Commentariorum in Ezechielem videtur scripsisse fere similia: dicens, hoc vocabulo demonstrari Regiam dignitatem, sicut apud Romanos Cæsares, & Augusti appellantur Imperatores: & sic apud Syros appellati fuere Antiochi: apud Parthos, Arsacidæ: apud Philistim Abimelech: & post Alexandrum in Aegypto Reges dicebantur Ptolomæi. Sic ex Beato Hieronymo. Nonnulli arbitrati sunt Pharaones ab Insula Pharo nominatos esse: At vero Pererius sequens sententiam Iosephi putauit eos sic appellatos esse a primo Rege Aegypti; qui Pharao dictus fuit, ab eo Rege inquit ille, id nomen ad omnes eius successores permanasse, & deriuasse.

De voce Pharaonis.

Euseb.

Hier.

DE

DE RIXA, ET CONTENTIONE inter pastores Abraham, & inter pastores gregum Lot, & de separatione ab inuicem illorum.

Caput Decimumtertium.



Scendit ergo Abraham de Aegypto ipse, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam. Erat Abraham diues valde in possessione auri, & argenti: Reuersusque est per iter quo venerat a Meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai: in loco altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed & Lot qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Lot. Eo autem tempore Chananæus, & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abraham ad Lot. Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Cap. Genes. 13. vers. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 10. Videtur sane Abraham fuisse diuitem auri, & argenti, seruorum quoque, & gregum copiam habuisse. Parauit Abraham diuitias non sane fraudibus, non vsuris, non rapinis, nec turpiter adulando, aut lenocinando Principibus, non denique malis artibus, sed liberalitate, & largitate regum prudentia sua ditatus est. Sic depromptum est ex Pererio libro de peregrinatione Abraham, prima disputatione, qui quidem ait paupertatem esse conciliatricem, & nutricem pacis, contra vero diuitiarum abundantiam esse parentem, & nutricem discensionum, & discordiarum; Roma-

norum exemplo qui sane cum pauperes fuerunt caruerunt domesticis dissidijs, & cum locupletati fuerunt, statim exarse sere odia, ciuiles discensiones, & bella. Vnde exitium illius Imperij extitit. Causa vero cur acciderit rixa inter pastores Abrahæ, & pastores Lot nempe fuit inopia aquarum: sunt enim illis in locis pauca flumina, & ipsa terra valde est arida: quocirca ad potum hominum, & pecorum frequens vsus est putealium aquarum: fodiebantur enim in agris putei, ex quibus aqua hausta per canales effundebatur in patentem locum, vnde homines, & animalia bibebant. Quapropter super ipsis puteis crebra incidebat inter pastores certatio, qualis

Pereri⁹. fuisse dicitur inter pastores Abrahæ, & Lot, sic ex sensu Pere

Chrys. rij, Chrysostomus homilia trigesimatertia in Genesim, laudans molestiam, & humilitatem Abrahæ, sic de eo locutus est. Cogita quemadmodum senior iuueni cesserit, & patruus nepoti, & qui tantam a Deo sortitus fuerat gratiam ei, qui nundum vlla in re magnum aliquod virtutis specimen dederat. Nos igitur hoc exemplo eruditi, & incitati, non tantum superiores, & æquales, sed etiam inferiores honoremus. Sic ille super verba Genes. quæ dicunt, *si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo*, cum reliquis; sic Augustinus scriptum reliquit;

Aug. Hinc fortasse effecta est inter homines pacifica consuetudo, vt quando terrenorum aliquid partiendum est, maior diuidat, minor eligit, sic ille. Sequitur. *Eleuatis itaque Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut Paradisus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor, ver. decimo.* Describitur autem hoc loco amœnitas eius terræ, vt intelligatur causa, cur eam præ cæteris elegerit Lot. Deinde vt appareat quanta fuerit eius commutatio in terram non solum inhabitabilem, verum pestilentem, & in quandam tartareæ habitationis imaginem. Sic Pererius loco superius citato super verba præhabita. Ad denotandam pulchritudinem, & amœnitatem illius terræ, inquit Moyses fuisse sicut Paradisum sequitur. *Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alterutrum a fratre suo. Abraham habitauit*

tauit

tauit in terra Chanaan, Lot vero moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Genes. capitulo decimotertio, versiculo vndecimo, & duodecimo. Iordani fluuius in Libani radicibus oriri videtur: fonte gemino dextero Dan, sinistro Zor: ait Pererius. Verum Beatus Hieronymus capitulo quadragesimoseptimo Ezechielis in hac sententia scripsit. Omnis autem cursus Iordanis a Libano, vsque ad asphaltitem centum circiter passuum millibus definitur, & in toto eo decursu vtrinque latis amœnis, & fertilibus campis vndique cingitur. Sic Beatus Hieronymus. Amœnitate, & fertilitate illius regionis captus fuit Lot. Augustinus de Ciuitate Dei, libro decimosexto, capitulo vigesimoprimo, sic locutus est. Digressique sunt inuicem, & separatim habitarunt, necessitate sustentandæ familiæ, non fœditate discordiæ. Sic Augustinus. Nempe causæ separationis Abrahæ, & Lot fuerunt sequentes: prima causa, vt Chananæi veritatis Doctorem, & magistrum virtutis haberent Abraham, Sodomitæ vero ipsum Lot, qui eas gentes a fœdissimis flagitijs arguendo reuocaret. Altera causa fuit, vt per illam separatam habitationem Abraham, & Lot persignificaretur, posteros quoque Lot separatos iri a posteris Abrahæ: tertia causa, vt ex hac discessione Abraham, & Lot præclara quædam existeret occasio magnitudinis, & constantiæ animi declarata ipsius Abrahæ. Quarta causa, vt exemplo huius dissociationis intelligeretur, nonnunquam etiam inter bonos, & Sanctos viros disiunctionem societatis, & contubernij non modo sine culpa eorum, verum etiam magna cum prudentia, & charitatis laude posse fieri. Sic exhauriui ex fonte Pererij libro de peregrinatione Abrahæ super verba Genesis superius citata. Beatus Gregorius in præfatione Commentariorum suorum in Iob scribens aduersus Hebræos dicentes Lot fuisse contaminatum peccatis illarum gentium. Sic inquit. Non enim valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis, & paulo post: ita est immensi præconij etiam inter malos bonum extitisse. Sic Gregorius. Sequitur. *Homines autem Sodomitæ pessimi erant & peccatores coram domino nimis. vers. 13.*

Hier.

Aug.

Causa separationis Abrahę, & Lot.

Greg.

Pererius ſuper verba citata inquit. Sodomitæ affluebant diuitijs, nec tamen minimam partem earum ad ſubleuandam paupertatem pauperum conferebant, ſed illis ad ſuperbiam, atque ſaturandas libidines ſuas abutebantur: nefandiſſimo maſculæ Venereis vſu corpora ſua fœdabant: qui quidem ait peccatum Sodomiticum eſſe vnum ex tribus peccatis, quæ dicuntur clamare ad Deum. Vnum namque eorum eſt effuſio ſanguinis innocentium: Alterum eſt defraudatio mercedis operariorum: Tertium eſt peccatum Sodomorum. Ezechiel capitulo decimoſexto, declarans cauſas, quæ fuerunt tantæ impietatis illius gentis irritamenta, ſic ſcriptum reliquit. *Ecce,* inquit, *hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius: manum egeno, & pauperi non porrigebant; Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me; & abſtuli eas ſicuti vidiſti.* De origine prima nefandi peccati; alij faciunt primum auctorem Orpheum Poetam antiquiſſimum; Nonnulli Thalorem Cretenſem Regem; Alij Laium; Aliqui Iouem Cretenſium Regem; At ex hac hiſtoria Moyſis videtur fuiſſe huius flagitij abuſum longe antiquiorem, cum doceat Moyſes hoc fuiſſe ætate Abrahæ, qui multis ſæculis eos anteceſſit. Immo vero multi auctores fuere, a quibus proditum fuit etiam ante Diluuium præpoſteræ libidinis vſum fuiſſe non ſolum in hominibus, ſed etiam in animalibus, atque ob eam cauſam miſſum a Deo fuiſſe Diluuium. Sic ex verbis Pererij loco ſuperius citato. Sequitur. *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo, vſque in ſempiternum.* Oritur quæſtio, quomodo potuerit Abraham conſpicere totam terram promiſſionis oculis ſuis, quoniam cum ſit terra illa magna, plena vallibus, & montibus impoſſibile eſt eam totam comprehendere. Abraham potuiſſe acumine viſus. Verum Pererius hanc quæſtionem ſoluens, inquit Deum poſuiſſe in conſpectu eius imaginem quandam repræſentantem illam terram, & ſingulas eius partes: & hoc factum eſſe per Diuinam potentiam, ſiue Miniſterio Angelorum. Talem fuiſſe putauit Auctor prædictus, Diabolum oſtendentem Domino Noſtro omnia Regna

Ezech.

De peccato nefando.

Pereri⁹.

gna

gna mundi, & gloriam eorum in momento temporis. Talem etiam arbitratus est fuisse visionem illam, quam habuit Beatus Benedictus videns ille totum mundum, quasi sub vno Solis radio collectum. *Visio B. Benedicti.*

DE PROMISSIONE A DEO facta Abrahæ daturum esse illi terram Chanaan, & quomodo intelligenda sit illa promissio.

Caput Decimumquartum.



Mnem terram, quam conspicis tibi dabo, & semini tuo, vsque in sempiternum: faciamque semen tuum, sicut puluerem terræ: Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Surge ergo & perambula terram in longitudine, & latitudine sua: quia tibi daturus sum eam: versiculo decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo. Cur autem Abrahæ promittitur possessio terræ, quam ipse nunquam possedit, ad hanc dubitationem respondet Pererius libro de peregrinatione Abrahæ super verba Genesis prænominata dicens vsitatum esse in Sacris litteris, quædam promitti aliquibus, quæ non præstentur eis, sed in posteris eorum impleantur, vt videtur in Genesis duodecimo, vbi dictum est Abrahæ, *in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ:* quod non in ipso, sed in semine eius, idest Christo perfectum est. Et Isaac benedicens filio suo Iacob, Genesis vigesimoseptimo, dixit; *incuruentur ante te filij matris tuæ:* quod non accidit ipsi Iacob, sed in posteris eius. Sic ex Pererio. Verum occurrit nobis altera dubitatio, quomodo verum sit semen Abrahæ multiplicatum iri in instar pulueris: ad hanc dubitationem respondet Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimoprimo, dicens hanc locutionem esse hyperbo- *Pereri⁹.* *Aug.*

hyperbolicam non propriam, sed figuratam: qua figura qui vtitur, plus dicit, quam quod ipse significari, aut intelligi ab
Ouid. alijs velit. Sic ille. Vnde Ouidius libro primo de Tristibus Elegia quarta, sic scripsit.

„ *Tot mala sum passus, quot in æthere syder a lucent.*

Quomodo autem intelligenda sit illa Dei promissio, posteris Abrahæ daturum esse illius terræ possessionem, cum nõ amplius mille sexcentos quadraginta annos eam terram Hebræi possiderunt: & iam eius terræ per annos mille, ac circiter quingentos extorres sunt nulla spe possessionem eam re-
Pereri⁹. cuperandæ: ad hanc quæstionem respondet Pererius ex mente Beati Augustini, sic scribens. Semen Abrahæ possessurum dicitur terram Chanaan in æternum, idest in sæculum vsque ad finem huius mundi, & in hoc effectum habuit Dei promissio, quoniam etiam expulsi ex illa terra Iudæi, tamen inhabitant ibi Christiani, qui verum sunt semen Abrahæ. Altera so-
Aug. lutio huius quæstionis ab Augustino prodita, & a Pererio citata hæc est: possessio terræ Chanaan dicitur fore Hebræis æterna, non proprie, sed figurate: quia possessio illius terræ significabat possessionem cœlestis patriæ, quæ vocatur terra viuentium. Tertia solutio est: æternum hoc loco dici non quod fine careat, sed cui certus aliquis finis non constituitur, idest
Caiet. pro tempore longissimo. Sic ille. Caietanus inquit Deum promisisse semini Abrahæ possessionem illius terræ in æternum, sed quia Hebræi desierint esse semen Abrahæ, & Diaboli effecti sunt, ex hoc factum est, quod perdiderint terram illam
Pereri⁹. pro peccatis illorum. Sic ex Caietano. Verum Pererius in fine quartæ disputationis loco superius citato putauit eam promissionem factam Abrahæ fuisse conditionalem: hac nempe conditione, si posteri Abrahæ pietatem, & iustitiam colerent, & Dei præceptis obtemperarent: & illam vocem æternum significasse durationem, vsque in finem mundi. Sic ille. Sequitur. *Mouens igitur tabernaculum suum Abraham venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron, ædificauitque ibi*
Ioseph⁹. *altare Domino, vers. decimo octauo.* Iosephus libro primo Antiquitatum prodidit Hebron trecentis, & bis mille annis ante suam

suam ætatem stetisse: vnde videtur illam Ciuitatem fuisse antiquissimam, & vnam ex primis vrbibus conditam. Brocardus in descriptione Terræ Sanctæ, sic de Hebron locutus est. Ab illice Mambre per dimidiam Leucam ad dexteram, iuxta viam est vetus illa Hebron, in monte sita sublimi, & tuto, sed nunc pænitus diruta? cuius tamen tales cernuntur ruinæ, vt ex his, quam illa quondam ampla, & magnifica fuerit, facile sit intelligere. Ab Hebron antiqua ad trium Arcuum iactum versus Austrum, paululum tamen ad Orientem declinando, noua existit Hebron eo loco fabricata, vbi duplex fuit spelunca, quam emit Abraham in sepulturam vxoris Sarai. Sic Brocardus. Beatus Hieronymus libro de locis Hebraicis scripsit Hebron fuisse Metropolim Philistinorum, & habitationem Gigantum; Regnumque postea Dauidis in Tribu Iuda: & eam distasse ab Hierosolyma ad Meridianam plagam circiter viginti duobus milliaribus, & ibi sepultum fuisse Adamum primum omnium mortalium. At ex aduerso Pererius ponderans verba Beati Hieronymi prodidit Adamum sepultum esse in monte Caluario: & hoc testimonio, & sententia Origenis, trigesimoquinto tractatu in Matthæum, Cypriani in sermone de restitutione, Athanasij libro de Passione Domini, Ambrosij libro quinto Epistolarum, Epistola decimanona super capitulo vigesimotertio Lucæ, Augustini in sermone 71. de immolatione Isaac.

Antiquitas vrbis Hebron.

Brocardus.

Hier.

Orig.
Cypr.
Athan.
Amb.
Aug.
Auctores putantes sepultum esse Adamū in monte Caluario

DE LIBERATIONE LOT *debellatis quatuor Regibus ab Abramo.*

Caput Decimumquintum.

Actum est autem in illo tempore, vt Amraphel Rex Sennaar, & Arioch Rex Ponti; & Chodorlahomor Rex Elamitarum, & Thadal Rex gentium inirent bellum contra Bara Regem Sodomorum. Genes. capitulo decimoquarto, versiculo primo, & secundo. Narrat Moyses in exordio huius decimiquarti capituli Genesis, quinque Reges Pentapolitanæ Regionis Palestinæ debellatos fuisse a quatuor Regibus, quos ait esse Reges Elamitarum, & gentium necnon Sennaar, & Ponti. Verum cum sit hic sermo valde difficilis explicatu: tamen Iosephus ait, hos fuisse Assyrios, & sub Imperio Asyriorum. Verba Iosephi hæc sunt. Eodem tempore (quo videlicet Abram concesserat in conuallem Mambre, & Vrbem Hebron) cum Imperium Asiæ penes Asyrios esset, Sodomitarum res, tam opibus, quam numerosa iuuentute florebant, ita vt a quinque Regibus administrarentur. Hos Asyrij bello petierunt, diuisique quadrifariam copijs sub quatuor Imperatoribus Regionem illorum oppugnabant: commissoque tandem prælio victores Asyrij, Sodomitarum Regibus tributum imperauerunt. Cumque per duodecim annos imperata fecissent, & soluissent tributa, decimotertio defecerunt, quod factum est, vt noua in eos Asyriorum expeditio fieret, ductu, & auspiciis Marphedis, Ariothi, Chodollogomori, & Targali. Hi & Syriam vniuersam rapinis vastauerunt, & Gigantum posteros perdomuerunt. Hæc ex Iosepho, quæ quidem sententia creditur esse vera. Abraham autem cum commisit bellum cum illis Regibus annum agebat circiter octogesimum,

Ioseph.

esimum, ait Pererius. Sed aduersatur huic sententiæ illos Reges esse, & fuisse sub Imperio Assyriorum: nam si vere fuerunt Reges, quomodo sub ditione Assyriorum Imperij? nēpe videtur Reges esse liberos, & nulli subiectos: ad hanc obiectionem respondet Pererius libro de peregrinatione Abrahæ prima disputatione, dicens, fieri potuit vt Rex Assyriorum illos quatuor titulo, & insignibus regalibus decorauerit. Sicut potuit fieri, vt prius fuerint earum prouinciarum Reges, postea subiugati a Monarcha Assyriorum eius tamen nomen Regum permissum sit, eisdemque prouincijs præfuerint; exemplo Romanorum, qui tenebant subiectos illorum Imperio, Reges Bithiniæ, Cappadociæ, Armeniæ, Iudææ. Sic ex Pererio. Ad rem nostram faciunt ea, quæ prodidit Diodorus libro quinto, capitulo sexto. Cum autem Priamus, ait ille, bello oppressus a Rege Theutamo præsidium, vtpote Assyrijs subditus postulasset: ille decem millia Æthyopum totidemque Susianos cum ducentis curribus Duce Memnone, Troiam misit. Hæc ille. Pererius autem libro superius citato, inquirens, qui fuerint isti Reges, sic scriptum reliquit. Est igitur verisimile quatuor istos Reges, siue Satrapas Monarchiæ Assyriorum, vel mandato ipsius Monarchæ, vel mutua ipsorum conspiratione, coniunctis bellicis cuiusque viribus voluisse, vel nouas gentes Regionesque Imperio Assyriorum adijcere, vel iam subiugatas perdomare, & ad priorem seruitutem compellere. Sic sensus Pererij. Sed qui fuerunt illi Reges, & vbi posita sunt Regna, & dominia illorum? Hæc est res valde difficilis, & imperscrutabilis, tum propter nomina ipsa, tum propter antiquitatem rei: quoniam cum sit quod Lyranus, Tostatus, & Beatus Hieronymus, Andræas Masius, & alij quoque assignent opiniones illorum, attamen non adducunt rationes, pro quibus mens, & intellectus acquiescere possit. Sequitur. *Omnes hi conuenerunt in vallem syluestrem, quæ nunc est mare salis, versiculo tertio.* Hic describit Moyses locum, in quem conuenerunt omnes illi Reges ad pugnam: vbique fugati sunt illi quinque Reges ab Assyriis; est igitur locus iste positus in valle syluestri propè lacum Asphaltidem vocatum

Pereri⁹.

Diodor⁹

Pereri⁹.

Qui fuerint illi quatuor Reges.

Mare salis a salsedine maris, & laci illius. An vero lacus ille semper eo loco fuerit nec ne. Videtur sensisse Caietanus semper fuisse lacum illum, & nomen dedisse illi valli. At vero e contra videtur sensisse Pererius lacum illum fuisse factum repente ex diuina vindicta Dei. Cum autem Moyses scripserit, *Duodecim autem annis seruierunt Chodorlahomor, & decimotertio anno recesserunt ab eo*: Ex his verbis videtur quæ fuerit causa inferendi belli illis Regibus Pentapolitanis, scilicet quia solitum tributum pendere noluerunt. Sic ex Pererio. Sequitur. *Percusseruntque Raphaim in Astaroth, & Charnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine, vers. quinto, sexto; Genes. cap. decimoquarto.* Beatus Chrysostomus homilia trigesimaprima in Genesim, declarans, Causas cur Moyses voluit distincta narratione commemorare vastationes ab ipsis quatuor Regibus factas, & Regiones depopulatas, sic locutus est. Sed quæ vtilitas: dicet quispiam scire tantum Barbarorum robur? magna sane: nempe vt cognoscatur excellens Dei potentia; & admirabilis Patriarchæ virtus, qui tantum numerum, & vim barbarorum tanta celeritate, faciliateque profligarit. Sic ex Chrysostomo. Putauit Tostatus Raphaim, & Enacim fuisse Gigantes, attamen Raphaim tum mole corporis, tum robore præstantiores fuisse. Rupertus exponens moraliter huius belli historiam, sic locutus est. Quatuor Reges de quinque Regibus victoriam reportantes, quatuor sunt animi passiones quinque sensus corporis captiuantes Gaudium, Dolor, Spes, Timor, & quibusdam interpositis, ait ipse Rupertus. Tunc Magnus Sacerdos Melchisedech, idest Christus Dominus occurret illi cum sacrificio salutari, dignum vtique illum iudicans, qui debeat cœlestium suorum Sacramentorum particeps fieri. Magna namque victoria est me gaudere prosperis huius mundi, nec aduersis dolere, non sperare læta, nec tristia formidare. Sic ipse auctor. Sequitur. *Et ecce vnus qui euaserat nunciauit Abraham Hebræo. vers. decimotertio.* Nulla fit mentio in Sacra Scriptura nominis Hebræi ante hunc locum. Opinio Hebræorum est, sic esse

Caiet. Pereri⁹. Chrys. Tostatus Rupert⁹ moralis.

illos

illos appellatos Hebræos quasi Abræos; sic prodidit Eusebius libro nono de præparatione Euangelica, capitulo vltimo, ex mente Artupani pro vetusti Scriptoris, sed audiat Lector Chrysostomum dicentem vocatum esse Abraham trans fluuialem, seu transitorem, eo quod transiuit Euphratem verba Chrysostomi sunt hæc. Quia trans Euphratem domicilium habuerat Abraham, propterea vocatus est trans fluuialis, siue transitor; quod nomen ab initio ei parentes imposuerunt præuidentes id, quod futurum erat, ipso nempe transito Euphrate profecturum in Palæstinam, & ideo appellarunt eum Abraham. Sic ex Chrysostomo: fuerunt eiusdem opinionis Origenes, & Diodorus Tarsensis, & Rupertus libro quinto Commentariorum in Genesim, capitulo vndecimo, necnon & Paulus Burghensis. Verum ex aduerso est sententia Iosephi libro primo Antiquitatum, Accatij Episcopi Cæsariensis in Palæstina, Sancti Hieronymi in traditionibus Hæbraicis in Genesim, super capitulo decimo, Bedæ, Isidori, & Lyrani, ad quam authorum sententiam Caietanus, Tostatus, & Eugubinus se contulerunt, quod Hebræi appellati & vocati sint ab Heber pronepote Sem. Caietanus declarans eius opinionem super hanc quæstionem, sic scribit. Quamuis sit quæstio vtrum Abraham dictus sit Hebræus ab Heber, a quo duxit originem, & cuius tempore facta est diuisio linguarum, an potius a verbo Hebræo Habar, quod significat transire flumen, quia scilicet ex regione, quæ erat trans flumen Euphratis, venerat in terra Chanan: ipse tamen sonus vocis præsefert, vocabulum illud Hebræus potius descendere ab Heber, quam ab Habar: non enim dicitur Abraham Habræo, sed Hebræo. Sic Caietanus. Sequitur. *Quod cum audisset Abraham, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo, & persecutus est eos, vsque Dan; & diuisis socijs irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos, vsque Haba, & Phanicem, quæ est ad læuam Damasci. Genes. versiculo decimoquarto, decimoquinto.* Antiqui Scriptores tres iustas belligerandi causas tradunt. Vnam ad repellendam vim, sesuaque tuenda: Alteram ad res sibi ablatas repe-

Cur appellati Hebræi ea voce.
Euseb.
Orig.
Diodor. Tarsensis.
Rupert.
Burghensis.
Accatius.
Hier.
Beda.
Isidor.
Lyran.
Caiet.
Tostat.
Eugub.

tendas: Tertiam ad vlciſcendas illatas iniurias. Sic Pererius ſuper verba ſuperius citata Geneſis. Quintus Curtius libro quarto narrat, quod Alexander pro iniurijs grauiſſimis illatis a Perſis aduerſus Græcos, hac de cauſa contra Perſas pugnare voluiſſet. Verum ego arbitratus ſum, quod Abraham ſane ſeruo Dei ornato tot virtutibus a Deo illi largitis non defuiſſet quoddam adiutorium Spirituale, & interius, quo ſciret quem finem conſecuturus fuiſſet opus illud, & ſine illuminatione Dei non credam, vt ille auſus eſſet ſe intromittere in tam ardua, & periculoſa actione. Caietanus declarans cauſas, quæ fuerunt præcipue principales victoriæ, ſic ſcribit; induſtria Abrahæ deſcribitur his verbis: tum diuidendo viros in multas partes; vt per diuerſa loca irruentes, & exterrentes incautos quieſcentes, & facilius interciperent fere circundatos: tum eligendo tempus nocturnum, quo victores ſecuri quieſcebant ſomno, vel etiam ebrietate grauati. Sic ex Caietano. Ioſephus libro primo Antiquitatum, fere in eadem ſententia locutus eſt, qui quidem ait victoriam non in multitudine, ſed in virtute, & fortitudine militum conſiſtere. Pererius maxime laudat prudentiam militarem Abrahæ, quod diuiſis multifariam copijs ex improuiſo in multis partibus in hoſtes inuaſerit, tum quod nocturno tempore hoc fecerit. Ad rem noſtram faciunt ea, quæ ſcripſit Euripides. Sic inqnit ille. Prudentem virum bene gubernare domos, bene regere Ciuitates, in bello quoque plurimum valere. Sapiens enim conſilium multas, & validas manus vincit. Sic ille Auctor. Vallis ſane, de qua prius dictum eſt veniſſe Regem Sodomorum in Valle Saue, ſeu Vallis Regis. De hac Valle, ſic ſcripſit Pererius; Hæc perantiqua fuit Vrbs ſuper Regionem Sodomæ in campo plano ſita, quæ vſque ad tempora Beati Hieronymi, nomen reſtituit. Huic vrbi adiacens planities vocata eſt Vallis Saue: Creditur hanc ipſam eſſe, quæ alio nomine appellata eſt Vallis illuſtris. Sed cur Vallis ſic appellabatur? aut quia Rex eius terræ illic, vel hortos, vel prædia ſua habebat, aut quia ibi omnia egregia, & pulchra erant, ea vulgo dici ſolent Regia, vel Regalia: aut quia ibi Rex cum ſuis militibus, aut

Q. Curtius. Caiet. Ioſeph. Euripid.

nobilibus,

nobilibus, aut cursu, aut ludicris equitum, & peditum certaminibus exerceret. Sic Pererius.

DE SACRIFICIO MELCHISEdech, & de benedictione illata Abrahæ, & decimis oblatis Melchisedech. Et quis fuerit Melchisedech, & Salem Ciuitas illius.

Caput Decimumsextum.



T vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit Cœlum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt: & dedit ei decimas ex omnibus, versiculo decimooctauo, & decimonono. Pererius explanans verba suprascripta Moysis libro de peregrinatione Abrahæ, inquit; nullus mortalium post Orbem conditum conditione personæ, vel munere quo fungebatur proprietate, tam expressam Regni simul, ac Sacerdotij Christi Domini Nostri figuram, & imaginem pertulisse, quam hic Melchisedech. Philo vero libro de Abrahamo, loquens de hoc facinore Abrahæ admirans virtutem, & opus illius, sic scriptum reliquit. Eum vero redeuntem conspicatus magnus ille Dei Maximi Pontifex Melchisedech reducentemque suos omnes ad vnum incolumes, & victores; attonitus tanti facinoris magnitudine, & id quod verum erat cogitans, præsentem ei opem diuinam adfuisse, manus ad Cœlum tendens, fausta illi præcatus est. Mactatisque victimis splendidum Epulum socijs omnibus dedit. Sic ex Philone. Iosephus libro primo Antiquitatum, inquit Abrahæ reuertenti Rex Sodomorum occurrit in eo loco, quem campum Regis vocant. Ibi quoque a Solime Vrbis Regiæ Melchisedech est acceptus. Hic Melchisedech milites Abrahæ hospitaliter

Pereri. *Philo.* *Ioseph.*

taliter accepit nihil eis ad victum deesse passus, Abraham con tra de manubijs decimas ei dono dedit. Sic ex Iosepho. Verum si nomen Melchisedech sit nomen proprium eius viri, an appellatiuum significans Regem iustitiæ: Caietanus putauit non esse nomen proprium, sed Epitethon Regi Salem, sicut Cæsar, & Augustus Imperatorum Romanorum. Ex aduerso putauit Pererius fuisse nomen proprium illius Regis, qui quidem inquit omnes patres intellexerunt panem, & vinum ea prolata esse a Melchisedech, quod cum esset Sacerdos Dei altissimi eas res Sacrificare Deo soleret: atque ea ratione præfigurasse incruentum Christi Sacrificium, quod iugiter fit in Ecclesia. Sic sensus Pererij. Sequitur. *Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum, & terram; versiculo vigesimo. Benedictio Dei diuites facit;* inquit Salomon Prouerbiorum duodecimo. *& benedictus a Deo bonis cumulatus est.* Putauit Tostatus primum omnium fuisse Melchisedech, qui Deum nominauerit creatorem Cœli, & terræ, *Et dedit ei decimas ex omnibus.* Dubius est hic sermo an Abraham dederit decimas Melchisedech, an vero Melchisedech dederit ipsas Abrahæ; & super hoc variæ sunt opiniones Scriptorum. Verum Beatus Paulus abstulit omnem ambiguitatem dicens Abraham dedisse decimas Melchisedech. Verba ipsa Pauli sunt hæc ad Hebreos septimo. *Melchisedech obuiauit Abrahæ regresso a Cede Regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham.* Ad hanc sententiam videtur assensisse Iosephum, & Philonem, Pererius declarans sic fuisse, vt Abraham decimas dedisset Melchisedech. Sic scriptum reliquit. Decimas dare argumentum est subiectionis, & seruitutis inferioris certæ conditionis, & dignitatis: non igitur Melchisedech decimas dedit Abrahamo, sed contra hic dedit illi, & quibusdam interpositis, ait ille: Consentaneum fuit igitur pietate, & religiosissimo animo Abrahæ ob partam victoriam de spolijs hostium partem aliquam dicare Deo in cultum eius, & vsu Sacerdotum; fuit etiam apud Ethnicos vetustissimorum mos, victores consueuisse de spolijs hostium, & manubijs decimas vouere, ac persoluere Dijs, vel Ioui, vel Apollini, vel Dianæ, vt legitur in He-

An Melchisedech sit nomen propriũ, vel appellatiuum.

Caiet.

Prouer. 12.

Tostatus.

B. Paulus.

Ioseph.

Philo.

Mos antiquorũ post ade

in Herodoto libro primo, & Zenophonte libro quinto de Cyro, & tertio de rebus Græcorum. Verum occurrit nobis quæstio illa, quis fuerit iste Melchisedech, & quæ fuerit illa Ciuitas Salem, cuius Rex testatur fuisse ipse Melchisedech. Et cur Iesus Dominus dictus sit a Dauid Sacerdos futurus secundum ordinem illius Regis. Origenes, & Diodorus contenderunt, vt inquit Beatus Hieronymus: Melchisedech fuisse Angelum non hominem: Alij putarunt esse filium Dei: Alij fuisse Spiritum Sanctum: Auctor quæstionum noui, & veteris testamenti nonnullas rationes affert pro confirmatione fuisse Spiritum Sanctum, qui obuiauit Abrahæ, & panem, & vinum protulit ei. Rationes illius sunt sequentes: Sacra Scriptura facit Melchisedech virtute, & dignitate multo maiorem, & præstantiorem, quam Abraham: Sed nullus mortalium eo tempore iustitia, & sanctimonia par fuit Abrahæ, nedum præstantior: ergo Melchisedech non fuit ex genere mortalium, sed immortalis quædam, & diuina natura. Secundario Melchisedech laudatur a Beato Paulo, tamquam Rex iustitiæ, & pacis, quasi horum bonorum auctor, & largitor. Cum igitur iustitia, & pax bona quædam sint diuina, quis eorum bonorum Dominus præter Deum vere appellari potest? Tertia ratio; Paulus affirmat eum fuisse sine patre, & matre: nec habuisse initium, aut finem dierum: hæc autem in hominem verum nullo modo conueniunt, Quarta ratio, dicitur Melchisedech assimilatus esse filio Dei, ergo fuit similitudo, & imago filij Dei: talis autem est Spiritus Sanctus. Quinta ratio: Nisi Melchisedech fuisset Deus quomodo verus esset dictus Christus, qua homo futurus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, fuit homo cum esset Sacerdos, & Pontifex, necesse est habuisse populum fidelem, erga quem Sacerdotis, & Pontificatus munera exerceret, idque priusquam Abram pater esset populi fidelis. At hæc laus tribuitur Abrahæ: appellatur enim pater credentium, caput, & princeps populi fidelis. Hæ sunt rationes adductæ ab ipso auctore, & a Pererio expositæ, & hinc inde translatæ; verum ipse soluens prædictas rationes. Sic argumentatus est dicens. Melchise-

ptionem Victoriæ.

Herodotus.

Zenoph.

Quis fuerit iste Melchisedech.

Quæstio.

Orig.

Diodor.

Auctor quæstionum.

dech

Refellit Auctor quaestionum. Argumentum Pererij aduersus auctorē quaestionum noui, & veteris testamenti.

dech præſtantior Abrahamo dicitur, non quidem propter maiorem virtutis, & ſanctimoniæ excellentiam, ſed propter Regnum, & Sacerdotium potiſſimum ille prælatus eſt Abrahamo, quibus rebus Chriſtum Dominum mirabiliter præfigurauit. Ad ſecundam; non fuit reuera Melchiſedech ſine parentibus, nec ortu, nec obitu carens. Epiphanius quidem tradit in quibuſdam Scripturis nominatim prodi patrem illius fuiſſe Eracham, matrem vero Aſteriam, ſeu Aſtarot. Ad tertiam rationem reſpondet, non dicitur Melchiſedech Rex iuſtitiæ, & pacis, quaſi earum rerum Auctor, & Dominus, ſed eſſe Hebraiſmum ſignificans iuſtum, & pacificum, quemadmodum dicitur filius dilectionis filius pacis, pro eo quod eſt filius dilectus, & pacificus. Ad quartam dicitur Melchiſedech aſſimilatus filio Dei non propter ſimilitudinem ſubſtantiæ; ſed propter ſimilitudinem Sacerdotij. & Sacrificij. Ad quintam cum dicitur Chriſtus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech non denotat imitationem, aut participationem, Sacerdotij eius, nec deriuationem Sacerdotij a Melchiſedech ad Chriſtum, ſed ſignificat morem, ritum, & ſimilitudinem: qualis nimirum eſt inter imaginem, & exemplar inter corpus, & vmbram: Ad ſextum Abraham dicitur pater credentium, quia primus ex ipſa media infidelitate Chaldæorum a Deo mirabiliter eductus. Deinde quia primus fuit omnium mortalium, cui data eſt promiſſio venturi Chriſti, & parens populi Hebræi, in quo ſolo omnium mundi populorum publicus veri Dei cultus, vſque ad Chriſti aduentum conſeruatus eſt: concludit ergo Pererius ſolutis rationibus illius auctoris, Melchiſedech fuiſſe verum hominem, & Regem Salem, & Sacerdotem Dei maximi, qui occurrit Abrahæ, & cum eo locutus fuit. Opinio Hebræorum fuit Melchiſedech fuiſſe Sem filium Noe. At è contra Epiphanius arbitratus eſt non fuiſſe Sem, quia inquit ille ante hunc occurſum Abrahæ, & Melchiſedech iam mortuus fuerat Sem annis quingentis triginta. Philo, & Ioſephus vbicumque de Melchiſedech locuti ſunt ſemper de eo loquuntur, vt de alienigena, & extraneo Iudæorum: eſt igitur alia ſententia a multis grauiſſimis

Opinio Hebræorum. Epiph. Philo. Ioſeph.

mis Auctoribus approbata, scilicet Hieronymi, Irenæi, Hippolyti, Eusebij Cæsariensis, Emisenij, Apollinarij non fuisse Melchisedech ex stirpe, & genere Hebræorum, sed de populo Gentili, & Chananæo: Suidas quoque inquit fuisse Chananæum, & ex Iside filio Regis Ægypti, vel Lybiæ genus duxisse, Vrbem Salem cuius Rex fuit, condidisse in Monte Sion; regnasse annis centum tredecim, semperque virginem fuisse. Videtur approbatum hoc esse a Dionysio Areopagita libro de Cœlesti Hierarchia, capitulo nono, qui quidem ait Melchisedech fuisse ex gente infideli, tamen ille fidelis erat, & habuisse populum fidelem, cuius Dux fuit, & Pontifex: docens id euenisse opera Angelorum. Verum quænam fuerit Vrbs Salem, cuius Rex fuisse dicitur Melchisedech, dicimus opinionem fuisse Iosephi libro primo Antiquitatum, & libro septimo de bello Iudaico, & fere omnium Scriptorum Ecclesiasticorum communem esse sententiam Salem eum ipsam fuisse, quæ postea vocata est Hierusalem. Sic ex Pererio libro superius citato, quarta disputatione, quæ est secunda de Melchisedech, fuit altera sententia Beati Hieronymi dicentis fuisse aliam Vrbem vocatam Scytopolim in terra Chanaan, iuxta Ciuitatem Bethsam. Verba Hieronymi, quæ scripsit in Epistola ad Euagrium, sic se habent, Vrbs Salem, non, vt Iosephus, & nostri omnes arbitrantur, est Hierusalem nomen ex Græco Hebraicoque compositum; quod absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat. Sed est oppidum iuxta Scytopolim, quod vsque hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruuinarum veteris ostendens magnificentiam. Sic ille. Qui quidem ait de hac Salem, hic scriptum esse in Genes. capitulo trigesimotertio: *& transiuit in Salem Ciuitatem Regionis Sichem, quæ est in terra Chanaan*: Loquente Moyse de Iacob. Verum Pererius ostendens valde esse probabilem sententiam Beati Hieronymi; tamen ad priorem opinionem accedit, quoniam, inquit ille, valde amo eam sententiam, quod ea mirifice augeat mirabilitatem eius mysterij, quod in persona, & munere Melchisedech continebatur: quemadmodum

Hier. *Iren.* *Hippol.* *Euseb.* *Cæsar.* *Apolli.* *Emissen.* *Suidas.* *Dionysi.* *Areop.*

Hier.

dum Dominus noſter futurus erat Rex, & Sacerdos in Hieruſalem: ita Melchiſedech qui plus duobus annorum millibus ante inſigniter eum præfigurauit eiuſdem Vrbis Rex, & Sacerdos fuerit. Sic ille. Ad quem finem, ſiue vſum, Melchiſedech protulerit panem, & vinum Abrahæ: tres ſunt ſententiæ: prima autem fuit Ioſephi, produxiſſe panem, & vinum Abrahæ in cibum, & potum; in eadem ſententia fuerunt Hebræi, ſicut tradit Hieronymus in Epiſtola apud Euagrium. At ex aduerſo putarunt Lyranus, & Toſtatus milites, & ſocios Abrahæ abundaſſe cibarijs, & ex conſequenti ſuperuacaneum fuiſſe Melchiſedech ad eorum refectionem panem, & vinum attuliſſe. Quoniam debellatis illis quatuor Regibus ab Abrahamo, & ceſis, qui vniuerſam Regionem Pentapolitanam deprædati ſunt, non eſt dubitandum, quin maximam copiam eorum, quæ pertinent ad victum, obtulerint. Altera vero ſententia eſt Melchiſedech panem, & vinum protuliſſe ad ſacrificandum Deo in gratiarum actionem pro victoria Abrahæ, & hæc eſt ſententia omnium patrum: & ipſum Melchiſedech inquiunt ipſi patres figuram fuiſſe Chriſti Domini, & Sacerdotii illius, & Sacrificij; quod nõ alijs rebus in ſacrificando vſus fuerit niſi pane, & vino, & non ex alio loco patres, & ſcriptores antiqui cognitionem habuerunt, niſi ex ipſo loco citato Moyſis, & exemplo iſto. Ergo prolationẽ illam panis, & vini a Melchiſedech factam eſſe ad ſacrificandum, ſenſere omnes patres, docente eos Spiritu Sancto, & aperiente eis ſenſum, vt ſic intelligerent hanc ſcripturam. Sic ſenſus Pererij Quinta diſputatione, quæ eſt tertia de Melchiſedech. Cur autem Chriſtus Dominus dictus ſit Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: Beatus Hieronymus inquit, primo quod ſolus & Rex, & Sacerdos fuerit: ſecundo quod ante circunciſionem functus ſit Sacerdotio. tertio quod vnctus nõ fuerit oleo Sacerdotali; vt Moyſis præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis, & fidei puritate: quarto quod non carnis, & ſanguinis victimas immolauerit, nec brutorum animalium ſanguinem dextera ſuſceperit; ſed pane, & vino, ſimplici puroque ſacrificio Chriſti dedicauerit Sacramentum. Hæc Hieronymus.

Ioſeph. *Hier.* *Cauſæ ꝓductionis pani, & vini.* *Lyranꝰ.* *Toſtatꝰ.* *Cõis ſententia.* *Pereriꝰ.* *Hier.*

ronymus. Melchisedech præfigurauit nomine suo Christum, nam Melchisedech significat Regem iustitiæ, & pacis: etiam præfigurauit in vrbe, & loco, vbi fuit Rex Christum regnaturum fuisse: modo generationis figurauit Christum: nam sine patre communiter dicitur fuisse: Christus autem nec matrem habuit, qua Deus est, nec verum patrem, qua homo est. Ætate similiter præfiguratus est, quia nec initium, nec finem dierum dicitur habuisse: & cum fuerit ille verus homo, non vere conuenit, sed id tantum in eo dicitur, quia nec ortus, nec obitus in scriptura indicetur: At verissime id conuenit in Christo, qui vt Deus sempiternus est omni prorsus initio temporis, & fine carens; & quia non fuit visibili oleo vnctus Melchisedech nec ab homine vllo consecratus, ita iustus a solo Deo vncto, & consecrato Pontifice Sacerdos quoque fuit vnicus in illo ritu sacrificandi: Habuit quoque simul cum Regali, & Pontificali dignitate coniunctam virginitatem, & in eo potissimum præfigurauit Christum, quod Deo non aliud sacrificaret nisi panem, & vinum. Sequitur. *Dixit Rex Sodomorum ad Abraham da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei, leuo manum meam ad Dominum Deum possessorem Cœli, & terræ, quod a filio subtegminis, vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abraham: versiculo vigesimoprimo, vigesimosecundo, vigesimotertio.* Franciscus Ribera memorat sequentes significationes in expositione super secundum caput Zachariæ, quomodo illa verba intelligenda sint. *Francis. Ribera.*

Primo leuare manus est orantis, vt videtur in Psalmo sexagesimosecundo: sic *benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.*

Secundo est opem, & auxilium implorantis: Threnorum 2 *Leua ad Deum manus tuas pro anima paruulorum tuorum.*

Tertio est gaudentis. *Benedixit Esdras Domino voce magna & respondit omnis populus, Amen, Amen, Eleuans manus suas.*

Quarto est, aliquid facientis Gaudenti animo Psalmo centesimodecimooctauo. *Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi nimis.*

Quinto est vocantis Isaiæ quadragesimonono. *Ecce leuabo ad gentem manum meam.*

Sexto significat eripere aliquem ex malis; quibus præmitur Ezechielis vigesimo: Indice illa: *Leuaui manum meam pro eis, vt educerem de terra Aegypti.*

Septimo leuare manus in aliquem, aut contra est insurgentis, & opprimentis eum. Psalmo septuagesimotertio. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem.*

Octauo est iurantis, vt videtur in decimoquarto Numerorum. Sic Pererius super verba prædicta ex Francisco Ribera collegit loco superius citato. Hoc igitur loco dicens Abraham: *Leuo manum meam ad Deum*, idem sonant ea verba, ac si dixisset: Iuro per Deum excelsum, quod nihil accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Chrysostomus homilia trigesimatertia in Genesim, declarans verba Moysis prædicta, inquit; duo indicauit Abraham Regi Sodomorum; Vnum fuisse Deum conditorem cœli, & terræ: alterum ipsum Deum auctorem fuisse victoriæ, & triumphi illius belli: Verba prolata ab Abrahamo dicentia *a filio sub tegminis*, cum reliquis denotant Abraham se nihil de bonis Regis acceptu rum quantumuis minimum, & vtilissimum esset: & hoc inquit Pererius fuisse locutionem prouerbialem.

Chrys.

DE

DE PROMISSIONE DEI FACTA Abrahæ: & quomodo intelligenda sit hic promissio, an secundum sensum literalem, vel potius secundum sensum spiritualem.

Caput Decimumseptimum.



Dixitque Abraham, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ, iste Damascus Eliezer. Addiditque Abraham, mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit, Genes. capitulo decimoquinto, versiculo secundo, & tertio. Caietanus inquit duas res promiserat Deus Abrahæ protectionem suam, & mercedem magnam nimis. Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo tertio, sic commendat petitionem Abrahæ. Non diuitias, vt auarus exposcit; non longæuitatem vitæ istius, vt meticulosus mortis; non potentiam; sed dignum quærit sui hæredem laboris. Sic Ambrosius. Visionem istam, quæ facta fuit Abrahæ, inquit Pererius, iam factam fuisse per Angelum, & esse quartam apparitionem Abrahæ: & ei dixit: *Noli timere Abraham:* quia valde ille timebat propter victoriam consecutam de quatuor Regibus, vt denuo illi armati redirent contra eum, & conati fuissent dissipare omnem substantiam suam, abolendo gentem, & nomen illius. Vnde Dominus dixit: *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Merces vero, quam Deus promisit Abrahæ, nulla alia fuit, nisi ipsa visio Dei, & gloria cœlestis patriæ, de qua omne quod dicitur tanquam nihil dictum sit, existimandum est: Sequitur. *Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens: non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis hæredem. Eduxit eum foras, & dixit illi suspice cœlum,*

Caiet.

Amb.

lum, & numera Stellas si potes: sic erit semen tuum, versic. 4. & 5. Statim Dominus consolatus est Abraham, vt intellexit eum fuisse sine spe futuræ posteritatis, promittens ei innumerabilem posteritatem, & filium naturalem daturum se esse. Vbi vero erat Abraham quando accidit illi hæc visio? Pererius libro de peregrinatione Abrahæ, super verba Genesis superius citata, sic inquit. Erat igitur Abraham intra tabernaculum suum: eratque ibi, vt conijci potest solus orans, eratque tempus nocturnum, cum hanc sensibilem Dei visionem habuit: vere item eductus ab Angelo est extra tabernaculum, & lucentes sereno cœlo Stellas aspicere, ac numerare iussus. Sic auctor ille. Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimoquinto, inquit, Stellas cœli, nec videri omnes, nec numerari posse. Verba Augustini sunt hæc. Postremo quicunque vniuersum Stellarum numerum comprehendisse, & conscripsisse iactantur, sicut Aratus, vel Eudoxus, vel si qui alij sunt; eos libri huius contemnit auctoritas. Sic Augustinus. Fuerunt vero in eadem Augustini sententia Plato in Timæo, Aristoteles in lib. 2. de Cœlo, & mundo, textu sexagesimoprimo: Seneca quoque libro sexto naturalium quæstionum, capitulo decimosexto. At Philo exponens, & declarans locum istum Genes. Allegorice in tractatu quisnam sit hæres diuinarum rerum multa scribit, sed nos vt Apis tantum accipiemus ex floribus illis quantum nobis videtur satis esse ad attulendum parum melis. Verba autem Philonis sic se habent. Sapiens vero ad supera oculos attollens cœlum suspicit, vnde manna pluit, idest Verbum Diuinum cælitus animis nostris instillatur, cęlestis nempe, atque immortalis cibus animæ spectandi, & discendi cupiditate flagrantis; Sic Philo. Sententia Lyrani est: illa Dei promissio de multiplicatione seminis Abrahæ instar Stellarum, secundum literalem sensum principaliter significare multitudinem electorum ad vitam æternam: & sicut carnale, ac reprobum semen Abrahæ comparatum pulueri terræ, qui conculcatur pedibus, & sterilis, & dissipabilis est; sic semen Abrahæ spirituale prædestinatum ad vitam æternam Stellis cœli rectissime assimulatum est. altera est

Pereri⁹. *Aug.* *Aratus.* *Eudoxus* *Plato.* *Arist.* *Seneca.* *Philo.* *Per mul tiplicatione semi nis, quid si gnificatum est Lyran.*

sententia

sententia Lyrani: *Abraham in hoc Dei promisso intellexisse, tam sibi, quam semini suo promissa esse bona cęlestia per Christum comparanda, & præstanda.* Sic Pererius ex sententia Lyrani, qui quidem ait: Equidē sentio promissum illud Dei multiplicatione seminis Abrahæ intelligi debere secundum sensum literalem de corporali propagatione, & multiplicatione posteritatis eius. Multiplicationem vero seminis Abrahæ intelligendam esse de semine spirituali, non tamen secundum literalem sensum, sed mysticum. At dictum est semen Abrahæ figuram fuisse seminis spiritualis: nunc dicemus quibus rebus semen Abrahæ carnale, idest Hebræi figura fuerint seminis spiritualis, idest Christianorum electorum. Primo quidē quantum ad numerosissimam eorum multiplicationem. Secundo quantum ad durissimam eorum vexationem in Ægypto. Tertio quantum ad securum, & felicem transitum per mare rubrum demersis Ægyptijs. Quarto, quantum ad manna cœlitus datum, quo aliti sunt dum fuerunt in deserto. Quinto quātum ad potum aquæ ex petra, quam Moyses percussit, mirabiliter, scaturientis. Sexto quantum ad serpentem æneum in deserto a Moyse exaltatum, quem aspicientes, qui morsi fuerant a serpentibus illico sanabantur. Septimo quantum ad quadraginta annorum peregrinationem in deserto ipsis columna nubis, & ignis Dei auxilio protectis. Octauo quantum ad introductionem Hebręorum in terram promissionis non ductu & ope Moysis, sed Iesu filij Naue, qui fuit vmbra, & figura Christi Domini. Sic ex Pererio lib. sup. cit. super verba prædicta Gen. Sequitur. *Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, v. 6.* Amb. lib. 5. de Abrahamo, c. 3. admirās magnitudinē filij Abrahę, sic scriptum reliquit. Quid credidit Abrahā Deo, quare tantopere laudatus sit, credidit itaque Christum sibi per susceptionem corporis hæredem futurum. Et hoc vt scias eum credidisse Dominus dixit: *Abraham diem meū vidit, & gauisus est.* Ideo reputandum est illi ad iustitiam, quia rationem non quæsiuit, sed prontissima fide credidit. Sic Ambrosius. Sed quid est reputari illi ad iustitiam? Hoc scilicet fuisse Abraham per illum actum credendi tamquam ex vera, & *Amb.*

perfecta

perfecta iuſtitia, perfectum fuiſſe eum gratum, & acceptum Deo: quia actus vere iuſtus coram Deo meretur vitam æternam. Sic ex Pererio libro ſuperius citato, ſuper verba ipſa prænarrata Geneſ. Philo in libro ſuperius citato. Inquit nihil tam iuſtum, quam ſincera fide credere Deo. Sola igitur fides qua creditur Deo ſolidum eſt, certumque bonum vitæ ſolatium, bonæ ſpei ſupplementum depulſiuum calamitatum.

Philo.

†

FINIS LIBRI QVARTI.



GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER QVINTVS.

DE IVSTITIA ABRAHAE, & fide eius.

Caput Primum.

Iam vero modus quo Abraham credidit, perfectissimam eius fidem demonstrat: credidit enim statim nullâ interposita mora: credidit firmissime nulla trepidatione, aut dubitatione admixta. Sic ex Pererio secunda disputatione. Cur dictum sit Abraham potissimum hoc loco credidisse Deo. Beatus Paulus ad Romanos, sic scripsit. *In promissione Dei non hæsitauit Abraham diffidentia, sed con-* *Paulus Apost.*

fortatus est fide; dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcumque promisit potens est, & facere. Sic ille. Sequitur. *Dixit ad eum, ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam: versiculo quinto.* Vocabulum Vr, inquit Pererius habet duplicem significationem: Apud Hebræos significat ignē; potest etiam sumi vt nomen proprium Vrbis, seu Regionis, quæ erat in Chaldæa. *At ille ait: Domine Deus vnde scire possum quod possessurus sim eam.* Fuit expositio Augustini, Chrysostomi, & Theodoreti, Abraham non dubitasse de promissione Dei, sed de modo, ordine, & tempore eius promissionis implendæ. Verba Chrysostomi sic se habēt.

Chryſ. Interrogo igitur non vt incredulus, sed quia iterum mihi possessionem huius terræ nominasti, vellem equidem crassius aliquod, & clarius signum accipere, quod possit infirmas meas cogitationes solidare. Sic ille. Sequitur. *Et respondens Dominus sume mihi, inquit, Vaccam triennem, & Capram trimam, & Arietem annorum trium, Turturem quoque, & Columbam.* Nonnulli censent duas ob causas apparatum illum animalium esse designatum. Altera causa, vt per animalia illa quasi per quoddam enigma præfigurarentur, quæ ventura erant posteris Abrahæ ante possessionem terræ Chanaan, partim aduersa; partim secunda. Altera causa fuit ad percutiendum fœdus cum Abrahamo. Mos igitur fuit antiquitus apud Hebræos, vt cum inirent fœdus occiderent animal aliquod, atque inter partes eius diuisas, & inter se oppositas transirent, tanquam talem ibi cædem, & lacerationem imprecantes, si fœdus illud violarent. Hæc ex Pererio libro de peregrinatio-

Pereri⁹. ne Abrahæ super verba prænarrata Genes. qui quidem inquit Vaccam triennem vox Hebræa potest significare triennem, & triplicatam, vt ad ætatem, & numerum referatur. Sequitur. *Cumque Sol occumberet sopor magnus irruit super Abraham, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum.* Vocabu-

Lyran. lum soporis in Scriptura ostendit magnum, & profundum

Mystica interpretatio. somnum, qui tollit vsum sensuum. Lyranus exponendo hunc locum mystica ratione, sic inquit: Per sacrificia legalia testatam esse fidem Christi venturi, sine qua vel explicita, vel implicita

plicita nulli vnquam hominum salus contigit. In Christo autem fuit diuinitas, & humanitas; In Oue repræsentabat innocentiam Christi; In Capra similitudinem carnis peccati, quam Dominus induit, vt de peccato damnaret peccatum in carne; Bos robur in perferendis laboribus; Turtur eius munditiam, & castimoniam; Columba, quæ sine fele est, incomparabilem eius mansuetudinem. Sic ex Lyrano. Qui quidem Lyranus, & Tostatus quoque triplex secundum legem faciendum esse sacrificium putarunt, Holocaustum, hostiam pacificam, & sacrificium pro peccato: & hac ratione definitum est a Moyse ætatem triennio animalium terrestriũ significans in eo, quod Hebræi ob tres causas affligendi erant ab Ægyptijs, scilicet ob numerosissimam eorum multiplicationem, ob eximiam corporis proceritatem, robur, ac pulchritudinem, & ob bonorum temporalium abundantiam, declarans etiam cum hac similitudine, quod possessio illius terræ mansura Hebræis erat triplici tempore, & in triplici statu regiminis eius populi, scilicet tempore Iudicum, Regum, atque Pontificum, vsque ad Christi aduentum. Philo in libro de Victimis, inquit; Sacerdotes accedentes ad sacrificium tanta cautela vtantur, vt Sacerdotum peritissimi ab extremis pedibus exorsi totum corpus inquirant, vt ne celetur, vel minima labecula: & hoc faciant, ait ille, non propter victimas, sed ne propter turpitudinem animi Deus sacrificium eorum auersetur. Sic Philo. Qui vult peruenire ad terram promissionis, scilicet ad Cœlestem Regionem viuentium, primum sumat iuuencam, id est humilitatem colat: trifariam oportet esse humilitatem erga superiores, erga pares, erga inferiores, sumat deinde Capram, id est amplectatur pœnitentiam, & sit Capra triennis, scilicet pœnitentia contritionis, confessionis, & satisfactionis, his tribus partibus roborata, & ornata esse debet, & hoc morale documentum sumptum est ex Pererio super illa verba loco superius citato mutatis verbis. Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo decimoquarto, exponens hunc locum Moysis sic scriptum reliquit. Per iuuencam significata est plebs posita sub iugo legis:

Tostat. *Philo.* *Pererius. Documentum morale.* *Aug.*

Mm 2 per

per Capram eadem lex peccatrix futura: per Arietem eadem plebs regnatura. Sic ille. Qui quidem Augustinus loco superius citato secundum mysticam expositionem, sic inquit, super quæstione de auium descensu; Aues descendentes super corpora, quæ diuisa erant, non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris huius, pastum quendam suum de carnalium hominum diuisionem quærentes. Quod autem illis consedit Abraham, significat etiam inter illas carnalium diuisiones, veros vsque in fine sæculi perseueraturos fideles. Sic Augustinus.

Greg. Beatus Gregorius libro decimosexto Moralium, loquens de perturbationibus, quibus querunt Dæmones suggestu terrenarum cogitationum viros Sanctos in oratione versantes infestari: Sic locutus est: Abraham cum ad Occasum Solis sacrificium offeret; insistentes aues pertulit: sed eas studiose, ne ob tantum sacrificium raperent abegit. Sic nos cum in ara cordis sacrificium Deo offeremus ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus, & peruersæ cogitationes rapiant; quod mens nostra offerre se Deo vtiliter sperat. Sic Gregorius.

Allegorica expositio. Occasus Solis, qui contingit Abrahæ permonstrabat, & significabat obitum Ioseph Patriarchæ: nam viuente illo omnia Hebræis in Aegypto prospera fuerunt: at vero defuncto eo cæpta est seruitus eorum, afflictio, & oppressio. Sic ex Pererio quinta disputatione de peregrinatione, & rebus gestis Abrahæ.

Aug. Verum Augustinus vbi supra ad hunc modum scribit: Quod circa Solis Occasum pauor irruit in Abraham, & timor tenebrosus significat circa huius sæculi finem, & magnam perturbationem, ac tribulationem futuram fidelium. Sic ille.

Philo. Philo in libro quem inscripsit de legitimo diuinarum rerum hærede explanans extasim, siue excessum mentis, qui Abrahæ contigit quadruplicem facit excessum illum: Vnum afferens delirium, & insaniam ex nimio senio, vel atra bili. De quo in libro Deuteronomij, scriptum est: *Deliratio, cæcitas, & excessus mentis corripiet impios, vt nihil differant a cæcis.* Alter excessus ob magnum aliquem pauorem accidit repentinum. Sicut legitur de Isaac. *Correptus stupore magno dixit, quis*

Deuter.

De excessu, & alienatione.

igitur

igitur venationem mihi attulit priusquam tu venires: & gustaui, & benedixi ei, eritque benedictus. Tertius excessus fit in tranquillitate animi, cum is feriatus a sensibus, in placida, & dulci conuersatione versatur. Quartus excessus est omnium plene longe optimus, quando mens diuino afflatu, & spiritu impletur. Hic excessus, & extasis accidit Abrahæ. Sic ex Pererio. Sequitur. *Cum ergo occubuisset Sol facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Capitulo decimoquinto Genes. versiculo decimoseptimo.* Clibanus, ait Pererius, Græca vox est, & significat furnum paruum. Significabat autem Clibanus fumans, (inquit ille) durissimam seruitutem Hebræorum in Aegypto; lampas transiens inter partes animalium diuisas repræsentabat Deum fœdus cum Abraham pangentem, vel præsentiam Dei certam ferentis opem demonstrabat. Sic ille. At Sanctus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimoquarto, sic scribit de visione ista, quæ contigit Abrahæ. Quod in Occasu Solis visa sit Abrahæ fornax furibunda, & lampas ignis transiens per medium diuisorum animalium, ex hoc autem significatum esse in fine sæculi per ignem iudicandos esse carnales. Sic Augustinus.

tione mētis.

Pereri⁹.

Aug.

†

DE

DE TEMPORE QVO HEBRÆI manserint in Aegypto, & quomodo intelligenda sunt verba illa: Nundum enim completæ sunt iniquitates Amorrhęorum.

Caput Secundum.

Cito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis: Genes. capitulo decimoquinto, versiculo decimotertio. Iosephus, Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Beda, & Rupertus putarunt Hebræos mansisse tantum in Ægypto 215. annis, & hæc communis opinio est omnium Scriptorum, sic ex Pererio super illa verba prænarrata, sexta disputatione, libro superius citato. Qui quidem affirmat falsam esse opinionem Beati Chrysostomi dicentis in homilia trigesimaoctaua in Genesim, tempus mansionis Hebræorum in Ægypto breuius fuisse ducentis annis: & similiter Hebræorum dicentium non plus ducentis, & decem annis illos mansisse in Ægypto: quam opinionem secuti sunt Lyranus, & Tostatus. Hoc loco quæstio suboritur, si mansio Hebræorum in Ægypto fuerit duntaxat ducentorum quindecim annorum, quomodo dixerit Deus Abrahæ semen eius mansurum in Ægyptum, & ibi afflictum iri quadringentis annis. Ad hanc quæstionem Chrysostomus homilia trigesimaoctaua in Genesim, sic respondet. Sed quis dubitet, quomodo quadringentis annis dicat semen Abrahæ seruiturum in Aegypto, cum ne dimidio eius temporis inibi fuerit? Sed Deus non dixit peregrinaturos eos in Aegypto, sed in terra non sua; quo nomine etiam terra Chanaan, significatur, in quam terram ex mandato Dei primum venit

Ioseph. Euseb. Hier. Aug. Beda. Rupert⁹.

Refellit Chrys.

De tēpore mãsionis Hebręorū in Aegypto. Chrys.

Abraham

Abraham ex Mesopotamia: Si quis igitur inde computet tēpora, vsque ad exitum Hebræorum ex Aegypto numerum hunc quadringentorum annorum saluum, & integrum inueniet, Sic Chrysostomus, Beatus Augustinus inquit hoc non referri debet de afflictione Hebræorum ad quadringentos annos; sed referri debet ad peregrinationem in terra non sua, idest in terra Chanaan, siue in Aegypto. Pererius autem in libro primo, quæstione superius citata, sic inquit. Hæc prædictio, siue oraculum Dei non pertinuit ad personam Abrahæ, sed ad semen, siue posteritatem eius. *Quarta autem generatione reuertentur huc*, non aliud significat, nisi exacto iam quarto sæculo, siue quarto annorum centenario iam peracto: Sic ille. Lyranus, & Caietanus declarant, & exponunt has generationes in hunc modum sic ipsi scribentes: Iacob (inquiunt) genuit Iudam, hæc est prima generatio: Iudas (inquiunt) genuit Phares, hæc est secunda generatio: Phares genuit Esron, hæc est tertia generatio: Esron genuit Caleb, vt scriptum est primo Paralipomenon, & secundo, & hæc est quarta generatio Caleb vero intrasse terram promissionis ex capitulo decimoquarto, tam libri Numerorum, quam Iosue manifestum est, sic illi, & hoc modo videtur originem duxisse has quatuor generationes a semine Abrahæ, scilicet a filijs eius: quoniam si accipiamus originem ab Abrahamo constat fuisse quinque generationes. Philo vero ex propositio harum quatuor generationum allegorico sensu declarat, & exponit, quas nos breuitatis causa prætermittimus: tantum de illa expositione dicemus, quod ille putauit fuisse tamquam imaginem hominis secundum perfectam virtutem: quoniam exterminatis Chananæis, idest omnibus vitijs, & malis affectibus animi nostri tranquillissimam pacem homo possidet: Vnde repletur omnibus bonis, cum quibus fœliciter viuit. *Nec dum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, versiculo decimosexto.* Theodoretus quæstione sexagesimaquarta in Genesim ait, non decet autem ante peccatum, ex præscientia futuri peccati pœnam infligere. Quod autem tempore illo Abrahæ fuerint in ea gente probi aliqui, & pij homines, constat ex Melchisedech, & Abime-

Aug.

Pereri⁹.

Lyran⁹.

Caiet.

Philo.

Theodoretus.

Abimelech,& tribus fratribus inhabitantibus Hebron, cum ipso Abraham, tum fœdere, tum amicitia coniunctis. Sic Theodoretus. Verum quænam fuerint iniquitates, propter quas gentes illæ patrijs sedibus exterminandæ erant, ad hanc interrogationem sic respondit Pererius libro de peregrinatione, & rebus gentis Abrahæ, octaua disputatione super illa verba Genes. triplex earum iniquitatum genus fuisse; primum promiscua, & differens matrimonialis coniunctio cum mulieribus, nullo habito discrimine, nulloque respectu cognationis, & affinitatis. Alterum fuit peccatum nefandum contra naturam, idest commixtio non solum marium cum maribus, sed etiam cum bestijs. Tertium fuit multiplex, eaque fœdissima superstitio: præsertim quod proprios filios igni comburendos Dijs immolarent. Atque hisce tot tantisque sceleribus gentes illæ adeo factæ sunt abominabiles, vt eas terra sustinere amplius non potuerit, sed coacta fuit euomere, ac prorsus ab se abijcere. Sic Auctor ille; qui quidem ait, cur hic vnius tantum generis Amorrhæorum mentio fiat; cum ex alijs Scripturæ locis, septem fuisse gentes, quæ terram illam habitauerint: Aut enim per synecdochen posita est pars pro toto, idest gens illa Amorrhæorum pro omnibus gentibus, quæ terram illam possidebant: Aut, quod propius vero est, ob eam causam, quod isti amplitudine gentis proceritate, & robore corporis, & crudelitatis immanitate cæteris eius terræ habitatoribus celebriores futuri essent. Sic ex Pererio. Proceritas, & robur corporis eius gentis ab Amos propheta capitulo secundo declarata est illis verbis: *Ego autem exterminaui Amorrhæum a facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus.* Beatus Gregorius super verba illa Ezechielis, capitulo tertio, sic inquit. Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat; sed cum eius gratiæ patientiam nos in augumentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie disposuit, districtus ad feriendum conuerit. Sic Gregorius, verba illa Dei. *Nundum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum*, hanc reddunt sententiam: Nundum eorum peccata ad eam peruenere mensuram, quam

Pereri⁹.

Amos Propheta.

Greg.

quam cum impleuerint, decreui ego insigniter ea puniri, exterminando eas gentes ex hac terra. Nam sæpe Deus constituit permittere peccata alicuius gentis impune fieri quantum ad multitudinem grauitatum, & tempus, vsque ad certum terminum, quem vbi attigerunt, tunc notabilem de ea gente vindictam sumit. Quisnam sit ille terminus, multitudinis grauitatis, & durationis peccatorum, mortalium nemo scire potest, quoniam occultum iudicium Dei est. Sic Pererius libro, & loco vt supra citato, qui quidem ait causas vindictæ Dei seuerissimæ hinc fuisse sequentes: scilicet peccata communia, & vniuersalia vnius gentis, & populi; vt fuit vitium, & peccatum Sodomorum: Altera est inuerecundia gentis committentis peccata, & publice ea agentia; tertia est vsitatio, & inueteratio peccatorum: altera causa est, quæ plane fit inemendabilis, & incurabilis plaga. Quinta, & vltima causa est, quæ peruertit, & destruit communitatem, & societatem hominum, Atheismus, & fœda, ac pestilens Idolatria, tyrannicæ oppressiones, immodicæ bonorum rapinæ, frequentes bonorum innocentium cædes, promiscuæ, atque indifferentes virorum, atque mulierum coniunctiones, nulla distinctione cognationis, vel affinitatis, vt patris, & filiæ; filij, & matris; fratris, & sororis: nefandæ commixtiones marium cum maribus, & hominum cum iumentis: hæc sane fuerunt complementum iniquitatum Amorrhæorum, ad quod cum peruenerint; puniti fuerunt a Deo, & eiecti de terra sua: Verum nunc dicemus, quod pro istis causis similiter Deus misit illas sex plagas vniuersales in mundum, quas recitabimus hoc loco. Prima fuit Diluuium vniuersale propter enormem in omni genere libidinis intemperantiam. Altera vindicta Dei fuit Sodomorum propter scelus nefandum. Tertia decem plagarum ob Tyrannicam vexationem Hebræorum. Quarta fuit vindicta ipsorum Hebræorum ob multiplicem Idolatriam, & ob cædes innocentium, & Prophetarum, & propter impijssimam Messiæ necem. Quinta fuit vindicta Chaldæorum propter fœdissimas omnis generis superstitiones. Sexta fuit Græcorum vindicta, propter hæreses, & schismata, &

Causæ, pro quibus Deus misit in mūdum sex plagas vniuersales. Pereri.

Nn propter

propter superbam contumaciam aduersus Pontificem Romanum Vniuersalem Ecclesiæ Pastorem. Sic ex auctore superius citato, octaua disputatione, libro de peregrinatione Abrahæ.

AN IMPLETVM FVERIT PROmissum Dei, posteris Abrahæ, de terra possidenda a fluuio Aegypti, vsque ad Euphratem.

Caput Tertium.

N *die illo pepigit Dominus fœdus cum Abraham, dicens semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti, vsque ad fluuium magnum Euphratem, Genes. capitulo vndecimo, versiculo decimooctauo.* Moyses ait in libro Deuteronomij, terram illam Hebræis esse traditam non propter eorum merita, & iustitiam, sed quia eorum maiores Deus dilexerat, & ante omnes ipsum Abraham. Cur autem Euphrates appellatus sit fluuius magnus; respondet Pererius quia vnum de quinque maximis fluminibus totius terræ olim cognitum est. Sunt autem in Europa Danubius, in Africa Nilus, in India Ganges, & Indus: in Asia Euphrates, omnes fluminees maximi alijs superiores, tum propter cursum, & copiam aquarum, tum propter celebrem illorum nomen. Hebræi putarunt fluuium Ægypti fuisse Nilum. Verum Beatus Hieronymus putauit fuisse riuum Nili ingredientem Mediterraneũ. Et in multis locis Scripturæ legitur nuncupatum esse torrentem Ægypti. Vocatur quoque torrens deserti, vt ait Amos sexto, quia per solitudinem iacentem inter Pelusuum, & Palæstinam defluat in mare. Nuncupatur etiam fluuius turbidus, quod turbidas ferat aquas. Caietanus, & Oleaster putarunt hoc promissum Dei de terra ab Hebræis possidenda, vsque ad Euphratem fuisse impletum tempore Dauid. Augustinus

Hier. *Caiet.* *Oleaster*

stinus libro tertio Regum, capitulo quarto, ait constitutum, & terminatum fuisse a Deo, vt filij Israel exterminassent, & perdidissent illas septem gentes, & vsque ad Euphratem regnassent; & tributarias eas fecissent. Verba Augustini sunt hæc. Sic ergo fuerat constitutum filijs Israel, vt septem gentium terras exterminatis, & perditis illis gentibus ipsi inhabitarent: alijs autem regnarent subditis, atque tributarijs, vsque ad Euphratem. Sic Augustinus. Sanctus Hieronymus in Epistola ad Dardanium centesimauigesimanona, scripsit terram promissionis non amplius porrectam esse in longum, quam centum, & sexaginta mille passuum, scilicet a Dan, vsque Bersabææ: latitudo vero illius terræ a Ioppen, vsq; Bethleem non extenditur plus vltra, quam quadraginta sex mille passus. Verum ex aduerso Pererius arbitratus est Dauid, & Salomonem non solum debellasse illas gentes, vsque ad Euphratem, verum etiam illas subegisse suo Imperio easque seruisse sub tributo. Conclusio igitur ipsius auctoris, decima disputatione Abrahæ sic se habet. Summa igitur nostræ opinionis hæc sit, arbitrari nos diuinum illud promissum tempore Dauid, & Salomonis impleri cœptum esse; idemque omnino fuisse implendum, nisi gentis illius improbitas, atque impietas obstitisset. Quemadmodum nec Chananitidem quidem vniuersam obtinere illi potuerunt, non solum propter ignauiam, & auaritiam; sed ob eam maxime causam, quod a vero Dei cultu, & obedientia sæpius recesserunt.

Aug.

Hier.

Longitudo, & latitudo terræ promissionis.

Pereri⁹.

Cur De⁹ omnino non impleuerit promissum semini Abrahæ.

DE CONIVGIO ABRAHAE cum Agar Aegyptia ancilla eius: an licitum, & legitimum fuerit.

Caput Quartum.

Gitur Sarai, vxor Abraha non genuerat sibi liberos, sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito suo: ecce conclusit me Dominus ne parerem: ingredere ad Ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret depræcanti; tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. Qui ingressus est ad eam: Capitulo decimosexto Genes. versiculo primo, secundo, tertio, quarto

Narratur a Moyse hoc decimosexto capitulo, cum iam Abraham ex Sarai prolem desperaret, Agar ancillam suam coniugem duxit, Sara ipsa impellente, & rogante. Nam cupiebat illa ex ancilla sua Agar Ægyptia filios ei præbere, & in loco filiorum suorum habere. Hoc autem coniugium contractum est in terra Chanaan decem annis, postquam venerat ex Mesopotamia ætatis Abrahæ octuagesimoquinto anno illius. Sara vero septuagesimumquintum annum agebat. Verum Agar se concepisse sentiens, contemptui habens Saram, cum ab ea aspere tractaretur, domo aufugit; sed errantem Angelus redire domum præcipit ei, & subesse dominæ suæ reuerenter: promittens vt filium pareret valde ferocem, & bellicosum auctorem numerosissimæ gentis. Philo in libro de Abrahamo multa verba facit super egregias laudes, & virtutes Saræ: dicens commota desiderio prolis videns se esse sterilem, ne ob id deserta deficeret domus Abrahæ, loquitur ad Abraham efficaciter, magnaque adhortatione, vt ille accipe-

Philo.

ret coniugem Agar ancillam eius, vt ædificaret domũ eius: at ille miratus tantam vxoris Charitatem duxit eam liberorum causa, quam illa commendauerat: vsurus eius conuentione donec efficeretur grauida: & sic propter continentiam Abrahę, vel propter honorem, quem vxori habebat abstinuisse a congressu illius ancillæ, postquam effecta est grauida. sic ex Philone. Ait Pererius, super illa verba. *Conclusit me Dominus ne parerem*, hebraismum esse, & eidem est pro sterilem me fecit. Chrisostomus hom. 38. in Gen. super sterilitatem Saræ sic locutus est. Etenim significare voluit Sara quæmadmodum nos aperimus & claudimus domus; ita & Deus in natura operari, eius vires & potentiam vel claudendo cum libet, ne operari quicquam possit; vel aperiendo, vt operetur. Ecce tibi in vno eodem babilonico illo igne potentiam eius ad vrendi, & clausit erga tres illos iuuenes, & aperuit aduersus Babylonios eorum hostes, & terrores. sic ex Chrysostomus Iosephus libro primo antiquitatum, B. Augustinus lib. decimo contra faustum arbitrati sunt Saram Dei Monitu suasisse illud coniugium Abrahæ. Caietanus in capite decimosexto, Gen. declarans licitum fuisse coniugium Abrahæ cum Agar, sic scripsit. Perpende quoque nihil indecentis habuisse tunc huiusmodi pluralitatem vxorum; sed solitam & communi more probatam fuisse. sic ille. Chrysostomus Hom. 38. in Gen. affert non nullas rationes quare dominus Deus tantum tardauerit promissum semen dare Abrahæ, quod fuit per vigintiquinque annos post primam promissionem, & illi natus fuit Isaac primum, vt ostenderet Abrahæ continentiam, & modestiam. Secunda ratio vt appareret constitutionum in fide diuinorum promissorum. & redderetur. Abram illustrior virtus illius tanto tempore nunquã in dei promissis vacilantis B. Augustinus libro 16. De Ciuitate Dei. c. 25. ostendens Abram non peccasse coniungendo secũ Agar, sic scriptum reliquit. Nulla est hic cupido lasciuiæ: nulla nequitiæ turpitudo: ab vxore causa prolis, ancilla traditur; a marito causa prolis accipitur. sic ille, qui quidem Augustinus libro vigesimosecondo, contra Faustũ capitulo 27.

Chrys. *Ioseph.* *Aug.* *Caiet.* *Chrys.* *Aug.*

decla-

declarans non fuisse peccatum coniunctionem Abrahæ cum Agar ancilla eius obijciens ipso Fausto, qui pro magno crimine Sanctis Patriarchis poligamiam illis tribuat, sic locutus est. Quando mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis vxoribus obijcitur Sancto viro Iacob? si naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur: si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur: si præceptum nulla lege prohibebatur. Sic Augustinus. Pererius libro superius citato, prima disputatione: An fuerit licitum coniugium Abrahæ cum Agar, sic scriptum reliquit. Licitam porro fuisse tempore legis, constat tamen auctoritati Diuinæ Scripturæ, tum exemplis Sanctorum virorum, qui ea sine crimine vsi sunt. Præcæteris ad probandum valeat exemplum Dauid, qui multas simul vxores habuit; cuius sanctitati locupletissimum perhibet Scriptura testimonium, vocans eum virum secundum cor Dei in libro Deuteronomij, capitulo vigesimoprimo, eo tempore legitur: proligamiam licitam fuisse. Sic eo loco scribit Moyses. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam; genuerit que ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere, non poterit filium dilectæ præferre filio odiosæ: sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei de ijs, quæ habuerit, cuncta duplicia*. Sic eo loco. Vnde videtur approbatum, & licitum fuisse coniugium vnius viri cum duabus vxorib. At ex aduerso videtur scripsisse Moysen in Deuteronomio, capitulo decimoseptimo, loquentem de Rege futuro Deum præcipisse, ne Rex plurimas haberet vxores. *Non habebit*, inquit ille, *vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti, & auri immensa pondera*. Augustinus libro quæstionum in Deutero. q. 27. sic tradit. Sed hinc potius intelligitur permissum fuisse Regibus plures vna vxores habere, plurimas autem habere prohibitum. Quæ quidem prohibitio non habebat transgressionem in paucis vxoribus, sicut Dauidi fuerunt,

Deuter. c. 21.

Augu.

runt, sed in plurimis, vt fuerunt Salomoni. Chrys. hom. 56. in Gen. loquens de copulatione duarum sororum Rachele, & Lia cum Iacob sic scripsit: tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus etiam vxoribus misceri: vt humanum genus propagaretur, & pietas incrementum acciperet. Adueniens autem Christus, & virtutem in hominibus plantauit, & Angelos (vt dicam) ex hominibus fecit; omnem illam veterem consuetudinem aboleuit. Sic Chrysostomus, qui quidem videtur sensisse sic esse factum & promissum a Deo, vt genus humanum dilataret, & multiplicaret. Veruntamen ait Pererius sententiam fuisse Theologorum nemini vllo tempore polygamiam sine dispensatione diuina fuisse licitam. Quare dicendum, & credendum est Abraham se coniunxisse cum Agar ancilla eius desiderio prolis, & non causa intemperantiæ, & lasciuiæ; & hoc factum esse dispensatione Diuina, sic iubente Deo, vt per hoc declararet mysterium illarum vxorum Liberæ, & Saræ, quæ dicta sunt per allegoriam: scilicet vt per semen seruæ liberæ seruos fideles Dei; per semen autem seruæ manifestaretur seruos subiectos potestati Dæmonis. *At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Affligente igitur eam Sarai fugam iniit, versiculo quarto, & sext*. Gregorius libro vigesimoprimo expositionis in capite tertio primi Regum, declarans hunc locum Moysis inquit in Agar Saræ ancilla designantur Prelatorum Sanctæ Ecclesiæ subditi, qui dum adhuc rudes sunt obediūt; sed cum paulo altius per conuersationem proficiunt in eadē humilitate, & obedientia, nequaquam persistunt. Sic ille. Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo quarto, putauit in castigando Agar modum excessisse, veruntamen iustam fuisse hanc castigationem Angelus satis demonstrauit iubens Agar subiectam, & obedientem esse Saræ: *Dixitq; ei Angelus Domini, reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius*. Beatus Augustinus ostendens iustam esse vexationem Agar per dominam eius Saram inflictam, sic locutus est. Nam & Agar passa est persecutionem a Sara; & hæc Sancta tamen erat, quæ faciebat; illa vero iniqua, quæ patiebatur,

Chrys.

Greg.

Amb.

Aug.

non fuisse igitur afflictionem Agar a Sara factam iracundiæ excessu vitiosam, sed iuste, & moderate credendum est. Sequitur. *Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ecce concepisti, & paries filium: vocabisque nomen eius Ismael, eo quod audierit Deus afflictionem tuam, versiculo decimo Genes. capitulo decimoquinto.* Miratur Caietanus in capitulo decimosexto Genes. cur Deus voluerit imponere nomen Ismaeli ante ortum illius, an bonus, an malus ille fuerit nihil scitur: ad hanc dubitationem sic ille respondit: vt de diuina gratia gratis data nullus glorietur, nullus laudetur, nullus certo speretur bonus. Sic Caietanus. Legitur in Sacra Scriptura quinque tantum viris ante ortum illorum prænuntiatum fuisse nomen. Primus eorum Ismael fuit. Secundus Isaac, cuius generatio ex sterilibus parentibus admirabilis fuit. Tertius fuit Rex Iosias. In nouo testamento fuere duo vnus fuit Ioannes Baptista ex Elisabet sterili, & infœcunda. Vltimus fuit super omnes admirandus Dominus Noster Iesus Christus. Sic Pererius. Sequitur. *Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus eius contra eum, è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula.* Oleaster super capitulo decimosexto Genes. de significatione nominis ferus, sic scriptum reliquit, per translationem significare hominem syluestrem, idest inurbanum, inciuilem, atque ingenio moribus ferinis. Sic ille. Latinus interpræs ferus significauit hominem more ferarum in deserto habitantem, & ferino ingenio dotatum: a multis claris auctoribus proditum fuit ex stirpe Ismaelis Saracenos, Agarenos, Ismaelitas originem traxisse. Angelum autem, qui locutus fuit cum Agar arbitratus est Tostatus fuisse, in cuius cura, & tutela erat Abraham, & familia eius. *Vocauit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eam, tu Deus qui vidisti. Dixit enim profecto hic vidi posteriora videntis me, versiculo decimotertio Gen. capitulo decimosexto.* Nonnullis videtur Angelum illum apparuisse Agar in specie humana auersa facie, ita vt illa tantum posteriora eius cerneret, faciem autē minime: idque fecisse Angelum, vel quod indigna esset cernere faciem Angeli, vel Mysterij alicuius denotandi

Caiet.

Quibus ante ortum illorum præ nunciatum fuit nomen. Pereri⁹.

Oleaster

Pereri⁹.

notandi

notandi causa. Per hoc significatum est nobis cognitionem Angelorum, quam in terris habent homines, non esse distinctam, & claram; sed per communia accidentia valde vmbratilem, & imperfectam. Sequitur. *Propterea appellauit puteum illum, puteum viuentis, & videntis me, ipse est inter Cades, & Barad, Genes. versiculo decimoquarto*. esse videntem, & viuentem simpliciter, & absolute dicta, vnius Dei propria sunt: ipse enim solus ex se viuit, & vitam habet æternam, & causa est, cur omnia viuant, quæcumque viuunt. Cades, & Barad fuisse loca in deserto Sur, in quo errantem Agar inuenit Angelus: extenditur autem desertum Sur, vsque ad Mare Rubrum, quod ad Ægypti confinia peruenit. Cades vero fuit is locus, in quo fons erupit de petra virga Moysis percussa, quæ dicta est aqua contradictionis ex durissima, & siccissima petra largissime aquam præbendo Hebræis, vnde nomen ei loco contingit; nam vox Cades Sanctitatem, vel Sanctificationem sonat. Et fons, & puteus appellabatur, quia in profundo terræ latebat, nec nisi per finem, & situlam hauriri ex ea aqua poterat: propterea appellatus est puteus: Sic ex Pererio loco superius citato.

Solus Deus ex se viuit, omnia ex illo vitã habent.

†

DE PACTO DEI CVM Abrahamo, & de lege Circumcisionis.

Caput Quintum.

Postquam vero nonaginta, & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum, ego Dominus Omnipotens, ambulans coram me, & esto perfectus. Genes. capitulo decimoseptimo, versiculo primo. Caietanus exponens hæc verba Moysis circa apparitionem Domini Abrahæ, sic locutus est: prosternendo super terram, significatur visionem fuisse sensibilem, & corporeis oculis obiectam. Verba Domini dicta Abrahæ: *Ego Dominus Omnipotens*, plena sunt mysterijs, quia credere Deum esse Omnipotentem generat in animis hominum motus, siue affectus summæ reuerentiæ, ac venerationis tantæ Dei maiestatis: Alterum motum generat fiduciæ maximæ, quod nullum sit bonum, quod non ille præstare nobis, nullumve malum, quod non idem facile propulsare a nobis queat: alterum maximi timoris, ne quid peccando, tam potentem Dominum offendamus; cujus nempe punire volentis non sit effugere vindictam. Sic ex Pererio super illa verba Genes. De significatione vero nominis Dei, quod vertitur Omnipotens. Caietanus appellat eum victorem, & vincentem; & sic de nomine illo scriptum reliquit. Deus autem, inquit ille, ita fortis est, vt habeat potentiam vincentem omnia: nullaque indispositio receptiuorum, nulla uis agentium, aut mediorum efficientiæ eius obstare vllo modo potest. Sic Caietanus. Oleaster super significationem nominis Saddai, inquit illud, nomen acceptum esse a nostris Omnipotentem, idest ad omnia sufficientem. Sic ille. Ambulare in vijs Domini, est præcepta Dei inuiolate, Sancteque custodire. Ambulare post Deum, est tamquam seruum humilem, & fidelem Deo

Caiet. *Caiet.* *Oleaster*

Deo inseruire. Ambulare cum Deo, est cum Dei voluntate, ac sententia omnibus in rebus concordem, & consentientem esse. Ambulare coram Deo est semper intueri Deum quasi præsentem sibi. Perfectus est, qui nihil prætermittit eorum, quæ Deus facienda præcepit. Sic ex Pererio super illa verba Genes. Sequitur. *Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. Non vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellabitur Abraham, quia pater multarum gentium constitui te. Daboque tibi, & semini tuo post te, terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, versiculo quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, decimo.* Causa renouationis fœderis inter Deum, & Abraham fuit, quoniam circuncisionis pater, & multarum gentium fuit ipse Abraham, quoniam ex ipso proseminatæ sunt multæ gentes, vt Hebræi, Idumæi. Ismaelitæ, & Madianitæ. Fuit quoque Abraham pater multarum gentium spiritualium, tum Hebræorum Deum sequentium post illum, tum Gentilium conuersorum ad fidem Christi post aduentum eius. Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genes. sic scripsit. Dicebatur enim primo Abraham, quod interpretatur pater excelsus, & postea vocatus fuit Abraham, quod transfertur pater multarum, nam quod sequitur gentium non habetur in nomine, sed subauditur. Sic ille. Philo in libro de Abrahamo, sic scripsit, de mutatione nominis illius. Mutatio nominis ex Abram in Abraham significauit fuisse eum mutatum ex homine Philosopho in virum Sapientem, & plane Diuinum. Sic ille. *Circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circumcidetur in vobis; omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quam emptitius, & quicumque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit, versiculo vndecimo, vsque ad decimumquintum*: In octauo die præfinit Deus circumcisionem, & præputium

Hier.

Philo.

pueri statuit circuncidi: pœnam autem capitalem constituit aduersus transgressores huius legis, cum ait, *masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo.* Circumcisio plus quadringentos annos legales ritus, & cæremonias antecessit: erat enim manifesta quædam obseruandæ legis Mosaicæ professio: nam qui circumcidebatur, debitor erat vniuersæ legis faciendę In Sacramento circumcisionis abolebatur peccatum originale, & si aliæ essent cum eo coniuncta peccata actualia; & in ea multiforme continebatur mysterium baptismatis. Sic ex Pererio super verba Genes. prænarrata. Philo nonnullas affert vtilitates circumcisionis. Vna fuit causa, quo facilius caueretur morbus ægre curabilis, quem vocant carbunculum, sic appellatum, quod vrat inflammatione: Sic autem morbus præputiatis, quam circumcisis facilius, & frequenter contingit. Altera causa, vt totum corpus purius esset, nec impediret officia Sacerdotalis ordinis. Tertia causa, pars hæc corporis circumcisa, cordis similitudinem quandam habet: vtraque enim generationi seruit: siquidem ab altera spiritus animalis, ex altera genitales spiritus procreantur, & profluunt. Quarta causa fuit bonum maioris fœcunditatis, & numerosioris sobolis. Hactenus ex Philone non continuata serie verborum, sed tantum acceptis sententijs ex sermone illius. Beatus Augustinus libro octauo de Ciuitate Dei, capitulo vigesimoprimo, recitans Varronem Auctorem de celebratiooe solita per dies festos in honorem illius, ait pudēda virilia venerari & coli, & hoc palam factum esse, non verecundo secreto, & hoc turpe membrū inquit ille coronabatur ab honestissima matrona cum honore magno plostellis impositum, quod ne meretrix quidem facere permitti debuit in teatro. Verum enorme hoc peccatū corrupit & iuuasit quoque gentem Hebræorum & reges illorū, vt videtur lib. 2. Paralip. cap. 15. Sed & Maacham (inquit) ex Augusto, deposuit imperio, & quod fecisset in luco simulacrum Priapi: quod omne contriuit, & in frustra comminuens combussit in torrentem cædron. Sciebat autem Deus tantā fore cecitatem, & insaniam hominum, vt eam partem vere-

Pereri⁹. Philo.

Aug. Varro. Veneratio antiquorum pudēdis virilib. delata.

cundam

cundam hominis diuinis honoribus colerent, constituit ipse, vt id membrum in ipso ortu hominis, iniuria circuncisionis deformaretur, & fœdaretur. Sic ex Pererio prima disp. ad quem vsum instiuta sit circuncissio lib. de Peregrinatione Abrahæ, quam quidem sententiam videtur sumpsisse ex Beato Chrisost. hom. 39. in Gen. Lactantius lib. 4. diuinarum institutionum ait causam institutæ circuncisionis fuisse figuratiuam, scilicet veræ circumcisionis spiritualis, quæ mens, & animus hominis circumcisis omnibus vitijs in studijs virtutum occupatur. Caietanus declarans rationes, & causas, per quas Deus instituit circumcisionem in capitulo decimoseptimo super Genes. sic scriptum reliquit. Accommodationes tamen multæ afferri possunt, sed earum tamen præcipua ratio est, quod carnaliter Messias ex genere Abrahæ producendus erat. Sic ille. Beatus Thomas tertia parte, quæstione septuagesima, articulo quarto, loquens de circumcisione in hunc modum scripsit; in circumcisione conferebatur gratia, & non ex virtute circumcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cuius signum erat Circumcisio, sic ille. Herodotus libro vigesimoprimo, ait Colchi, Ægyptij, & Æthiopes pudenda circumcidunt, & ab ipsis populis multas gentes, & nationes didicisse circumcisionem. Apud Ægyptios mos erat, vt nullus aperiretur ad supremos honores, nisi qui circumcisus esset; Nullus Astrologiæ, aut Geometriæ studebat nisi circumcisus; Nemo item apud illos Sacerdos esse poterat, neque aruspex, neque quorumlibet Sacrorum minister, nec propheta, nisi antea circumcisione, quasi purgatus, atque initiatus fuisset. Sic Origenes in Epistola ad Romanos libro secundo Commentariorum. Pererius libro superius citato ait fuisse circumcisionem signum allegoricum Christiani baptismi. Vtrum vero columna nubis, & mare rubrum expressiorem figuram baptismi gesserint, quam circumcisio; Beatus Petrus ait Arcam Noe, & Diluuium fuisse imaginem quandam Christiani baptismi: respondendum est, inquit Pererius, quantum ad exteriora, & conspicua omnibus, notabiliorem baptismi similitudinem gessisse, columnam nubis, & mare rubrum,

Pereri'. *Chrys.* *Lactantius.* *Caiet.* *Thom.* *Herodotus.* *Orig.* *Perer.* *B. Petr.*

brum, atque arcam Noe, quam circumcisionem. De circumcisione spirituali, sic locutus est Moyses in Deuteronomio decimo, & trigesimo: *circumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius.* Circumcisio pluribus, atque insignioribus rebus præfigurauit baptismum: præsertim quantum ad interiorem, & spiritualem effectum, remissionem, scilicet peccati originalis, recisionem vitiosarum cupiditatum, ac delectationem concupiscentiæ, necnon professionem fidei, & obligationem ad vniuersæ legis obseruantiam. Sic ex Pererio loco superius citato. *Erit pactum hoc meum in carne vestra in fedus æternum.* Ex his verbis Moysis videtur pactum hoc Domini futurum esse per omne æuum, & in æternum. Cur igitur Christianis veris filijs Abrahæ vsum circumcisionis hoc tempore negauit esse necessarium? superuacaneam esse circumcisionem, & pernitiosam nos esse dicimus sequentes sententiam Beati Pauli dicentis, *si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit:* Chrysostomus homilia trigesimanona in Genesim, declarans hunc locum Moysis, sic scripsit. Ingrati, & insensati Iudæi etiam hoc tempore circumcisionem obseruare volunt, puerilemque suam obstentant mentem. Nam cuius, obsecro, rei gratia circumcidi volunt? tunc enim ve impijs gentibus ne commiscerent se, hoc in mandatis acceperunt: nunc autem cum beneficio veritatis, omnes gentes ad lucem adductæ sunt, & quis erit circumcisionis vsus? & quibusdam interpositis, ait ille. Nam sicut qui signum accipiunt, peragendi negocij cuiuspiam causa, vbi negocium perfectum est, tunc & signum tollunt: ita quoque cum populum Dei ab omnibus alijs gentibus discerni, & distingui usus fuit tali signo separari eum, & internosci ab alijs conueniens erat. At uero cum talis distinctio sublata est, Christo simul Iudæos regentes omnes unum ouile, atque unum populum congregante, quis nou uidet superuacuum, & plane nullum fore circumcisionis usum? Sic Chrysostomus. Abolitionem ueteris testamenti aduemente nouo Euangelij fidere demonstrat Hieremias, qui sic Deum loquentem facit. *Ecce dies venit, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel,*

Deuter.

Chrys.

rael, & super domum Iuda testamentum nouum non secundum, quod feci patribus eorum. Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos. Sic ille. Beatus Ambrosius libro primo de Abrahamo, capitulo quarto, ostendens circumcisionem signum esse alterius rei, & cum adimpleta fuerit res illa cuius signum demonstratum est, tunc signum illud cessandum erat, sic scripsit. Vnde non incongrue intelligimus circumcisionem corporalem signum fuisse circumcisionis spiritualis, ergo signum mansit, donec veniret veritas: Iudæi vero accusant Christianos, quoniam circumcisionem quam Deus imperauit in æternum, ipsi negligant, & non exerceāt. Argumentationis Iudæorum vis tota pendet in verbo illo in æternum fore circumcisionem; si autem in æternum, numquam cessatura, semperque necessaria erit obseruatio circumcisionis. Ad hanc quæstionem sic respondet Pererius, secunda disputatione, libro superius citato, super verba Genesis. *Erit pactum hoc meum in carne vestra in fœdus æternum.* Verba illius sic se habent. Circumcisionem vocari æternam non per se, ac proprie, sed figurate, & propter id cuius erat signum, & figura. Signum autem fuit Sacramenti baptismi, fuit item figura circumcisionis spiritualis; vtraque autem res est æterna, vel simpliciter, vel quod omni tempore, vsque ad consummationem sæculi mansura est. Dicta est igitur æterna, quod semper duratura esset, quoad staret illud Dei fœdus. Qui quidem auctor ait, tres causas fuisse, cur in parte genitali circumcisionem fieri constitutum sit. Tria enim promissa fuerant Abrahæ: semen eius instar Stellarum multiplicatum iri: idque semen possessurum terram Chanaan; ac demum in semine eius benedicendas omnes gentes. Erat item circumcisio signum quoddam demonstratiuum peccati originalis: rectum igitur fuit circumcisionem fieri in ea parte corporis, per quam carnali generatione peccatum originale deriuatū est ab Adamo ad omnes eius posteros. Sic ex Pererio. *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, versiculo duodecimo.* Cyprianus in sermone de ratione circumcisionis declarans causas cur Deus voluerit, tam tenera ætate cruciatu circumcisionis

Amb.

Perer.

Cypr. de circumcisione.

affici

affici infantes multa verba facit, quæ nos breuitatis causa, prætermittimus. Chrysostomus homilia trigesimanona ait ob duas causas Deum statuisse circumcidi puerum octaua die: vna fuit, vt in ætate adhuc immatura, circumcisionis in carne laborem facilius queat ferre. Altera fuit, vt re ipsa disceremus nihil animæ circumcisionem illam profuisse, sed eam signi tantum gratia esse factam. Sic ille. At Pererius putauit circumcisionem in puero non debere fieri ante octauam diem, ne puer propter tenuitudinem, & infirmitatem corporis in discrimen vitæ adduceretur. Hic vero vltra diem octauam circumcisio differri non debeat, ne deinceps magis solidescens corpus infantis maiori cruciatu, ac dolore sectionis circumcideretur. Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimosexto, mystica interpretatione declarans quid sit circumcisio, sic scriptum reliquit. Quid aliud circumcisio significat, quam vetustate exuta, naturam renouatam? Et quid aliud octauus circumcisionis dies præsignabat, nisi Christum, qui hebdomada completa, hoc est post Sabbatum resurrexit? Sic Augustinus. Hebræi vero quicumque nati sunt in deserto per annos quadraginta circumcisi fuerant quoad fines attigerunt terræ promissionis: tunc enim transmisso Iordane ingressuros terram ipsis Deo promissam iussit Deus circumcidi, vt videtur libro Iosue, capitulo quinto, neque vero tam diutinam circumcisionis omissionem factam esse aliquo crimine arbitrandum est, quia Hebræi in illa solitudine perpetuo dubij, & incerti erant, tam profectionis, quam mansionis: pendebat enim ex Dei nutu per columnarum nubis, & ignis motum, & quietem eis declaratio: itaque nullum habebant inter quiescendi spatium. Sic ex Pererio, ex quarta disputatione, libro de peregrinatione Abrahæ, qui quidem declarans verba Moysis Exod. duodecimo, quæ dicunt, *omnis alienigena aduena, & mercenarius non edent ex eo, quod si quis peregrinarum in vestram voluerit transire coloniam, & fecere Phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit: eritque sicut indigena terræ. Si quis autem circuncisus non fuerit non vescetur ex eo.*

Chrys.

Aug. de circumcisione.

Pere. de circumcisione.

Ait

Ait ipse tam seruus vernaculus, quam Emptitius si vult comedere prius circuncidetur, quod intelligenda sunt verba illa, vt si diceret si velint accipere legem circuncisionis, & facere Phase Domini circuncidentur, si autem nolint, coacti non sint ad circuncisionem agendam, in circuncisis autem fas non erat comedere pascha, quia illud erat principale Sacramentum religionis Iudaicæ: quare nefas erat id percipere quemquam, qui ea religione initiatus non esset. Et ea fiebat per circuncisionem; sic ille. Beat. Hier. in cap. 9. Hieremiæ ait, Aegyptios, Amonitas, Idumæos ac Moabitas, & Saracenos vsum habuisse circuncisionis, sed tanquam morem, & ritum à maioribus seruatum. Sed cur necessitatem custodiendi, & seruandi legem circuncisionis soli Abrahæ dala sit, S. Thomas. 3. part. quæst. 70. art. 2. respondit primus autem Abrahā promissionem diuinitus accepit nasciturí ex semine suo Christi, consentaneum & rectum fuit, non alij hominum quam Abrahæ dari legem circuncisionis. Infans non circuncisus peribit morte æterna; quia morietur in peccato originali, quod vtique contraxerat violato per Adam parentem omnium Dei pacto. Sic inquit ille. B. Augustinus interpretatus est de morte spirituali, & æterna illa verba Moysis. Verum Pererius arbitratus est verba illa. *Delebitur anima illa de populo suo*, intelligenda esse de vita corporali idest auferetur vita ab eo, qui non fuerit circuncisus, & sic in perpetuum exterminabitur de populo suo, quiquidem ait, fuisse eadem opinione Hugonem Sancti Victoris in annotationibus super Genesim. Plutarcus in lib. de quæstionibus Romanis 102. quæs. ait, Romanos nomina imposuisse puellis octauo nono autem die pueris. Cur autem id fecerūt ait, quia numerus par fœmina vocatur, masculus vero impar. Nunc dicemus de instrumento quo vtebantur Iudæi in circumcisione. Nonnulli putarunt Hebræos vti solitos cultros petrinos, vt traditum est Iosue quinto, & Exodi quarto; quoniam in illo præfiguratum, & signatum fuit mysterium pertinere ad Christum, & hæc sententia placuit Augustino, Bernardo, necnon Magistro Sententiarum. Alij contra a-

Hier. *Gentes quæ risu circumcidebantur.* *Tho.* *Aug.* *Hugo S. Vict.* *Plutarcus.* *De impositione nominū pueris, & puellis.* *De instrumēto circumcisionis.* *Aug.* *Bern.*

Magist. iunt vsum cultri ferrei fuisse solemnem, & ad id operis
Sentent. faciendum multo aptiorem, & commodiorem. Ex hac opi-
Iustinus. nione videtur fuisse Iustinus in Dialogo, quem cum Tripho
Hugo. ne Iudæo habuit. Hugo quoque libro primo de Sacramen-
Thom. tis parte duodecima. Idemque sentit Beatus Thomas tertia
parte, quæstione septuagesima, articulo tertio. Quorum sen
Lyra. tentiæ accessit Lyranus. Tostatus quoque super capitulo
Tostat'. quarto Exodi. Sic ex Pererio. *Cecidit Abraham in faciem suam
& risit in corde suo dicens, putasne centenario nascetur filius? &
Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum vtinam Ismael viuat
coram te, versiculo decimoseptimo, decimooctauo Genes. capitulo
decimoseptimo:* Ex his verbis nata est quæstio a magnis Do-
Quæstio ctoribus agitata. Vtrum Abraham fidem firmam habuerit
an pecca an deficiens aliquo vitio peccauerit infidelitatis: Beatus
uerit A- Paulus in Epistola ad Romanos quarto ait, Abraham non
braham hæsitasse in fide, nec considerasse corpus suum emortuum,
in fide. nec mortuam vuluam Saræ. Verum ex aduerso putauit Chry
B. Pau- sostomus homilia de pœnitentia Abraham peccasse infide-
lus. litate, & propterea pœnam ei inflictam esse, vt seruiret eius
Chrys. semen quadringentis annis. Similiter Beatus Hieronymus
Hier. arguit incredulitatis Abraham. Melius consultus Beatus
Chrys. Chrysostomus homilia quadragesima in Genesim, repro
bat, & damnat priorem sententiam docens Abrahamum
non peccasse, nec defecisse in fide; risumque Abrahæ ad bo-
Caiet. nam intelligentiam accommodat. Caietanus in capitulo
decimoseptimo in Genesim ait, Abrahamum non esse infir-
matum in fide; sed ambiguum fuisse verborum diuinorum
sensu, an ea secundum literam, an secundum mysterium ali-
quod dicerentur. In eadem sententia videtur scripsisse Bea-
Amb. tus Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo quarto.
Verba illius sunt hæc. Quod promisso ex Sara filio risit A-
braham non incredulitatis, sed exultationis inditium fuit.
Denique procidit in faciem: ergo adorauit, & credidit. Sic
Rupert' ille. Rupertus libro quinto Commentariorum in Genesim,
capitulo trigesimoquinto ait, Isaac risus interpretatur, quo
nomine fœlix Natiuitas Christi significatur: qui vniuer-
sitati

sitati Sanctorum sempiterni risus, & interminabilis gaudij causa est.

DE TRIBVS ANGELIS IN domo acceptis ab Abrahamo: & de promissione Isaac ex Sara nasciturum.

Caput Sextum.



Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum; quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram, Capitulo decimooctauo Genes. versic. primo, & secundo. Putauit Pererius in præfatione capituli decimooctaui Genes. super illa verba Moysis prænarrata, vt prisci illi Ethnici ex ista historia Moysis hoc accepissent, quod libro quinto Fastorum narrat Ouidius, tres Deos Iouem, Neptunum, & Mercurium dissimulata maiestate venisse ad Hyreum Senem ante domum suam stantem, & ab eo hospitio acceptos, ob idque filios peroptanti; prolem inusitato modo ab eis datam esse. Hæc apparitio Abrahæ sexta fuit: memorabilis admodum Visio hæc censeri debet propter Mysterium Sanctæ Trinitatis adumbratum: Quoniam cum tres vidisset, & hospitio accepisset; vnũ tantummodo veneratus, & allocutus est. Sic ex ipso auctore depromptum est. Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimonono, ait credibile est Abraham in tribus illis viris Dominum agnouisse. Referunt Hebræi tres illos Angelos fuisse Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem. Beatus Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo quinto, declarans eximiam hospitandi pere-

Pereri⁹. *Ouidius* *Aug.* *Amb.*

grinos cupiditatem Abrahæ, recte sic scriptum reliquit. Copia bona est hospitalitas: habet mercedem suam primum humanæ gratiæ: denique (quod maius est) remunerationis diuinæ. Caueamus ne si nos duri, aut negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, etiam nobis post huius vitæ cursum Sanctorum hospitia denegentur. Sic ille; *& adorauit in terram*, nomen ipsum adorationis intelligunt Theologi pro reuerentia, & honore, qui soli Deo conueniens, & debitus est, quem vocant latriam. Sequitur. *Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, & postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum, versiculo tertio, quarto, & quinto:* Tres vidit Angelos Abraham, nihilominus cum vno eorum tantum locutus est, vnde credibile est, quod a Chrysostomo traditur cognouisse Abraham illum fuisse venerabiliorem duobus alijs, vel ex corporis specie dignitateque, vel ex reuerentia, quem ei comites tamquam præstantiori præstabant. Vnde nata est illa sententia vulgata, *tres vidit, & vnum adorauit*. Sic ex Pererio libro quarto de peregrinatione Abrahæ super verba prænarrata Gene. qui quidem ait, tria obtulisse Abraham officia viatoribus, scilicet lotionem pedum ad tergendas ex terrestri itinere sordes, leuandamque lassitudinem; cibum ad reficiendas vires, denique locum ad requiescendum sub arbore. Sed cur Abraham nunc locutus est in numero singulari, postea in plurali; ad hanc dubitationem sic respondet Rupertus libro quinto Commentariorum in Genesim, capitulo vltimo, vbi dicuntur, vel aguntur ea, quæ ad Deum pertinent, omnia dicuntur singulariter: cum enim adorat Abraham singulariter dicit. *Domine si inueni gratiam in oculis tuis*, quia videlicet vnum in tribus personis Deus, & Dominus est, qui singulariter, & solus adorandus est. Sic ille. Ambrosius commendans virtutem hospitalitatis, sic de ea locutus est. Qui scis an Deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinantibus

Chrys. *Pereri⁹.* *Rupert⁹* *Amb.*

bus

bus defert hospitium, Deum, atque Angelos hospitio suscepit; & quibusdam interpositis paulo inferius, sic a t. Vnius horæ hospitio, vidua illa, quæ suscepit Heliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt numquam de hydria farina deficeret. Elisæus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata hospitij resoluit pensionem. Hæc Ambrosius. *Cumque comedissent dixerunt ad eum, vbi est Sara vxor tua? ille respondit, ecce in tabernaculo est. Cui dixit reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, versiculo nono, decimo.* Theodoretus quæstione sexagesimaoctaua in Genesim ait, illos Angelos visos esse comedisse, sed quia corpus non habebant apparenter comedebant; nempe cibos simulatis illis manibus capiebant, & in simulatum quoque os ingerebant. Sed quia hoc est arcanum Dei, curiose scrutari, extremæ est dementiæ, rationem illius. Beatus Thomas prima parte, quæstione quinquagesimaprima, articulo secundo ad quintum, tractans hanc quæstionem sic eam resoluit. At enim cibus sumptus ab Angelis, nec in corpus ab eis absumptum conuertebatur, neque in naturam suam conuerti poterat; quamobrem vera non fuit comestio Angelorum, sed figuratiua spiritalis comestionis. His fidem, & lucem addit, quod Raphael dixisse legitur Tobiæ; Cum essem inquit vobis cum, & potu vtor. Sic ex Beato Thoma. Describens Moyses Saram in tabernaculo esse declarauit officium Matronæ, & Dominæ esse debere in regenda moderandaque domestica familia; ex aduerso ostendit Moyses Abraham versantem in ostio tabernaculi sui speculantem peregrinorum transitum, vt ad hospitium eius adduceret illos, causa exercendi officium hospitalitatis. *Quo audito Sara, risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occulte dicens postquam consenui, & Dominus meus vetulus est voluptati operam dabo? Capitulo decimooctauo Genes. versiculo vndecimo, duodecimo.* Beatus Ambrosius de risu Saræ in hunc modum

Theodoretus. *De comestione Angelorum.* *Thomas* *Amb.*

De risu Sara. dum scripsit. Risum Saræ inditium futuri mysterij magis, quam incredulitatis argumentum arbitror. Risit enim licet adhuc nesciens quid rideret, quod publicam esset in Isaac paritura lætitiam. Ideo negauit se risisse, quia ignorauit quid ille risus præsignaret: ideo risit, quia nesciens prophetauit. *Aug.* Sic Ambrosius, at è contra Beatus Augustinus quæstione trigesimasexta in Genesim, putauit risum Saræ fuisse causa dubitationis, risum autem Abrahæ fuisse causa admirationis, & lætitiæ, verba illius sunt hæc. Quæritur quare risum Saræ redarguit Dominus, cum & Abraham riserit, nec reprehensus fuerit? nisi quia risus Abrahæ fuit admirationis, & lætitiæ: Saræ autem risus fuit dubitationis; id vero discerni, & diiudicari ab eo potuit, qui solus nouit corda hominum. Sic ille. Abraham primus appellatur in Scriptura senex, inquit Philo in libro quem fecit de Abraham. *Philo.* Cur vero sic appellatus fuerit, ipse Philo respondet ad hanc dubitationem dicens, sic appellatum esse non propter multitudinem annorum, sed propter carentiam virtutis, ac sapientiæ. Sic ille. Ex supradictis verbis quæstio nata est; an mulieres, quæ defectionem menstruorum habent aptæ sint ad generationem necne. Videtur ætas Abrahæ impedimentum non fuisse generationis, quia amplius triginta septem annis complures alios filios ex Ceturia procreauit. *Arist.* Aristoteles libro septimo de historia animalium, capitulo secundo inquit eas mulieres, quę carent menstruis, magna ex parte steriles esse. Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimooctauo, ait Abraham non fuisse impotentem generandi ex quacumque fœmina, sed tantum ex Sara quę infœcunda erat, tum propter naturalem sterilitatem, tum propter ętatem prouectam. *Thomas* Beatus Thomas in quarto capitulo Epistolę ad Romanos arbitratus est, tam Saram, quam Abraham simpliciter fuisse impotentes ad generationem, & vtrinque esse diuinitus datam facultatem generatricem. *Pereri⁹.* Pererius secunda disputatione, libro de peregrinatione Abrahę, an cessatio menstruorum conueniat

eam

eam concipere non posse, ait, hominem senem ex iuuencula muliere gignere posse; atque itidem vetulam mulierem ex iuuene concipere posse. Sed cur Moyses fœminarum menstrua vocauerit muliebria, ait ipse Auctor sic dicta esse, quia sola mulier omnium animantium huiusmodi sanguinis purgationem habet. In animalibus ait Aristoteles libro septimo de Historia animalium, capitulo secundo, vertitur fœminis in corporis alimentum: sunt enim in quodam genere animalium fœminę grandiores maribus. Alijs vero ea materia transit, aut in corticem, aut in squammas, aut in pennarum, vel pilorum copiam absumitur, aut in vrinam diuertitur. Cur vero neque grauidis, neque lactantibus fluant menstrua: illis enim sanguis transit in lac, si vero abit in generationem fœtus; sin autem grauidis fluere pergant menstrua, aut non vitales, aut saniosos, aut inualidos edi partus, Nigydij auctoritate confirmat Plinius. Sic Auctor ipse.

Ex cessatione menstrui cessat conceptio. Arist.

Nigydij.

Plinius.

†

DE

DE REVELATIONE DEI ABRAhamo, quod ipse Deus sit facturus in illis quinque Ciuitatibus Sodomorum: & de locutione Abrahæ cum Deo pro salute, & liberatione illarum.

Caput Septimum.

Ixitque Dominus, num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam, & robustissimam: & benedicendæ sint in ipso omnes nationes terræ? scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum, versiculo decimoseptimo, decimooctauo, & decimonono.

Pereri⁹. Pererius super ista verba Genes. ait non celare potero, idest nullo modo celare potero: quasi Deus necessitate quapiam obligatum se sentiat non solum benefaciendi seruis suis, verum etiam cum his communicandi consilia, & arcana sua, qui quidem inquit facere iudicium, & iustitiam idem esse quod iudicare: suumque cuique tribuere, sontes damnando, insontes absoluendo; interdum facere iuditium ponitur pro eo, quod est punire. Altera ratio est cum Deus consilia sua participare debeat cum Abrahamo; quod non ipse solum eximie pius, & Religiosus esset erga Deum; sed ad eandem pietatem erudiret et filios suos, omnemque familiam. Sic ille. Sequitur. *Dixitque Dominus clamor Sodomorum, & Gomorrhaeorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint; an non est ita, vt sciam. versiculo vigesimo, vigesimoprimo.*

Caieta-

Caietanus super istum locum ostendens quomodo homines prudenter debent se intromitti in iudicijs agendis ne præcipitent in illis. Sic ait. Si enim Deus ipse, qui nouit omnia certissime, similem se inquirentis, & explorantis hominis facit; quanto magis homo quantumcumque alias certus, debet iudiciario ordine, modoque certior fieri ante sententiam? Sic ille. Augustinus libro primo locutionum sic ait de clamore Sodomorum; Clamorem Scriptura solet ponere pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis, vt nec verecundia, nec timore abscondatur. Gregorius libro quinto Moralium, capitulo septimo ait, omnis iniquitas apud secreta Dei iudicia habet voces suas. Peccatum namque cum voce est culpa in actione; peccatum autem cum clamore est culpa cum libertate. Sic ille. Aggrauatio, & multiplicatio peccatorum Sodomorum nempe fuit quantum ad frequentationem, quoniam id genus flagitij assidue admittebant ipsi peccantes Non enim priuatum fuit id vitium, sed commune omnium, vt videtur in narratione præsentis historiæ: Superbia saturitas panis, & abundantia, otium, simulque, & quod manum egeno, & pauperi non porrigerent, hæc peccata, & vitia causæ potissime fuerunt desolationis illarum Ciuitatum, & gentium. Sequitur. *Numquid perdes iustum cum impio? si fuerint quinquaginta iusti in Ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos? Absit a te, vt hanc rem facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus, sicut impius: nonne hoc est tuum, qui iudicas omnem terram. Dixitque Dominus ad eum si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio Ciuitatis dimittam omni loco propter eos, versiculo vigesimoquarto, vigesimoquinto, vigesimosexto.* Quantum valeat iustus apud Deum, & quam vtilis sit societas hominum iustorum, de hac re sic prodidit scriptum Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo sexto. Admiranda est Dei clementia propter paucorum iustitiam impunitatem toti populi promittentis. Vnde discimus quantus murus sit patriæ vir iustus; & quod non debemus inuidere Sanctis, nec timere derogare, illorum enim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit; Sic ille. Sequitur.

Caiet. *Greg.* *Amb.* *Vir iustus fortitudo Ciuitatis.*

quitur. *Quid ſi inuenti fuerunt ibi decem? & dixit non delebo propter decem.* Thomas Anglicus in capitulo decimooctauo Geneſ. in hunc modum, & ſenten tiam expoſuit verba hæc Moyſis. Deus occulte mouebat animum Abrahæ ad petendum eo potius modo, quam alio; quod vellet formulam præcationis eius ſpiritualibus quoque myſterijs deſſeruire. Etenim ſex illis numeris quid Abraham commemorauit 50.45.40.30.20 10. deſignantur omnia genera, omnes gradus iuſtorum, quot quot nunc in terris ſunt, aut fuere olim, aut futuri aliquando ſunt. Sic ille. *Abijtque Dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.* Cur Abraham non amplius inſtitit ſupplicare Deo pro Sodomitis: Sed quando deuenit ad decem iuſtos finem præcandi fecit. Putauit Toſtatus Deum cohibuiſſe mentem Abrahæ, ne vlterius procederet deprecari pro Sodomitis. Verum an præter Lot, vxorem eius, & duas filias fuerint in ea Regione probi homines, putauit Pererius omnes illos viros nempe fuiſſe peſſimos, vt videtur in narratione hiſtoriæ illius, vniuerſos habitatores earum vrbium perijſſe: cur Deus precibus Abrahæ non ſit flexus ad ignoſcendum Sodomitis. Auctor prædictus libro de peregrinatione Abrahæ ſuper verba prænarrata Geneſ. quinta diſputatione ait, cauſa non parcendi Sodomitis fuit enormitas peccatorum illius gentis, vt nullo modo veniam mererentur. Nulla ſpecies erat correptionis, & emendationis. Quocirca dilatio vltionis non proficiebat ad emendationem vitæ, ſed ad culpæ amplificationem. Sic ex ipſo Auctore.

Thomas Anglic⁹ *Toſtat⁹.* *Pereri⁹.*

DE

DE INCENDIO EXITIOQVE Sodomæ, aliarumque vrbium. De liberatione Loth.

Caput Octauum.

Eneruntque duo Angeli Sodomam vespere sedente Lot in foribus Ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram. Et dixit: Obsecro Domini declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: Lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt minime, sed in platea manebimus: compulit illos oppido, vt diuerterent ad eum: ingressique domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt. Prius autem, quam irent cubitum viri Ciuitatis vallauerunt domum a puero vsque ad senem, omnis populus simul Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei: vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos. Genes. capitulo decimonono, versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto.

Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo sexto, ostendens omnes ex illa gente dignos esse illa pœna pati his verbis declarauit. Præstruitur his diuini iudicij æquitas: ne forte quis diceret: quid peccauerint pueri, vt omnes excidio inuoluerentur? ita nullus illic iustus fuit. Audi Scripturam testificantem: quia circundederunt domum ab infante, vsque ad senem, totus populus pariter. Nulla ætas erat culpæ immunis, & ideo nullus immunis fuit exitij: & qui possibilitatem perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum: effætæ vires senum, sed mens plena libidinum. Sic Ambrosius. Verum admirans Beatus Chrysostomus patientiam Lot quomodo cum illis gentibus potuerit sermocinari, & conuersari: & tantam illius gentis iniquitatem ferre ait, vniuersi Dominus præuidens miram illorum malitiam, dispensauit vt iustus eo *Amb.* *Chrys.*

loco domicilium haberet: vt ſicut optimus medicus morbos eorum emendaret. *Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: educam eas ad vos abutimini eis, ſicut vobis placuerit; dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei, verſiculo octauo.* Beatus Ambroſius loco ſuperius citato putauit non ſolum factum illud Lot excuſatum eſſe, verum etiam magnis laudibus prædicauit ad hunc modum ſcribens; offerebat Sanctus Lot filiarum pudorem: Nam & ſi illa quoque flagitioſa impuritas erat; tamen minus erat ſecundum naturam coire, quam aduerſus naturam delinquere. Sic ille: actus hic Lot laudatur etiam a Beato Chryſoſtomo quadrageſima tertia homilia eius in Geneſim. Verum ex aduerſo Beatus Auguſtinus in libro contra mendacium, capitulo nono, indicare ſententiam ſuam videtur propēſiorem fuiſſe, vt crederet peccaſſe Lot ob magnam perturbationem animi non diſcernentem, quam male fieret, quam quidem ſententiam ſecuti ſunt multi auctores, & doctiſſimi viri. Caietanus in Commentarijs inuenit rationem excuſandi Lot a crimine pro verbis illis ab ipſo prolatis. Verba Caietani ſunt hæc. Solutio huius quæſtionis eſt, Lot non obtuliſſe filias, animo repenſandi flagitium flagitio; ſed animo placandi furentem populum, per hyperbolicam quandam ſui ſubmiſſionem. Credebat enim populum minime acceptaturum eiuſmodi oblationē; ſed fore potius, vt populus ille tanta eius placatus ſubmiſſione, ab incepto deſiſteret. Sic Caietanus: quæ quidem opinio placuit Pererio, & ſecutus eſt eam prima diſputatione an Lot peccauerit offerendo filias Sodomitorum libidini. *& ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntque hoſtium: & eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate a minimo vſque ad maximum, vt oſtium inuenire non poſſent, verſiculo vndecimo.* Cæcitas illa, quæ contingit Sodomitis, non fuit ſimpliciter priuatio viſiuæ potentiæ, ſed tantum priuatio viſionis quantum ad ianuam domus: non enim agnoſcebant ſitū, & figuram ianuæ domus Lot. Videbant tamen omnia alia, ſed illa, quæ maxime videre cupiebant, vtpote ianuam illius domus videre non poterant. Sic ex Pererio. Quæ ſi cæcitas ea fuiſſet

Amb.

Chryſ.

Aug.

Caiet.

Lot ex-cuſetur a crimine.

Perer.

De cæcitate quę illis viris cōtingit

fuisset qua fit, vt nihil videri possit; non ostium quod ingrederentur, sed duces itineris a quibus inde abducerentur requisiuissent, ait Augustinus libro vigesimosecundo de Ciuitate Dei: verum quomodo cæcitas illa Sodomitis facta sit nunc dicendum est. Potuit ianuæ Lot extrinsecus ostendi species quæpiam repræsentans in eo loco parietem continuum, & solidum, vel aliam figuram diuersam, quam erat ianua Lot, potuit etiam fieri, ne ianuæ domus Lot producerentur species visibiles, vsque ad vsum eorum hominum, potuit quoque aer, qui extrinsecus circa ianuam ambiebat, inde remoueri nullo alio ibi corpore succedēte, ita vt spatium illud vacuum esset: per vacuum autem visio fieri non potest, ex potentia demum visiua, male affecto sensu communi contingere potest non repræsentari obiecta sensibilia. Sic ex sententia Pererij. Sequitur. *Salua animam tuam, noli respicere retro, nec stes in omni circa regione. Respiciens autem vxor eius post se conuersa est in statuam salis, versiculo decimosexto, & decimoseptimo.* Cur vero Deus vetuit Lot retro respicere. Pererius affert nonnullas rationes; prima quarum rationum fuit ad probandam & exercendam obedientiam Lot, Dei enim præceptum est, secunda ad detestationem maiorem illius sceleratæ gentis: sed cur Deus tam seuere punierit vxorem Lot; ipse auctor sic scriptum reliquit: primum ob inobedientiam illius mulieris erga Deum, & incredulitatem ipsius, curiositatem quoque in respiciendo illud a Deo vetitum, sic eam conuersam esse in statuam salis non mystica intelligentia, & morali; sed proprie Historica narratione hoc esse factum. Beatus Irenæus allegorica expositione illius statuæ ad Ecclesiam Christi pertinente declarauit; sed quia quæstio nata est de tempore, & loco mutationis vxoris Lot in statuam salis, nunc dicemus quæ prodidit Pererius loco superius citato super illa verba Genesis, qui quidem ait. Ergo simillimum vero sit vxorem Lot lento admodum gradu secutam esse virum suum. Quo factum est, vt Lot iam vrbem ingresso, ipsa foris esset: cumque igneū imbrem horribili fragore cadentem, conuersa curioseq; respiceret, eodem in loco versa est in statuam salis: quæ quidem sententia

Aug.

Cur De⁹ phibuit Lot retro respicere. Perer.

Irenęus.

Joseph. sententia mihi videtur a Iosepho deprhæhensa esse. *Est Ciuitas hic iuxta ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: numquid non modica est, & viuet anima mea? dixitque ad eum: ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es, festina, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc, versiculo vigesimo, vigesimoprimo, vigesimosecundo.* Beatus Gregorius libro secundo expositionis libri

Greg. primi Regum super caput tertium, factum hoc Lot recusantis ascendere montem in bonam partem interpretatus est, humilitatis causa recusans ascendere montem, idest sublimiora ministeria appetere, sed potius eligens in parua Ciuitate Segor habitare, idest in humilibus actionibus versari. Nonnulli putarunt montem, ad quem Lot ire suaserat Angelus fuisse, montem Engaddi, ad cuius radicem locata erat Segor; & esse eos montes aiunt altissimos, & varijs præcipitijs horrendos. Sequitur. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham*

Opinio Hebræorum. *ignem, & sulphur a Domino de Cælo.* Hebræi inquiunt verba illa, *pluit Dominus a Domino,* significare hoc factum esse a seipso: & pluuiam illam non esse factam ex causis naturalibus, sed

Caiet. solius Dei omnipotentia præter ordinem naturæ. Caietanus super verba illa, ait præter naturalem rerum cursum, miraculum operatus est Deus puniendo iniquos, & illa flamma, &

Perer. combustio è cœlis fuit, idest è supremo aere descendit. Pererius super illa verba *pluit Dominus a Domino,* arbitratus est patefactum esse Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & significatum fuisse duas personas diuinas, Patrem, & Filium, originēque Filij æternam a Patre: quæ quidem opinio fuit veterum Sanctorum Patrum Doctorum prodita. Imbrem vero illum sulphureum, & igneum celitus missum in momento tantæ efficacitatis ad nocendum fuisse, vt omnia eius regionis, homines, & animalia perdiderint, & consumpserint, dubitandum non est: & in ea regione mansit perpetua sterilitas plantarum atque animalium, & hominum vacuitas. Recte igitur competit pœna peccato: nam quia illi scelerata libidine intus ardebant, atque inuicem, & foris ob infamiam fætebant, igne, &

Greg. sulphure puniti sunt. Sic ex sententia Gregorij libro decimo

quarto

quarto Moralium, capitulo decimo. Pererius equidem affirmat quatuor fuiſſe Ciuitates clade illa, & excidio deſtructas Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim. Quinta cui prius nomen fuit Bala, deinde autem Segor ſimiliter deſtructa fuiſſet, niſi Deus precibus Lot ei peperciſſet. Sanctus Hieronymus de hac Ciuitate, libro de locis Hebraicis ſic ſcriptum reliquit. Bala, quæ Segor, & nunc Zoara nuncupatur, ſola de quinque Sodomorum vrbibus Lot precibus præſeruata; imminet mari mortuo, & præſidium in ea poſitum eſt militum Romanorum. Habitatoribus quoque proprijs frequentatur, & apud eam gignitur Balſamum, & Poma palmarum antiquæ vbertatis indicia. Quanta vero fuerit illius terræ exuſtio, reſpondet Pererius eam fuiſſe omnem, quam operuit mare mortuum: quod in Scriptura appellatur mare campeſtre propter planitiem. Mare mortuum etiam appellatum eſt quod nullum animal gignat, alat, vel ſuſtineat. Mare ſalis propter ſalſedinem eius. Borcardus, qui per decennium peragrauit omnem illam regionem, ſic de mari iſto ſcripſit primæ partis capitulo ſeptimo, numero trigeſimoſeptimo: Mare mortuum ſemper eſt fumans, & tenebroſum; ſicut os Inferni, ſicut oculis meis vidi, ob tetrum vaporem inde fumãtem. Sic ille. Verum mirabile dictu, quod cum regio illa pulcherrima, & feraciſſima fuerit poſt incendium regionis illius, nullum affert fructum: aut ſi affert prodigioſum ſpecie nimirum inani, & falſa imagine fructus nihil intus habentes ſolidi. In illa clade, & incendio omnes interfecti ſunt, infantes quoque perierunt. Sed cur infantes deleti ſunt, qui vſum rationis non habuerunt? ob duas cauſas voluit Deus punire, & delere infantes, ait Pererius, primo quo acerbiorem faceret parentum cruciatum interitu liberorum. Deinde vt declararet Dominus quantopere odiſſet gentem illam, vt nullum ſemen, nullamque ſobolem relinquere voluerit, ſed ſola memoria illius immaniſſimi ſceleris, & horrendæ vltionis perpetuo apud poſteros viueret.

Hier.

Bala Ciuitas.

Balſamum.

Borcardus.

De Mare mortuo.

Cur De⁹ voluit infantes delere.

Perer.

DE

DE EBRIETATE LOT, & incestu filiarum eius.

Caput Nonum.

Scenditque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo: timuerunt enim manere in Segor, & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo, cum reliquis, Genes. capitulo decimonono, versiculo trigesimotertio, trigesimoquarto, trigesimoquinto, trigesimosexto, trigesimoseptimo, trigesimooctauo. Pererius super illis verbis Moysis ait Lot peccasse dupliciter, nam nec primum credidit Angelo promittenti securitatem sibi in monte; nec ei postea credidit eũdem promittenti in vrbe Segor. Vnde illi contigit duplex malum ebrietatis, & incestus fœdatio iussu Dei permissum propter incredulitatem. Verum Beatus Augustinus in quæstionibus in Genes. quæstione quadragesimaquinta, proponit hanc quæstionem, an Lot fuerit simpliciter iustus: super quam ipse auctor sic scripsit. Commendat Scriptura meritis Abrahæ liberatum esse Lot, vt intelligamus iustum esse dictum Lot secundum quendam modum, maxime quod verum Deum colebat; & propter comparationem cum sceleratis Sodomitis, inter quos viuens, ad similitudinem eorum vitæ non potuit inclinari. Sic ille. Nonnulli arbitrati sunt filias Lot ignorãtia inuincibili hoc fecisse, scilicet inebriasse patrem causa commixtionis cum eo pro generanda prole humanoque genere seruando. Ex aduerso putauit Caietanus ignorantiam earum non fuisse inuincibilem, quoniam videbant seruatam vrbem Segor, & habitatores illos: Audierant etiam excidium, & incendium illum accidisse propter peccata eius gentis. Arbitratus est Beatus Augustinus libro vigesimosecundo contra Faustum, capitulo quadragesimotertio, etiamsi agnouissent illæ nullum

Perer. *Aug.* *Caiet.* *Aug.*

nullum virorum in terris remansurum præter patrem suũ, a concubitu paterno nihilominus absti nere debuisse. Theodoretus quæstione sexagesimanona in Genesim, partim accusat, partim excusat ebrietatem Lot. Beatus Augustinus accusat ebrietatem Lot, manifesteque repræhendit. putauit Tostatus in capitulo decimonono in Genes. non potuisse Lot dormientem erumpere claustrum virginale filiarum, & ipsas grauidas facere, quia hoc cum labore efficitur, & intentio requiritur ad executionem operis. Caietanus putauit hæc omnia facta esse a Lot eo nesciente cum illis puellis, nihilque sentiente, quę peracta fuere. Verba Caietani hęc sunt. Nec est a ratione alienum, vt vir ebrius, opus venereum cum virgine perficiat non cognoscendo quod facit: vniuersum quippe opus hoc perfici posse impedito rationis vsũ, manifestum est. Sic ille. Ad istam sententiam videtur assensisse Beatus Chrysostomus super ista verba, qui quidem scriptum reliquit. Nunc autem opinor superna dispensatione esse factum vt sic ille vino grauaretur, vt omnino ignoraret: ne scilicet fieret criminis reus; ea namque peccata nos condemnant, quæ scientes, & volentes facimus. Hæc ille. Verum an filiæ Lot peccauerint crimine incestus, hoc quoque controuersum est inter auctores an ab eo crimine excusari debeant. Beatus Irenæus, Chrysostomus, Theodoretus quoque arbitrati sunt ab omni crimine illum concubitum fuisse alienum, & filias Lot peccasse coientes cum patre. Conclusio sententiæ Irenæi hæc est. Quapropter, & ipsæ excusabiles sunt arbitrantes se solas relictas cum patre suo ad conseruationem generis humani, & propter hoc circumueniebant patrem. Sic ille. Idem scripsit Beatus Chrysostomus, defenditque Lot, & filias eius ab omni labe peccati, conclusio sententiæ illius hæc est. Nullus igitur audeat iustum Lot, aut filias eius condemnare. Quomodo enim non fuerit extremæ dementiæ, quod diuina Scriptura ab omni liberat crimine, imo pro quibus tantam apologiam componit, vt nos innumeris referti peccatis eos condemnemus, & non audiamus Paulum dicentem: *Deus qui iustificat quis est qui condemnet?* Hæc Chrysostomus.

Theodoretus. *Aug.* *Tostatus* *Caiet.* *Chrys.* *Ireneus.* *Chrys.* *Theodoretus.*

mus. At vero altera opinio contraria superiori videtur magis probata esse posterioribus Doctoribus. Ad hanc secundam opinionem accedit Beatus Augustinus censendo peccasse Lot propter ebrietatem, filias autem eius propter admissum incestum cum patre in libro contra Faustum. Nec ille excusat factum Lot, aut filiarum eius, quia significauit aliquid, quod futuram quorundam peruersitatem prænunciaret. Sententia illius hęc est. Proinde illud factum cum in Scriptura narratur, prophetia est: cum vero in eorum vita, qui hoc commiserunt consideratur flagitium est. Sic Augustinus. Sed cur Deus passus sit Lot in illud scelus prolabi; ad hāc quæstionem respondet Pererius septima disputatione de Ebrietate Lot, numero septuagesimosecundo, cum Strabone dicens, duas permissus diuini fuisse causas, vnam quia nec Angelo momenti credidit, vt iret ad montem illic se tutum fore: nec eidem Angelo tutum in Vrbe Segor pollicenti habitationem fidem habuit. Qui quidem ait tertiam fuisse Ebrietatem, quæ turpissimo incestu locum fecit; Ex fœdissimo concubitu filiæ cum patre suo originem habuit gens Moabitarum: At ex gente illa fuit Ruth, quæ ad potulum Dei aggregata nupsit Booz, ex quo originem duxit Saluator noster quantum ad humanitatem. Sic ex Pererio. Origenes homilia quinta in Genesim, sic locutus est. Decepit Lot ebrietas, quem Sodoma non deceperat. Vritur ebrius flammis mulierum, quem sobrium sulphurea flamma non attigerat. Sic ille. Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo sexto, ostendens mala, quæ ex ebrietate oriuntur adhortans nos ad fugiendum, & cauendum ab illa peste, multa dicit & grauissimis verbis declarat enormitatem illius vitij, quæ nos breuitatis causa prætermittimus, & si placuerit Lectori sententiam illius illo in loco aspicere potest.

[Margin notes: *Aug.* — *Pererius.* *Cur Lot in scelus illud lapsus sit.* — *Origo Moabitarum.* — *Orig.* — *Amb.* *De malis ebrietatis.*]

†

DE

DE POENA INFLICTA ABIMElech a Deo propter ablatam Saram Abrahæ, & de restitutione illius mulieris Abrahæ.

Caput Decimum.

Rofectus inde Abraham in terram Australem habitauit inter Cades, & Sur: & peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara vxore sua soror mea est. Misit ergo Abimelech Rex Gerare, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, & ait. Domine num gentem ignorantem, & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, soror mea est: & ipsa ait: frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum Deus: & ego scio quod simplici corde feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi, vt tangeres eam, Gen. capitulo vigesimo, versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. In eodem anno, ait Pererius super versiculum primum capitis vigesimi Gen. nunciatam fuisse Abrahæ futuram generationem Isaac, & Sodomiticam cladem euenisse. Sed cur ipse Abraham discessit ex conualle Mambre, quē locum tot annos coluerat; ait ipse auctor ex sententia Hebræorum fuisse causam inde abeundi studium exercendi hospitalitatem, quam virtutem post illam cladem colendi facultatem eo in loco non habuit, nullis viatoribus illac iter facientibus propter insalubritatem vicinæ regionis; Nonnulli putarunt causam fuisse famem inibi ortam, pro qua euitanda coactum fuisse in regionem Gerare proficisci. Gerara autem erat vrbs regia, & metropolis terræ Philistinorum. Hic creditur natus Isaac, atque ibidem vigintiquinque annis vna cum patre suo habitasse, sic ex ipso auctore: qui quidem ait

Perer.

Gerara metropolis Philistinorũ.

consilium dissimulandi coniugium non fuisse nouum Abrahæ, sed antiquum, ab eo sæpe vsurpatum, vt videtur inferius in eodem Genes. cap. Verum mirabile fuit quomodo Sara iam nonagenaria tantæ fuerit pulchritudinis, vt a regibus diligeretur. Hebræi putarunt decorem illius mulieris non fuisse naturalem, sed assignant eam pulchritudinem miraculo in testimonium Sanctitatis Saræ, & Abrahæ. Ex aduerso putauit Pererius hoc accidisse Saræ naturaliter ob temperantiam illius corporis, & quia numquam pepererat filios: & ætas illa nonagenaria erat, sicut apud nos ætas quadragenaria, vnde non est insolitum hoc tempore reperiri mulierem quadragenariam valde decoram, & pulchram. Sic ille Beatus Ambrosius libro primo de Abrahamo, tangit hanc quæstionem, qua ratione Pharao a Deo grauiter afflictus sit in raptu Saræ; in eodem pariter crimine Abimelech nullam pœnam excepit; & ipsam quæstionem absoluit, idem auctor dicens, illum fuisse ducem vitiorum, Abimelech autem fidelis æstimatus est a Deo, a quo meruit audire. Sic Ambrosius. Saram ablatam Abrahæ primum a Pharaone Ægypti Rege, deinde a Rege Abimelech figuram, ait Rupertus, fuisse duarum Hebræi populi captiuitatum, vnius Ægyptiacæ alterius vero Babylonicæ; verum cum Ægyptiaca grauissimis cum Ægypti plagis soluta est; Babylonica vero a Cyro Rege ablata est magno honore erga Deum, erga Hebræos autem summa cum beneuolentia. *Nunc redde viro vxorem suam, & orabit pro te, quia propheta est, & viues, versiculo septimo,* idest redde viro iusto vxorem suam, quia propheta est, scilicet ne contemnas illum, quia vir est eximiè Sanctus, & mihi carus; & quod libet a me impetrare poterit. Quocirca orabit pro te, & continuo liberaberis ab his malis, quibus es obnoxius. Sic Pererius. Philo in libro de penis, & præmijs quid sit propheta eum definit. Propheta est, inquit ille, interpres Dei dictantis intus oracula. Verum Abimelech Rex, & homo gentilis exhorruit adulterium, vnde dicere conatus est, *induxisti super me, & super Regnum meum peccatum grande*, & hoc dictum fuit ab ipso, quia sæpe in hac vita punitur, & nocetur

Perer.

Amb.

Sara ablata Abrahæ bis figura fuit duarum captiuitatum.

Rupert⁹

Philo.

non

non ſolum ijs,qui adulterantur,ſed vna cum illis, aut propter illos totæ Ciuitates,& Regna ſubuertuntur. Pro adulterio Paridis, & Elenæ quantum Malorum Troianis ſucceſſum ſit in hiſtorijs videri poteſt. Sexti Tarquinij commiſſum adulterium cum Lucretia Regalem potentiam deleuit. Dauid pro Adulterio cum Berſabee commiſſo quanta mala ſuſtinuit ex libro ſecundo Regum videri, & legi poteſt. Sequitur. *Tulit Abimelech oues,& boues,& ſeruos,& ancillas,& dedit Abrahæ: reddiditque ille Saram vxorem ſuam: Saræ autem dixit: ecce mille argenteos dedi fratri tuo.* Franciſcus Ribera auctoritati Budæi, & Alciati putauit genus pecuniæ argenteæ fuiſſe prætij, & ponderis, vt Drachmam Atticam, vel Denarium Romanum,& noſtris temporibus, vt Iulius Romanus,& Real Hiſpaniæ. Pererius ſuper illa verba Gen. loquens de genere nummi argentei, ſic ſcripſit, quod habuit a Beato Hieronymo,& Ioſepho. Hęc igitur tria, ait ille, ſiclus, ſtater, & argenteus eiuſdem pretij, ac ponderis eſt, ideſt quatuor drachmarum, vnde concluditur donum mille argenteorum fuiſſe nummorum aureorum quadringentorum, quod Rex Abimelech Abrahæ dedit. *Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum ſunt: & quocumque perrexeris, memento te deprehenſam, verſiculo decimoſexto.* Magna eſt huius loci obſcuritas, valdeque difficilis ad explicandum, ideo ſuper obſcuritate illorum verborum nihil dicemus, ſed remittimus arbitrio,& iudicio Lectoris ad iudicandum, quid ei placuerit, nempe in verbis, tam ambiguis, & obſcuris poſſe ſane proferri ea, quę retulit B. Chryſ. in homi. 45. in Gen. ſed mihi videtur ſententiam illius parum luminis afferre ad tantas tenebras eijciendas.

De malis ſucceſſis p peccato adulterij.

Franciſcus Ribera.

Budæus.

Alciat⁹

De pecunia argẽtea.

Perer.

Hier.

Ioſeph.

Siclus, ſtater, argenteus eiuſdem pretij.

Chryſ.

DE

DE NATIVITATE ISAAC FILII *Abrahæ, & Saræ, & de circumcisione illius. De conuiuio facto in die ablactationis illius. De electione ancillæ Agar extra domum Abrahæ.*

Caput Vndecimum.

Isitauit autem Dominus Saram, sicut promiserat, & impleuit quod locutus est. Concepitque, & perit filium in senectute sua tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus; cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac: dixitque Sara, Risum mihi fecit Deus, quicumque audierit, corridebit mihi. Rursumq; ait quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni. Creuit igitur puer, & ablactatus est, fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Gen. cap. 21. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Voluit Chrysostomus datum esse partũ, & fontes lactis Saræ, ne quis suppositititium esse putaret puerum, videns Saram lactare filium suum. Laudabilis mos fuit apud priscos matres filios vberibus suis lactare. Nam a sapientibus viris creditum est, sicut valet ad fingendas animi, & corporis similitudines, vis, & natura genitalis seminis: ad eandem rem vim quoque lactis ad ingenium virtutes, ac proprietates valere: Sic ex Pererio super verba *quis auditurus crederet Abraham, &c.* libro de peregrinatione Abrahæ. Beatus Hieronymus ait duas fuisse opiniones Hebræorum de tẽpore lactationis filiorum, vna quinquennale tempus ablactationis, altera vero duodecim annorum facitq. *fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* Super hęc verba ait Aug. q. 50. in Gen. Merito quæritur cum Abrahã nec die

Chrys. Perer. Hier. Aug.

quo

quo natus est ei filius, nec die quo circumcisus est, sed die quo ablactatus est epulum fecerit: quod nisi ad aliquam spiritualem significationem referatur, nulla solutio quęstionis est, tunc scilicet esse debere magnum gaudium spirituale ętatis, quando fuerit factus homo nouus spiritualis. Sic Augustinus *Cum vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius: Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo, versiculo nono.* Cum sit sic naturalis pueris lusus, quod nihil illis magis cordi est, quã ludere, vt dixit Horatius libro primo sermonum, cur igitur Sara lusu illo Ismaelis tam grauiter incitata est contra eum? ad hanc quęstionem respondet B. Hier. in Commẽ. suis in Gen. declarans lusum illum nõ fuisse simplicem, sed quia Ismael quasi maior natu, & iam grandis circumcisus, sibi primogenita vindicabat: ideo cum displiceret Sarę iurgium, & altercatio Ismaelis eum Isaac, arrogando sibi ius primogenitură, dixit Abrahę: Eijce ancillam hanc, & filium eius. Pererius loco superius citato, prima disputatione super illa verba *Ludentem cum filio suo*, inquit hoc loco illud, ludentem, interpretatur illudentem ei, contempte, & contumeliose tractantem. B. Chrys. hom. 40. in Gen. exponens causam pro qua commota fuit Sara contra Ismaelem: sic scriptum reliquit. Quoniã Sara, & se in extrema ętate videbat virumque suum decrepitum esse, verita ne forte cito, atque etiam repente ambo morerentur, atque Ismael quoquo modo tentaret se in hęreditatem intrudere, & ex equo cum Isaac eum adiret, idcirco dixit eijce ancillam, & filium eius. Sic illę. Caiet. in c. 21. in Gen. declarans causam, cur Sara de domo sua eiecerit Ismaelem, in hunc modum scripsit. Si enim in domo Abrahę mansisset Ismael, quoniam erat primogenitus eius, propagatio nominis Abrahę in semine, directius, & prius pertinuisset ad Ismaelem, quam ad Isaac: eiectio autem Ismaelis efficit, vt solus Isaac successor esset in domo Abrahę, ac prouide per ipsum solum nomen seminis Abrahę propagaretur. Sic Caiet. Nempe crederem ego hoc actum esse ex instinctu spiritus Dei; quia sic operatus est, vt Sara eijceret ex domo eius Ismaelem,

De lusu Isaac cũ Ismaele
Horat.
Hier.
Perer.
Chrys.
Caiet.
Auctor operis.

lem,& matrem eius,vt agnofceretur femen Dei a Diaboli femine: fic acquiefcente Abrahamo voluntati Sarę. Et pręfertim arbitratus fum hoc factum fuiffe, Vt ex femine Abrahę per Ifaac cognofcerent omnes ex illo nafciturum fore Meffiam, ex quo benedicendæ erant omnes gentes. *Non enim erit hæres filius ancillæ, cum filio meo.* Qualis & quanta fuerit in terra Chanaan hæreditas Abrahæ, eft res facillimæ refolutionis: ipfe enim non habebat bona ftabilia, non vrbes, non pagos, non agros, Vel prædia, nec domus; fed abundabat auro, & argento, ac maxima fupellectile, & pretiofa; gregum armentorumque copiofiffimus erat, ampliffimam habebat familiam; ingenti feruorum, ancillarum, operariorumque multitudine egregie inftructa, & ornata pollebat. Hæc erat poffeffio, patrimonium, hæreditas, & fubftantia Abrahæ, cuius nolebat Sara participem fieri Ifmaelem. Sic ex Pererio. *Dure accepit hoc Abraham pro filio fuo, cui dixit Deus non tibi videatur afperum fuper puero, & fuper ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, verficulo vndecimo, duodecimo.* Cur Vero accepit Abraham Verba Saræ afperè & dure. Equidem credendum eft id ei contigiffe, aut quia ftatim non intellexit verbum illud effe propheticum, & myfteriofum, quod cognouit poftea: aut quia paterno affectu per illa verba commotus effet; aut quia Saram fic dixiffe commotam per fuperbiam ancillæ nefcientem, illud effe dictum propheticum putauit. Sic ex Auguftino, libro quæftionum fuper Genefim, quæftione quinquagefimaprima. *Surrexit itaque Abraham mane & tollens panem & vtrem aquæ, impofuit fcapulæ eius: tradiditque puerum & dimifit eam, verficulo decimoquarto,* Græca lectio fignificat Ifmaelem impofitum fuiffe fuper humeros Agar, fed quia inconueniens erat imponere filium fuper humeros Agar quatuordecim annorum, ideo inquit Caietanus hoc effe Hebraifmum, equidem ponere aliquid fuper humeros alicuius eft id fidei eius, & prudentiæ committere. Cur vero tam exiguum viaticum Abraham dederit vxori fuæ Agar & Ifmaeli filio fuo magna quæftio orta eft inter Toftatum & Caietanum. Qui quidem Caietanus

Patrimoniũ Abrahæ.

Perer.

Aug.

Caiet.

Toftat⁹. Caiet.

inquit

inquit appellatione panis & aquæ intelligi omnia victualia: & Abraham prouidisse copiose dando Agar & filio iumenta, & famulos, & omnia cibaria abondanter, & illis nihil defuisse quod opus esset ad prosequendum iter illud. At ex aduerso Tostatus arbitratus est Abraham non dedisse Agar & filio eius Ismaeli, nisi tantum panem, & aquam quantum sufficere posset ex itinere illo; exiguum nempe, & tenue viaticum datum esse illis potius, quam copiosum cibatum. Verum ait ille ex fine vitæ ipsius Abrahæ munera largitus est Ismaeli: & hæc fuit sententia Tostati. Rupertus libro sexto Commentariorum in Genesim, capitulo vigesimosecundo, declarauit verba hæc Moysis secundum allegoricam intelligentiam, sic scribens: Eiecta namque ancilla, panem non qualemcumque, sed panem hordeaceum; & vtrem non vini, sed aquæ in scapula portat sub onere curua; Nimirum Synagoga, vera patris Abrahæ hæreditate priuata solum literalem sensum baiulans sub onere importabili anhelat: Nã importabile esse onus occidentis literæ, Petrus quoque testatur dicẽs: *Quid tentatis ceruicibus discipulorum imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portrae potuimus?* Iam vero Agar per desertum oberrans puerum iam siti deficientem, ac moribundum subter arborem infœliciter abiecit: nempe Synagoga abiecta a Deo, & deserta, carnali legis scientia magis onerata, quam refecta incedit: & filios suos in peccato suo morientes subter arborem Crucis abiecit: perseuerante nimirum subter illos atroci illa sententia, quam ipsa eorum sæuissima mater edixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Sic Rupertus. *Quæ cum abijsset errabat in solitudine Bersabee. Cumque consumpta eßet aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem, quæ ibi erat. Et abijt seditque è regione procul, quantum potest arcus iacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & sedens contra, leuauit vocem, & fleuit: exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei Agar de Cælo dicens: Quid agis Agar? noli timere, exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius Deus; quæ videns*

Tostat⁹.

Rupert⁹.

Allegorica expositio.

dens puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem deditque puero bibere. Rupertus loco superius citato explanans verba hæc Moysis pariter in ad misticam intelligentiam ait oculos apertos esse Agar ad videndum puteum, & bibendo ex illa aqua hoc intelligendum esse de futura sub finem mundi Iudæorum conuersione. Quoniam illo in tempore spiritualiter bibent aquam putei viuentis Christi, & cognoscent veritatem illius doctrinæ, & sapientiæ.

Allegorica expositio Ruperti.

DE AMICITIA, ET FOEDERE inter Abraham, & Abimelech Regem Philistinorum. De Allegorica expositione Saræ, & Agar, Isaac, & Ismaelis.

Caput Duodecimum.

Odem tempore dixit Abimelech, & Phicol Princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in vniuersis, quæ agis: iura ergo per Deum ne noceas mihi, & posteris meis, cum reliquis in capitulo Genes. vsque in finem eius capitis. Putauit Pererius super illa verba Genesis Abimelech fuisse sane Principem diligentem virtutem, & magnæ probitatis, quia tanti fecit amicitiam Abrahæ, vt voluerit se iungere in fœdere cum illo; qui quidem ait quatuor extitisse causas cur Abimelech impulsus est ad optandam Abrahæ amicitiam, & confœderationem. Primo, admirabili victoria, quam ille de quatuor Regibus a se debellatis reportauerat. Deinde honorifica gratulatione, & splendido conuiuio, quem exhibuerat ei Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei altissimi, tertio loco miraculo natiuitatis Isaac ex patre sene, & matre sterili supra naturæ ordinem potestatemque generati. Quarta causa denique fuit præstantia, sapientiæ, & virtutis Abrahæ, omnia prudenter ad optatos, & prosperos exitus perducentis.

Pererius.

Cur expetiuit Abimelech amicitiam Abrahæ

Sic

Sic ex ipso auctore. *Abraham vero plantauit Nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Dei æterni, & fuit Colonus terræ Philistinorum diebus multis.* Caietanus ait fuisse locum illum, sicut oratorium ad colendum Deum, tam ipsi Abrahæ, quam amicis, & domesticis eius. At vero è contra Gentiles in montes excelsos, & colles, & subter lignum frondosum Deos colebant, sicut videri potest; duodecimo Deuteronomij, Beatus Paulus in Epistola ad Galatas, capitulo quarto, tractauit, & exposuit auctoritate sua hanc allegoriam Saræ, & Agar, sic scribens. *Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit vnum de Ancilla, & vnum de Libera; Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta.* Sic ille. Duplex est allegoriæ genus, vnum est verborum, alterum rerum: illa est figurata oratio tota plane metaphorica, ob idque obscuram reddens sententiam. *Caiet.* *Deuter.* *Paulus Apost.*

Sic ait Pererius tertia disputatione super allegorica expositione Agar, & Saræ. *Perer.*

Ambrosius libro primo de Abrahamo, capitulo quarto, declarans quænam sit allegoria, sic ait. Allegoria est cum aliud geritur, & aliud figuratur, exempli gratia: triduana Ionę mansio intra ventrem Cœti, & inde postea penitus illæsi egressio, figurauit triduanam temporis Christi sepulturam, & gloriosam eius Resurrectionem. Sic Ambrosius: & quoniam sensus allegoricus, & mysticus pertinet ad res nobilissimas adeo exquisite, vt ad Christum, ad Ecclesiam, Cœlestemque patriam, hinc est vt sensus mysticus nobilior, & potior sit, quam historicus, inquit Pererius loco superius citato: Qui quidem ait duplicem esse persecutionem: Vnam bonam, qua quis persequitur alium errantem, & peccantem, quo eum ad veritatem, & probitatem reducat; & hac persecutione vtuntur boni aduersos malos: altera est persecutio mala, & detestabilis, cum quis insectatur alium, vel odio probitatis, & virtutis eius, vel inuidia prosperitatis: cupiens malo aliquo, aut corpus eius, aut animam afficere. Hoc persecutionis genere vtuntur homines improbi, & carnales contra Spirituales, & *Amb.* *Diffinitio allegoriæ.*

Thomas Sanctos viros. Sic ipse Auctor. Beatus Thomas in quarto Sententiarum, distinctione trigesima tertia, ait licitum fuisse Abrahæ eijcere Agar ad significandum Mysterium, quod Paulus explicat ad Galatas capitulo quarto. Quin etiam inquit ob eandem causam factum fuisse, quod Esau maior natu, quam Iacob paterna tamen hæreditate exclusus fuerit. Quod autem omnes filij Iacob, tam ex ancillis, quam ex liberis nati hæredes essent, ea re præfiguratum est, Christo per baptismum nasci filios, & hæredes suos fieri, tam ex ancilla, quam ex libera natos, sic ex Beato Thoma. Rupert⁹ Rupertus libro sexto Commentariorum in Genesim, capitulo vigesimo, declarat eiectionem Iudæorum ex domo Dei scribens ad hunc modum. Illam vtique eiectionem passus est ille filius ancillæ, quia lusit cum filio liberæ, idest quia Christum Regem, idest totius libertatis principem illusit, flagellauit, cruci fixit, & occidit: & deinde domesticos eius, liberos eius, male pertinaci odio persecutus est.

†

DE IMMOLATIONE ISAAC; ET de tempore illius immolationis, & quomodo cognouerit Abraham illam esse visionem Dei, potiusquam illusionem Dæmonis.

Caput Decimumtertium.



Væ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum Abraham, Abraham. At ille respondit adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi: Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: cumque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum quem præceperat ei Deus. Cap. 22. Genes. vers. 1. 2. 3. 4. Pererius in præfatione historiæ immolationis Isaac, inquit se accepisse a Philone libro octauo de Abrahamo, & ab Iosepho libro primo Antiquitatum istius actionis narrationem: qui quidem scribunt Abraham supra modum amasse filium suum Isaac, tum quia vnigenitus erat, & sine prolis spe supernaturali munere Dei sibi donatus, tum etiam propter pietatem erga Deum, & parentes, & virtutes illius. Abraham vero quamuis amore maiore, quam dici possit teneretur tamen ad exequendum mandatum Dei confestim accingitur, maiore Dei amore, amorem filij vincens. Ergo celans Dei mandatum, & cum nemine domesticorum communicato Dei oraculo, duos è tam numeroso famulitio maxime sibi fidelissimos assumpsit. Assumpto itaque Isaac cum duobus seruis proficiscebatur ad montem, in quo postea Templum Salomonicum conditum est, relictis seruis in campo biduo quidem alijs secutus: cum solo puero ligna ferente montem ascendit, lapides congerit, aram extruit,

Philo. Ioseph.

truit,sed victima non apparet. Tunc Isaac, *ecce,inquit, ignis, & ligna pater:sed vbi est victima holocausti?* At ille stetit similis scopulo immobilis, fili inquit, *Deus sibi victimam prouidebit:* Eo dicto,filium imponit aræ, nihil vtique repugnantem, vigesimumquintum annum agentem. Iam strictum gladium vibrabat ad feriendum filium, cum Angelus inclamans ex aere facinus impedit iubens nihil mali fieri in puero. Sic ex ipso Auctore. Nonnulli arbitrati sunt notum esse Isaac voluntatem Dei,vt ipse sacrificaretur in monte illo:& sic proficisceretur illuc spontanea voluntate adimplendi Decretum Dei; sed mihi videtur sane rationabilius, & lectioni conuenientius, vt ipse nesciret Oraculum illud, quia si notum illi fuisset illa verba non protulisset; *Ecce ignis,& ligna, pater, sed vbi est victima?* Vnde credibile est,quod postea vinctus,& positus super aram,tunc Abraham manifestasset ei Oraculum Dei: & sic dispositus fuit omnia pati, quæ Domino placuissent: nempe illud Sacrificium in morte illius. Cur vero dicitur,*tentauit Deus Abraham?* videtur hoc contrarium esse Beato Iacobo capitulo primo Epistolæ,qui ait,*Deus enim intentator malorum est,ipse enim neminem tentat.* Dominus noster pariter ait,*& ne nos inducas in tentationem*, Ambrosius libro primo de Abraham, capitulo octauo sic scripsit, aliter tentat Deus,aliter Diabolus: Diabolus tentat vt subruat: Deus tentat vt coronet. Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo trigesimosecundo, ostendit tentationem Dei esse ad notificandum, & experimentum faciendum alicuius virtutis in viro illo,qui tentatur,sic scribens. Tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio suo Isaac, vt pia eius obedientia probaretur, sæculis in notitiam proferenda non Deo:neque enim omnis est culpanda tentatio, quia & gratulanda est, qua fit probatio. Sic ille. Theodoretus quæstione septuagesimasecunda in Genesim,sic describit hanc tentationem Abrahæ:Tentauit Deus Abraham non vt disceret,quæ iam sciebat, sed vt ignorantes doceret,quam iusta de causa Patriarcham diligeret. Quocirca tres dies & totidem noctes amoris diuini periculum in eo fecit: & Patriarcha quidem

Iacobus Apost.
Amb. De tentatione Dei, & Dæmonis.
Aug.
Theodoretus.

medius

medius inter naturam constitutus, & fidem cum vtrinque præhensaretur, fides dedit palmam victoriæ. Atque hæc quidem erat vmbra dispensationis pro nobis iam nunc factæ. Pater siquidem filium dilectum obtulit pro mundo; & Isaac typus fuit Diuinitatis Christi: Aries autem humanitatis tempus item vtrobique æquale, tres scilicet dies, & tres noctes. Sic Theodoretus. Pererius libro de peregrinatione Abrahæ, secunda disputatione super verba *tentauit Deus Abraham*, ait decies tentatum esse Abraham secundum Hebræos. *Perer. De tentationibus Abrahæ*

Primo cum iussus est derelinquere patriam, & cognatos, & in terram ignotam ire.

Secundo cum propter famem compulsus est peregrinari in Ægypto.

Tertio cum ei ablata est vxor a Pharaone; & in discrimine fuit Abraham perdendæ vitæ, Sara autem pudicitiæ.

Quarto cum ob iurgia, & rixas inter pastores suos, & Lot coactus est dissociari ab eo.

Quinto cum Agar ex se grauidam impulsu Saræ domo eiecit.

Sexto cum iam senili corpore iussus est a Deo circumcisionis vulnus accipere.

Septimo cum per Regem Abimelech ablata est ei vxor.

Octauo cum vxorem Agar, & filium Ismaelem a suo contubernio penitus segregans in hanc partem misit.

Nono cum validos quatuor Regum exercitus debellauit, vt filium fratris eius Lot ex eorum potestate eriperet.

Decimo cum iussus est immolare filium suum Isaac. Rupertus libro sexto Commentariorum in Genesim, ait Abraham appellasse nomen illius montis, vbi voluit sacrificare filium suum propter præsentiam, seu respectum gratiæ Dei, visionis nomine. Origenes homilia octaua in Genesim exagerans verba Domini dicentis, *tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offer illum in holocaustum*, ait ille hæc tria verba, filium carissimum Isaac, esse a Domino prolata, vt experimentum maius caperet fortitudinis illius animi, & vt vehementior, & atrocior ei contingeret desperationis tentatio. Sic ex Origene. *Rupert.* *Orige.*

Caiet. ne. Caietanus in capitulo duodecimo Genes. credidit visionem hanc nocturnam esse factam Abrahæ vigilanti: & ipsam certiorem esse, quæ uigilantibus, quamquæ dormientibus reuelatur. Vnde uero notum certumque fuerit Abrahæ illam uisionem, & illud præceptum de immolando filio ex Deo fuisse, an non potius ex Dæmone illusionem contigisse: quoniam filium necari uidebatur esse hoc contra ius Diuinum, & contra promissa Dei ei data de multiplicatione sui generis, sicut arena maris. Verum illud præceptum fuisse a Deo cognouit Abraham, ita firme, & certe, ut nihil de ipso dubitauerit; quoniam Deus tanta sui luminis copia mentem illius profudit, & illustrauit, ut nihil dubitaret; sed etiam certius sciret esse Dei oraculum, & hoc firmari potest auctoritate Beati Gregorij libro quarto Dialogorum, capitulo quadragesimooctauo, sic scribentis; Sancti uiri inter illusiones, atque reuelationes, ipsas uisionum uoces, & imagines quodam intimo sopore discernunt, ut sciant quid a bono spiritu percipiāt, & quid ab illusione patiantur: Nam si erga hæc mens hominis causa non esset, per deceptorem spiritum multis se uanitatibus immergeret. Sic Gregorius. Pererius libro superius citato, nona disputatione super illis uerbis. *Igitur Abraham de nocte consurgens*, comparationem faciens inter lumen naturale, & lumen Diuinum Sic scriptum reliquit. Quemadmodum naturale nostræ mentis lumen facit nos euidenter cernere ueritatem primorum principiorum, eaque statim citra ullam demonstrationem a sensu nostro complecti: sic in uisionibus, & reuelationibus a Deo datis, lumen Diuinnm animis nostris affulgens efficit, vt eas visiones, ac reuelationes vere diuinas esse intelligamus, certeque credamus. Sic Pererius.

Quomodo cognouit Abraham præceptum illud a Deo fuisse.

Greg.

Perer.

Thom. Sanctus Thomas prima secundæ, quæstione centesima, articulo octauo, declarans Abraham volentem occidere filium non peccasse, sic inquit. Abraham cum consensit occidere filium non consensit in homicidium, quia debitum erat eum ei occidi ex Dei mandato, quippe qui Dominus est vitæ, & mortis. Sic ille. *Expectate hic cum Asino ego autem & puer illuc vsque properātes postquam adorauerimus reuertemur ad vos, v. 5.*

Si

Si Abraham proficiscebatur in montem cum puero pro eo sacrificando in illo loco; quomodo verum esse potuit id quod dixit seruis suis Abraham reuertemur ad vos? Beatus Augustinus sermone vigesimoseptimo de tempore, putauit cum Dominus suscitare posset mortuum: & hanc fidem tenuisse, & habuisse Abraham cum qua sic locutus est. Ambrosius libro primo de Abrahamo, capitulo octauo, alteram huius quęstionis rationem tradit nescientem quidem prophetasse, & verum dixisse. Verba illius sic se habent. Postquam adorauerimus ad vos reuertemur prophetauit quod ignorabat: ipse solus disponebat redire immolato filio, sed Dominus per os eius locutus est quod parabat. Pererius septima disputatione de admirando robore animi Abrahæ, comparationem agens inter Agamemnonis Sacrificium Iphigniæ filiæ ipsius Regis ab Euripide Tragico versu descriptum, facit eum Regem gementem, & lachrymantem amare, retroque vultum auuertentem obtecto capite velis; & sic Poeta artificiose tantam mœstitiam patris, quæ exprimere non possit, finxit, velo capite ei obtecto; sed fortitudo animi Abrahæ tanta fuit, quod illi æquari nulla potest; Non gemitus, non lachrymę, non auersio oculorum, non caput velatum: sed ore vultuque sereno inuicto animo ipse filium ducit ad immolandum. Chrysostomus homilia quadragesimaoctaua in Genes. admiratus est non tam fortitudinem mentis, & animi Abrahæ, quam obedientiam eius filij Isaac. Putauit Philo Abraham cum ligauit Isaac nonnulla verba dixisse, quæ eum incitarunt ferre libenter ea, quæ a Deo illi parata, & disposita erant.

Quæstio

Aug.

Amb.

Pereri⁹

Cōparatio sacrificij Isaac cum illo Iphigeniæ.

DE PROHIBITIONE DIVINA *immolationis Iſaac: & cur iuſſerit immolari Iſaac, cuius tamen immolationem nolebat. De ampliſſimis benedictionibus datis Abrahæ.*

Caput Decimumquartum.

T *ecce Angelus Domini de Cœlo clamauit dicens Abraham, Abraham: qui reſpondit, adſum, dixitque ei: Ne extendas manum tuam ſuper puerum, nec facias illi quicquam, verſiculo decimo, & vndecimo.* In fine ſæculorum Chriſtum pro redemptione mundi decebat immolandum, multifariam iam inde ab exordio mundi præfigurari: inter figuras autem nulla, quam hæc illuſtrior, & expreſſior fuit. Cur vero Deus pręcepit, quod fieri noluit? ad hoc reſpondetur Deum id præcepiſſe non ad effectum rei, ſed ad probationem virtutis Abrahæ. Sic ex Pererio. *Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, verſiculo duodecimo Geneſis.* Beatus Auguſtinus in quæſtione quinquageſima octaua in Geneſim, ad hunc modum declarauit verba iſta. *Nunc cognoui quod timeas Deum,* quod nunc te, vel alios feci cognoſcere quod timeas Deum. Sic Auguſtinus. Quæ verba ſonant, ſicut ille dixiſſet nunc cognoſcere feci omnibus qui hæc intelligent, quod in hoc facinore timeas Deum non abſtinendo te a nece pueri propter dilectionem quam erga me habes. Beatus Gregorius libro vigeſimotertio Moralium, tractans hæc ipſa verba, ſic ſcripſit. Neque enim creator temporum quicquam cognoſcit ex tempore; ſed cognoſcere eius eſt ex cuiuſlibet cauſæ emergentis articulo nobis cognitionem præbere. Sic Gregorius. Hilarius declarans hæc ipſa verba ſic ea expoſuit: Non ignorabat vtique Abra-

Aug. Greg. Hilari⁹.

Abraham fidem, quam ei degenerando Isaac credenti ad iustitiam deputauerat: sed qui magnum timoris sui dederat filium offerendo, documentum, nunc cognoscitur, nunc probatur, nunc dignum est, qui non ignoretur. Sic ipse Auctor. Cicero primo Tusculan. scribens multa mira etiam fecisse Ethnicos quæ æquiparanda sunt ipsi Abrahæ, sic ait: Claræ mortes pro patria oppetitæ non solum gloriose rectoribus, sed etiam beate videri solent. Repetunt ab Erechteo, cuius filię cupidæ mortem expetiuerunt pro vita ciuium. Cosdrum prædicant, qui se in medios hostes famuli in veste ne posset agnosci, si esset ornatu regio, quod oraculum erat datum si Rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menechus vero non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, vt hostium sanguis eliciatur suo. Sic Cicero. Idomenæus Deucalionis filius, & Rex Cretensium, Troiano bello confecto, in quo strenue in Troianos pugnauit, cum renauigaret in patriam periculosissima aborta tempestate, vouit Neptuno, si incolumis redisset in patriam, sacrificaturum se illi quodcumque sibi primum occurrisset. Contigit autem, vt primus ei obuiam filius præcederet: quare eum ex voto sacrificauit, vel vt alijs placet, cum vellet eum immolare a suis pulsus est. Sic Pererius vndecima disputatione de præstantia illius facti Abrahæ libro de peregrinatione ipsius. Verum antiquos eos motos esse ad sacrificandos filios, & filias, aut causa euitandi maxima pericula eminentia, vt liberandi Ciuitates, & Regna, aut euadendi periculum vitæ, vel auertendi bella, pestilētias, & fames, & similia mala cēseri potest; sed sacrificium Abrahæ, quam fuit nobile, quam fuit exemplare, & mirabile dictu in omnes gētes, omne in æuum, & tempus, nempe hoc fat est dicere, nullā causam fuisse ex his superioribus narratis, sed simpliciter timorē ipsius Abrahæ, & amorē, quem erga Deū in corde semper gerebat. Causæ vero operationum priscorum illorum hominum nullæ aliæ fuerunt, nisi cupido ea mala fugiendi, & studium inanis gloriæ consequendæ, quæ omnia ex Diabolo proueniunt. At ē contra causa operationis

Cicero.

Mira antiquorū facta.

Idomæneus.

Perer.

Cur antiqui moti fuerunt ad sacrificandos filios.

Abrahæ in illo sacrificio agendo nulla alia fuit, nisi amor Dei, qui quidem quam superior sit studio illorum priscorum virorum, & anteponendus omnis homo ex se cognoscere potest si doctatus fuerit ingenio. *Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum Arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. v. 13. & 14.* B. Amb. lib. 1. de Abrahamo exponens verba hæc Moysis secundum allegoriam, sic scripsit. Hoc autem est, quod apparuit Deus Abrahæ, reuelans futuram sui passionem corporis, qua mundum redimit: demonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostendit Arietem, & per Virgultum illud Crucis patibulum. Et in hoc ligno præstantissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, vt ab omnibus cognosceretur. Vnde ipse ait. *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Sic Ambrosius. Sacrificauit igitur Abraham Arietem illum inuentum in vepribus, & spinis pro filio, idest in loco filij, aut pro liberatione filij. *Appellauitque nomen loci illius Dominus videt: vnde vsque hodie dicitur in monte Dominus videbit, versiculo decimoquarto.* Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genesim, sic scripsit super hunc locum Moysis. Hoc autem apud Hebræos exiuit prouerbium, vt si quando in angustia constituti sunt, & Domini auxilio subleuari volunt, dicant: in monte Dominus videbit: hoc est, sicut Abrahæ misertus est Dominus, ita miserebitur nostri. Sic ille. *Vocauit Angelus Domini Abraham secundo, dicens, per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut Stellas Cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris, versiculo decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo.* Verum hoc loco quæritur an ille fuerit Angelus, an Deus, qui locutus est cum Abrahamo; ad hanc quæstionem respondet Beatus Augustinus quæstione quinquagesimanona in Genesim dicens nomine Angeli significatum esse filium Dei, vel quia Deus erat in Angelo, & quia in persona Dei loquebatur: idcirco tanquam Deus loquitur: Sic ille: altera quæstio orta est, Deum confirmare iureiurando dicta sua & promissa superuacaneum esse,

Amb.

Hier.

& inde-

& indecens Deo, quia affirmatio eius, aut negatio tantam firmitatem habet, quam mille iuramenta. Thomas Anglus in cap. 22. in Gen. ad hanc quæstionem sic respondet, exterior iuratio Dei multum valet respectu nostri ad ampliorem confirmationem nostræ fidei, & spei; qui secundum Apostolum per hoc Deus abundantius ostẽdit propositi, & promissionis suæ immobilitatem. Et paulo inferius quibusdam interpositis ait ipse auctor. Non est igitur indecens, Deum iurare per semetipsum, tum quia non iurat, quo firmius, & credibilius fiat dictum suum ex parte ipsius, sed respectu nostri quo scilicet debilitas nostræ fidei roboretur firmeturque vehementius: tum quia non iurat per aliquem maiorem se, aut per alium a se. Sic ille. Philo sane fuit in eadem sententia. *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut Stellas Cœli; & velut arenam, quæ est in littore maris; Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes, quia obedisti voci meę* v. 17. 18. Quatuor sunt Dei benedictiones Abrahæ datæ in superioribus verbis Moysis: scilicet benedictio ei data: Multiplicatio seminis eius, sicut arena maris; Possessio semini eius portas inimicorum suorum obtinere: Benedicendas quoq; in semine eius omnes gẽtes fore: quam quidem benedictionẽ B. Paulus Episto. 3. ad Galata; interpretatur pertinere ad Christum: quod a Caietano dicitur B. Paulum sic locutum fuisse illuminatum, & doctum a Spiritusancto. Pererius 15. disput. vtrum meritũ, & virtus insignior fuerit Abrahæ, an filij eius Isaac lib. de peregrinatione ait factum Abrahæ circa immolationem illam filij, maioris fuisse virtutis, & meriti, quã filij eius Isaac: primo propter amorẽ quo ille diligebat filiũ: secundo quia per triduum cruciatus fuit cogitatione illius atrocissimi casus; tertio iugulando filiũ, deinceps membratim eũ concidendo, ac demum igne cremando: omnes istæ cogitationes taliter & tantum eum deterrebant, quod sane propter tantas passiones animi credibile est, Abrahã maiora merita habuisse, & consecutum fuisse apud Deũ, quã Isaac eius filius. Sic ex ipso auctore. Legitur lib. 4. Regũ, Regẽ Moab obtulisse in sacrificium filium suum primogenitum super murũ Ciuitatis,

Thom.

Philo.

Paulus Apost.

& quia

& quia valde obscurus est ad intelligendum locus ille Scripturæ, quare sic fecisset Rex ille in expositione verborum illorum sententiam, & opinionem Caietani referam, quæ quidem opinio mihi videtur probabilior alijs opinionibus adductis ab alijs auctoribus, verba illius sunt hæc. In maxima angustia, & necessitate constitutus Rex Moab, maximum Deo obtulit holocaustum super murum autem offerre voluit, tum vt murus ipse seruaretur, tum vt hostes id videntes, ab oppugnando ipsum virtute tanti holocausti absterrerentur. Sic Caietanus.

Caiet.

DE MORTE SARÆ, ET DE loco, & sepultura, in quo sepulta fuit.

Caput Decimumquintum.

Ixit autem Sara centum viginti septem annis, & mortua est in Ciuitate Arbæ, quæ est Hebron in terra Chanaan: venit Abraham, vt plangeret, & fleret eam. Cumque surrexisset ab officio funeris locutus est ad filios Heth dicens: aduena sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. Genes. capitulo vigesimotertio, versiculo primo, secundo, tertio, quarto. Pererius super verba prænarrata Moysis libro de peregrinatione Abrahæ, sic scripsit. Hæc est prima mulier, cuius in diuinis literis, ætas, mors, & sepultura narratur: videlicet propter singularem eius mulieris dignitatem, excellentemque virtutem. Nam vt Abraham pater populi Hebræi, sic illa tamquam eiusdem populi mater colitur, & honoratur. Sic ille: qui quidem ait duodecim annos interfluxisse inter immolationem Isaac, & mortem Saræ. Biennio autem ante mortem Saræ defunctum fuisse patrem Abrahæ, cui nomen Thare, in Aran Ciuitate Mesopotamiæ, qui vi

Perer.

xit ducentumque quinque annos. Sic ex ipso Auctore. Borcardus in prima parte descriptionis Terræ Sanctæ, capitulo septimo, numero sexagesimoprimo, ait Hebron antiquam illam vrbem sitam esse in sublimi, idest in monte, vbi duplex erat spelunca, quam ab Ephron emit Abraham. Quæ quidem Ciuitas creditur fuisse patria Ioannis Baptistæ: & hanc vrbem tenuisse tempore Abrahæ, & incoluisse eam Hetæos, quorum enormis proceritas corporis per exploratores nunciata Hebræis, tanta eis terrori fuit, vt disperata eius terræ possessione in Ægypto regredi voluerint. Sed in libro Iudicum, capitulo primo, videtur Caleb cœpisse eam Ciuitatem expugnatis Chananæis, qui eam possidebant. Officium funeris appellat quod exhibetur cadaueri; vt est lauare ipsum, vngere & aromatibus condere, & decenter vestire, tum etiam coram eo plangere, & visitationes amicorum accipere. Verum laudabilis fuit luctus Abrahæ ob Saræ obitum. Sic ex ipso Auctore. An licitum fuerit Ephroni vendere ius sepulturæ necne; ad hanc obiectionem respondet Beatus Thomas secunda secundæ quæstione centesima, articulo quarto ad tertium; sic scribens. Spelunca duplex quam Abraham emit in sepulturam non constat, quod fuerit terra consecrata ad sepeliendum, & ideo licebat Abrahæ terram illam emere ad vsum sepulturæ, vt ibi conderet sepulchrum, quemadmodum etiã nunc liceret emere agrum aliquem communem ad constituendum in eo cœmeterium, vel fabricandam Ecclesiam. Attamen quia apud Gentiles loca sepulturis assignata Sacra, & Religiosa putabantur; si Ephron pro loco sepulturæ intendit prætium accipere, peccauit vendens: Abraham tamen non peccauit emens, quia non intendebat emere, nisi terram communem Sic Beatus Thomas. Eadem sententia fuit Pererius loco superius citato. *Responderunt filij Heth, dicentes, audi nos Domine, Princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum, versic. sexto.* Lyranus in Genes. capitulo vigesimotertio inquit in dubijs rebus illi ad Abraham recurrebant, eumque consulebant quasi Deum

Borcardus.
Hebron patria Ioannis Baptistæ
Thom.
Lyran.

& ipse

& ipse dirigebat eos. *Princeps Dei es apud nos*, denotat magnitudinem virtutis Abrahæ: scilicet tantum dilectum esse a Deo, vt omnia possit ab eo impetrare quod ei placuerit. *In electis sepulchris nostris*, idest in quolibet sepulchro, quod tu præcæteris elegeris. *Surrexit Abraham & adorauit populum terræ, filius videlicet Heth. versiculo septimo.* Adorare aliquem indifferenter, & in vniuersum significat honorem, & reuerentiam, quæ per exteriorem corporis motum, hoc est inclinationem capitis, & pectoris, vel procubitum in genua, aut in terram, exhibetur cuicumque personæ excellentis dignitatis, aut potestatis, vel humanæ, vel Angelicæ, vel Diuinæ. Sic ex Pererio. Verum a Theologis dicitur duliam, & hyperduliam esse speciem adorationis, & venerationis, quæ sane Angelis, & Sanctis defertur. At vero latria est species alia adorationis, quæ soli Deo conuenit. Beatus Gregorius homilia octaua in Genesim, ait. Quid est, quod ante Redemptoris aduentum, ab hominibus adorantur Angeli, & tacent: postmodum vero adorari refugiunt; nisi quod naturam nostram, quam prius despexerant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt sibi prostratam videre pertimescunt? nec iam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt; quam super se, videlicet in Cœli Rege venerantur. Sic Gregorius. Qui quidem Auctor libro sexto Moralium loquens de duplici spelunca, vbi sepulta fuit Sara, exponens hunc locum secundum sensum moralem ait, illas duplices speluncas significari duplicem vitam, alteram actiuam, alteram contemplatiuam, quam prædicator Diuini Verbi exercere debet. *Appendit Abraham pecuniam, quam postulauerat Ephron quadringentos Siclos argenti, probatæ monetæ publicæ audientibus filijs Heth. versiculo decimosexto*, Pererius super illa verba prænarrata. Sic scripsit. Siclus pendebat quatuor drachmas Atticas. Drachma vero Attica eiusdem ponderis est, ac prætij, vt Iulius Romanus, vel Reale Hispanicum, quare prætium illud quadringentorum siclorum, quo agrum illum emit Abraham, continebat nostratis monetæ, centum sexaginta, vt vocant scuta monetæ; publica moneta dicitur, quæ signata est ea figura, qua

De dulia, hyperdulia, & latria.
Greg.
Significatio duplicis speluncæ.
Perer.
Drachma Attica eiusdem pōderis, vt Iulius Roman.

qua insignitur moneta communitatis, aut principis: Sic ipse Auctor: Notabilis quædam dissonantia videtur esse inter verba superius a Moyse narrata, & inextricabilis quæstio: Nam in hoc capite narratur Abraham emisse ab Ephron filio Segor agrum intra vrbem Hebron in sepulturam Saræ. Verum Beatus Stephanus in illa concione, quam habuit ad Iudæos sic fertur dixisse: Descendit Iacob in Ægyptũ, & defunctus est ipse, & patres nostri: & translati sunt in Sichera, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham prætio argenti a filijs Hemor filij Sichem. Lyranus capitulo septimo actorum sic scribit; posse dici sine præiudicio tamen quod ille Hemor, de quo hic Lucas loquitur fuerit idem cum Seor patre Ephronis, vt dicitur Genes. vigesimotertio, fuit enim ille binominis, sicut in Scriptura multi leguntur binomines. Sic ille. Caietanus super eodem loco videtur fuisse eadem sententia Lyrani. Quæ quidem opinio mihi videtur sane probabilior omnibus alijs sententijs, quæ allatæ fuerunt ab alijs Auctoribus differentibus super istum locum Moysis: & multo minus afferens incommoda, & difficultatem aliarum opinionum.

Quæstio de emptione agri ab Abrahamo.

S. Stephanus.

Lyran.

Caiet.

†

DE MISSIONE EX ABRAHAMO in Mesopotamiam serui sui, vt ex posteris fratris sui Nachor futuram Isaac filij sui vxorem ducat.

Caput Decimumsextum.

Rat autem Abraham senex, dierumque multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum Cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipies vxorem filio meo Isaac. Respondit seruus, si voluerit mulier venire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Capitulo vigesimoquarto, Genes. versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. Augustinus libro decimosexto, de Ciu. Dei capitulo trigesimotertio ait, Rebeccam neptem Nachor patrui sui, cum annorum quadraginta esset Isaac, duxit vxorem centesimo scilicet & quadragesimo anno vitæ patris sui triennio autem post mortem matris suæ. Sic ille. Putauit Pererius cum dicitur Abraham fuisse senex dierum multorum hoc intelligi debere simpliciter idest non respectu superiorum omnium temporum; sed respectu sui temporis, & hominum, qui fuerunt Syncroni, quorum neminem eius ætatis aut posteriorum temporum longęuiorem fuisse, quam Abraham legitur præter Isaac, qui patre suo quinquennio ætatem supergressus est. Sic ille super illa verba Genesis. Rupertus verò libro sexto Commentariorum in Genes. capitulo trigesimooctauo exponens hunc ipsum locum sensu mistico sic ait. Ergo senex dierum multorum

Aug. *Perer.* *Rupert⁹*

cum

eum dicitur perfectione tum fidei, multorumque operum bonorum fuisse intelligere oportet. Sic ille. *Et dominus in cunctis benedixit ei*. Quatuor genera bonorum temporalium probis viris in veteri testamento promittebantur: scilicet longitudo vitæ, numerosa & diuturna posteritas, diuitiarum abundantia, ac demum victoria inimicorum suorum. Hæc omnia largissime Deus tribuerat Abrahæ: fuit missio senioris illius serui in Mesopotamia in vxorem inde adducendam Isaac, figura missionis Apostolorum, qui in domo Christi tanquam seniores sunt, ad populum gentilem habitantem in Mesopotamia; vt inde gentes adducerent ad Christum, sic Pererius loco vt supra, qui quidem inquit super verba Genes. *pone manum tuam subter femur meum;* femur lumbi, & venter siue vterus in scriptura generationem denotant. Significatur etiam eo nomine potentia bellica, secundum significationem illud Psal. 44. *accingere gladio super femur tuum potentissime*. Sic ipse auctor opinio hebræorum fuit, cerimoniam illam manum ponendi sub femore, adhiberi solitam in iurandi vel adiurandi significationem, & reuerentiam sacramenti circuncisionis. Alia opinio fuit tali cerimonia adumbratum fuisse, & significatum misterium generationis messiæ ex femore & stirpe Abrahæ. Sic scripsit Beatus Hieronymus. Tradunt Hebræi, quod seruus Abrahæ ponēs manum suam sub femore, eius in sanctificatione eius, hoc est, in circuncisione iurauerit. Nos autem dicimus, iurasse eum in semine Abrahæ quod est Christus, quia ex illo nasciturus erat. Sic Beatus Hieronymus. Verum Beatus Augustinus clarius & explicatius declarauit hunc locum scripturæ in sermone septuagesimoprimo de tempore sic scribens. Quid est igitur quod dixit Abraham puero suo: Mitte manum tuam sub femur meum, & iura per Deum Cœli & terræ, videlicet quasi diceret, mitte manum tuam ad altare, vel, mitte manum ad arcam testamenti, vel extende manum tuam ad templum Dei, & iura mihi: femur tangebat, & per Deum Cœli iurabat, & quibusdam interpositis in illo loco ait: ideo quando seruus femur eius tangebat, ip-

Bona tēporalia quæ promittebātur probis uiris

Perer.

Opinio hebræorum.

Hier.

Aug

De iuramento Abrahamo seruo tuo tradito.

se non per carnale illud membrum, sed per Deum verum, & viuum iuramento præstabat. Etenim Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam, de cuius semine Christus Dominus natus est, sic Augustinus. Beatus Gregorius videtur dixisse similia, sic scribens: Manum sub femore iubet ponere, quia per membrum illud descensum fuerat caro eius, qui filius Abrahæ esset ex humanitate, & Dominus ex Diuinitate. Quasi dicat tange filium meum, & iura per Deum meum Sic Gregorius. Verum vtrum ille, cui impositũ fuit iuramentum illud, sciret illud misterium, quo illis in verbis Abrahæ sacramentum illud latebat, nemo agnoscere potest: sufficit hoc quod Abrahæ satis fuit illum iurasse non accipere vxorem filio suo Isaac de gente illa Chananæorum, quoniam cum fuerit ille seruus valde prudens & timens Deum, & vnus de præstantioribus domus Abrahæ, verendum non erat, quod ille decipere vellet dominum suum Abraham, & irritum faceret iuramentum illud, propter quod Deo cęli & terræ promiserat id agere, quod Domino suo placuerat. Videtur igitur quod adiurando Abraham seruum suum non fuerit inconueniens, quia talis consuetudo erat in diuina scriptura adiurandi per Deum cęli & terræ. Pererius libro de Peregrinatione Abrahę secunda disputatione super verba illa Genes. ait Dęmones porrò adiurare hoc modo ipsos orando, & præcando nefas est, quoniam pertinet ad Diuinum quendam illorum cultum, & arguit nos cum illis societatem pacto aliquo firmatam habere, licet verò vt illis quibus data est potestas ex corporibus humanis, vel hominum domicilijs vel his rebus, quæ ad vsum hominum spectant Dęmones repellant, & ledere homines prohibeant: at Magi & Necromantici adiurant illi frequenter obsecrãdo, & inuocando, & aliquãdo cum imperio iubendo: verum dęmon cum sit penitus incorporea, & spiritualis substantia, totum est illud fallacissimum diabolicæ simulationis inuentũ quod scilicet dęmon facilè malecredulos vesanosq; earũ artiũ amatores decipiat, deceptosque perniciosis illiget erroribus. Sic ex ipso auctore. Amb. li. 1. De Abraham c. 9. super illa verba

Greg. (margin)

Perer. (margin)

Amb. (margin)

verba

verba G[illegible] *ut non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananęorum inter quos habito*, sic locutus est. Constrinxit Abraham seruum suum vt nō de semine Chananæorum vxorem accerseret filio suo; quorum scilicet generis auctor patrem nō honorauerat, & ideo maledictionis hæreditatē transmisit in illos: vt cognoscamus fidē & quandā virtutis hęreditatē de auctoris prosapia in ijs requirendum, quas nos volumus adiungere. Caue ô Christiane, Gentili, aut Iudęo filiam tuam tradere; caue inquam Gentilem, aut Iudæam, atque alienigenam hoc est hæreticam, omnemque alienam a fide tua, vxorem accersere tibi, & quibusdam interpositis ipse auctor. Disce item inquit quid potissimum in vxorem quęrere debeas: non aurum non argentum, non possessiones requisiuit Abraham, sed gratiam bonæ indulis. Sic Ambr. B. Chrys. hom 48. in Gen. ostendit qualis fuerit voluntas Abrahæ in quærenda vxore filio suo: non attendens, aut requirens amplam substantiam, multas diuitias, numerosa seruitia; non externæ vetustatis formam; sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem: At nunc & si malis innumerabilibus plena sit mulier, nihil de illis cogitant, hoc solum requirentes, quantum illa pecunijs abundet, nescientes si mens peruersa sit, licet innumerabiles affluant diuitiæ, facilius tamen in extremam venire egestatem: hæc Chrysostomus. An vero Rebecca, & proles eius veri Dei cultores fuerint, necne varię sunt opiniones circa hoc, nam putauit B. Aug. lib. 16. de Ciu. Dei, c. 23. quod superstitioni Chaldæorum Nachor adhæreret; postea vero aut pœnitendo, aut persecutionem passus ipse cum suis inde emigrauerit. Verum Pererius arbitratus est super illa verba Genes. tertia disputatione, parentes illos tinctos fuisse cognitione aliqua veri Dei, verumtamen eam Religionem minimè sinceram, & puram, sed admixtam superstitione earum gentium quibus cum viuebant, infectam fuisse. Quod autē spectat ad probitatē eorū hominū credidit bene moratā fuisse eam familiam, tū propter virginitatem Rebeccæ iam grandis puellæ, t[illegible]n propter proliȝā benignitatē illius gentis in hospitādis peregrinis, quod aperte declarat acta, & sermones illorū fuisse

Cōtra illos qui fideles ducunt vxores.

Chrys.

Qualis sit expectenda vxor.

Aug.

Perer.

sine

sine aliqua fallacia homines probitatis & humanitatis amantes, sic ex ipso auctore. Cur verò Abraham non misit Isaac in Mesopotamiam ad eligendam sibi vxorem, sed seruum senem? Ad hanc quæstionem respondet Rubertus libro sexto, commentariorum in Genes. capitulo trigesimooctauo, in hunc sensum scribens, Isaac multis in rebus gestasse illustrem figuram Christi, Qui quidem non est missus à patre vt acciperet vxorem in Mesopotamiam, sed eius seruus: ita Christus non ipse secundum præsentiam iturus erat ad gentes, vt eas ad se conuersas prædicatione sua disponderet sibi in fide, sed id præstitit per seruos suos idest per sanctos Apostolos. Deinde Isaac nec propria sua voluntate vxorem sibi quam vellet deligit, sed eam solam, quæ sibi patris sententia, & voluntate data fuit, accepit. Quod sanè præfigurauit, quod a Christo factum est; Nempe non ipsa sua propria voluntate elegit homines quos saluaret, sed eos tantum quos sibi Deus pater assignauerat, & dederat suæ doctrinæ, & gratiæ sacramentis sanandos, suisque meritis saluandos suscepit, sic ex Ruperto. *Tulitque decem Camelos de Grege Domini sui, & abijt: ex omnibus bonis Domini sui portans secum, versiculo decimo, Genes. capitulo vigesimoquarto.* Rupertus loco superius citato ait donis & præsentibus doceri debet & instrui puella, vt non paruas viri, aut soceri sui sciret sperare tque diuitias. Quid porrò sibi volunt decem Cameli, quos ille seruus tulit de grege domini sui? præcepta nimirum decalogi; de quibus dominus dixit. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata Dei*. Sic ille. Verum Pererius super illa verba Gen. libro de Peregrinatione & rebus gestis Abrahæ sic scriptam reliquit. Ex omni lege Moysis, decem tantum præcepta, quæ vocantur moralia, prædicatores euangelici defferebant ad gentes, eisque perpetuo seruanda tradebant; non tamen nuda, sed præciosissimis Christi donis ornata, fidē dico, spem, charitatem, sacramenta nouæ legis, clarissimam diuinarum scripturarum intelligentiam, remissionem peccatorum, pacem & reconciliationem Deo, dona linguarum, multiplicemque miraculorum gratiam, dona spiritu sancti, &c. Sic ille qui

Cur Abraham non misit Isaac ad eligēdam sibi vxorē.

Ruperti expositio Allegorica.

Rupert⁹

Pererij expositio.

quidem

quidem inquit seruum illum secum detulisse ex omni gene-re bonorum Domini sui idest ex auro,& argento gēmis pre-ciosis, vestibus, incredibilem fuisse priscis illis temporibus apud Orientales populos Palestinæ vicinos Camelorum vim & copiam. Sic ille. Plinius libro octauo, capitulo deci-moocta uo, de natura Camelorum sermonem habens sic pro-didit. Nec vltra assuetum procedit spatium, nec plus instituto onere recipit, sitim & quatriduo tolerant: implen-tur cum bibendi occasio est, in præteritum & in futurum; obturbata proculcatione prius aqua, aliter potu non gau-dent. Viuunt quinquagenis annis; quidam & centenis, sic Plinius. Iulius Scaliger contra Cardanum exercitatione 209. numero secundo, ait tres esse species Camelorum, & qui ter-tia specie sunt inepti ad sarcinas, sed vsum præbent equo-rum: tanta velocitate ac patientia, vt amplius centum millia vno die conficere dicantur paucissimo cibo, nulloque potu contenti: Dromedarios mercatores vocant, vniuersum Ca-melorum genus, adeo sitis patiēs est, vt quindecim totos dies coacti ferunt. *Domine Deus Domini mei Abrahæ occurre obse-cro mihi hodie, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham. Ecce sto prepè fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius Ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero; inclina hydriam tuam vt ego bibam, & illa respondet bibe, quin & Camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum Domino meo: versiculo duodecimo, decimotertio, decimoquarto.* At verò si deprecatio serui illius Abrahæ mala fuerit necne tanquam pertinens ad tentationem Dei & superstitionem vnam Li-ranus breuiter tradidit opinionem suam ab Augustino taci-tam relictam & indecisam, sic scripsit Liranus. Seruus ille non quæsiuit signum per modum Augurij vel diuinationis, quod est illicitum, sed præmissa oratione petiuit à Domino signum, quo cognosceret; quod Angelus Domini direxisset viam suam, sicut prædixerat ei Dominus suus Abraham; & ideo non peccauit petendo signum hoc modo, sic ille, Beatus Chrysostomus, homilia quadragesimaquinta, in Ge-nes.

Plinius.

Iulius Scaliger de Camelis.

Lyra.

nes. valdè laudat eiusmodi orationem; probans illius serui orantis prudentiam agnoscere volentis futuram Domino suo vxorem datam a Deo ex probitate morum, & ex singulari hospitalitate, & benignitatis gratia. Consona est

Theodoretus. Theodoreti sententia quæstione septuagesimatertia, in Genes. Eadem opinione fuit Thomas Anglicus in capitulo vigesimoquarto in Genes. sic scribens. Præterea ex euentu

Thomas Anglicus. patuit quod coniecturalis illa serui Abrahæ cogitatio fuerat mota & ordinata a Deo; quia mox Rebecca venit, & descendit ad fontem: & omnia prout ille seruus præcogitauerat & præposuerat, expleuit. Sic ille. Nonnulli arbitrati sunt quod ille seruus Abrahæ in oratione acta acceperit nomen illud diuinationis, quod ab antiquis vocatum fuit omen: & hoc verò contra omnem veritatem, & rationem putarunt, quia seruus ille omnia quæ fecit, nempe motu & impulsu spi-

De voce Omen. ritus Dei id perfecit. Omen verò erat vox quædam, quæ imprudenter loquentibus fortuito exibat: ex qua futurarum rerum euentus tum prosperi quam infausti diuinabantur: Vnum duntaxat exemplum commemorabo. Vrbe Doma à Gallis diruta statuentibus patribus, vtrum Verios migrarent an sua Mœnia construerent, eo tempore accedit è præsidio cohortibus reuertentibus Centurio Comitio exclamans signiferum signum Statuæ. Hic optimè manebimus ea voce audita, Senatus accipere se Omen respondit, atque Verios transeundi consilium omisit, ita ex Pererio sexta disputatio-

Auctor operis. De falsa diuinatione per signum ominis. ne de hominum obseruatione. Sed quam falax sit diuinatio per illud ominis signum, facilis est dictu, & cognoscibilis res, si considerare volumus, quod illud verbum fortuito prolatum à Dęmone possit esse in ore formatum: &, de ea re orta causaliter deberi argumentum capere, & fidem ei præstare, equidem arbitror hoc esse contra omnem rationem, & iustitiam.

DE

DE PROFECTIONE SERVI Abrahæ ad adducendam vxorem Isaac, & de reductione Rebeccæ in domum Abrahæ.

Caput Decimumseptimum.



Ec dum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur: puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro, versiculo decimoquinto. Ex his verbis videtur Rebeccam fuisse valde spetiosam superlatiuo gradu ornatam virginitate, quæ valde amabilis est sponso. Super aurum, & argentum, & super omnem dotem optabilem. Sed quia videntur esse superuacanea verba Moysis dicentia, *virgoque pulcherrima incognita viro*, ait Caietanus in vigesimoquarto capitulo Genes. sic, verba denotare integritatem mentis, & corporis. At ex Beato Augustino in Psalmo septuagesimoquarto, videntur verba Scripturæ superiori loco narrata esse repetitionem, & confirmationem illorum verborum, vt est illud Psalmi quinquagesimosexti. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, in Psalmo vigesimosexto *Sustine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum*. Leo Castro in capitulo septimo Isaiæ ait Vocem, virgo pulcherrima, Hebraice legi vetula, quæ vox ex vsu linguæ Hebrææ potest significare, tam puellam virginem, quam corruptam, ideo Moysen vocasse Rebeccam post vetulam incognitam viro: & omnino significare puellam incorruptam. Sic ille. *Et adiurauit me Dominus dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum.* Videtur esse diuersa narratio hæc serui Abrahæ, ab illa, quam paulo supra posuit Moyses, quando Abraham iussit seruum suum non accipere filio suo vxorẽ de filiabus Chananæorum, verum non sunt repugnantes inter se narrationes eiusdem rei; quarum vna pluribus, quam

Caiet.

Aug.

altera circumstantijs eiusdem rei expositis plenius, & expressius eam rem declarat; multa commemorans, de quibus nullum in altera narratione fit verbum; quoniam contrarietas, & contradictio est affirmatio, & negatio eiusdem rei: exempli causa, vt si vnus affirmaret, aliquid esse factum, & alter factum id esse neget, ista est vera, & manifesta contradictio. At hæc quidem narratio: prima, & superius diuersitas crebra est apud Sacros Euangelistas, nullã tamen sententiarum contrarietatem habet. Sic ex Pererio super illis verbis, *& adiurauit me Dominus*, qui quidem Auctor accepit hanc sententiam ex Beato Augustino libro secundo de consensu Euangelistarum capitulo duodecimo. *Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro, inclinata iam die, versiculo sexagesimotertio*, nonnulli arbitrati sunt illud ad meditandum in agro intelligendum sit ad orandum, vel loquendum, aut confabulandum, & ex verbo Hebræo Suach, quod Latinus interpres tradit meditandum interpretationem habere. Opinio fuit Aquilæ, & Symmachi, Isaac in agrum exisse ad confabulandum. Caietanus putauit ad loquendum cum Agricolis, & operarijs suis de rebus agrestibus. Alia opinio fuit, quam recitat Diuus Augustinus, & eam improbat, ad se exercendum, vel deambulandum, vel currendum. Quarta ad orandum Deum, & hæc fuit Sancti Hieronymi. Quinta opinio ad ab alienandum se a curis domesticis. Hæc fuit Ambrosij. Sexta ad meditandas res naturales, præsertim motus, & virtutes syderum. Hæc fuit opinio Hebræorum Lyrani, & Tostati: Septima ad cogitandum, & meditandum, & hæc placuit Sancto Augustino. Octaua ad loquendum, seu sermocinandum. Hæc opinio vocabuli. Sic ex Pererio loco superius citato. At ego arbitror nullam ob aliam causam Isaac secessum esse in agro, nisi causa agendi orationes, & meditationes, de quibus erat ille amantissimus, & deditissimus: & vt conueniens erat viro ornato; & a Deo decorato tot virtutibus, fuisset etiam præditus virtutis copiosissimæ, & fragrantissimæ orationis, & illum honorem ei exhibitum a Deo uocantem se Deum Isaac recte conueniret cum operibus eius. *Rebecca conspecto Isaac descendit*

Perer.
Aug.
Meditatio Isaac qualis fuerit.
Aquila.
Symmachus.
Caiet.
Aug.
Hier.
Amb.
Opinio Hebræorum.
Lyran.
Tostat⁹.
Aug
Auctoris operis opinio.

sit de Camelo, & ait ad puerum, quis est ille homo, qui venit per agrū in occursū nobis? Dixitq; ei, ipse est Dominus meus. At illa tollens cito pallium suum operuit se, versiculo sexagesimoquinto. Pallium significat uelamen, quo caput, & corpus mulieris operitur. Hebræa uox Haiph. Sic Pererius super illa uerba prænarrata Genes. Tertullianus libro de uelandis uirginibus uehementer laudat, & exaltat factum hoc Rebeccæ operientis se cognito Isaac, adhortans graui oratione mulieres ad se uelandum. Viso Isaac descendit Rebecca de Camelo, & hoc fecit in signum honoris, & reuerentiæ, quem ut superiorem, & caput sibi colendum esse intellexerat. *Tertull.*

DE CONIVGIO ABRAHAE CVM Cetura, & de filijs ab illa procreatis, & de morte eius.

Caput Decimumoctauum.

Braham vero aliam duxit vxorem nomine Cetură: quæ peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madā, & Madian, & Iesbon, & Sue. Iecsan quoq; genuit Saba, & Dadam. Filij Dadam fuerunt Assurim, & Latussim, & Laomim. At vero ex Madian ortus est Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Ceturæ. Deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera: & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam Orientalem: Capitulo vigesimo quinto Genes. versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. Cur uero in ea ætate uoluerit Abraham uxorem ducere, putat Beatus Augustinus magnum mysterium eo coniugio præfigurandum: ut sicut per Ismaelem, & posteros eius præfigurati sunt carnales homines ueteris testamenti; ita per Ceturam, & per filios eius carnales homines noui testamenti. Verba Beati Augustini quæstione trigesima in Genes. sic se habent. *Aug.*

Xx 2 Mune-

Munera quæ acceperunt filij concubinarum videntur mihi significare quædam dona Dei, vel in Sacramentis, vel in quibusque signis, etiam carnali populo Christianorum, & hæreticis data, velut filijs concubinarum: cum tamen hæreditatis munus, quod est charitas, & vita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est ad filios promissionis. Sic Augustinus qui quidem libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo trigesimoquarto, sic scriptum reliquit: Sed profecto, sicut Agar, & Ismael Doctore Apostolo significauerunt carnales veteris testamenti, cur non etiam Cetura, & filij eius, significent carnales qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Sic ille. Commemorat Beatus Hieronymus opinionem Hebræorum dicentium in traditionibus Hebraicis in Genes. super capitulo vigesimoquinto, eandem esse Agar, & Ceturam muta to nomine, quæ Sara mortua de concubina transierit in vxorem. Sed quia ambiguus fuit ipse Hieronymus hanc opinionem indecisam reliquit. Lyranus, Tostatus, Caietanus quoque opinati sunt, quod Agar, & Cetura non fuerint vna mulier, sicut volunt Hebræi, sed duæ mulieres; probant isti opinionem suam veram esse, ex differentia nominis illarum mulierum: ex largitione munerum filijs concubinarum Abrahæ, quoniam munera Abraham dedit filijs concubinarum, ergo non vnam tantum habuit, sed plures concubinas. Cur vero Abraham duxerit vxorem Chananæam, nempe facilis est responsio, inquit Tostatus, dicens, id factum esse propter electionem populi Dei, vt totus descenderet de stirpe Abrahæ, per Isaac. Inducendo vero Abraham in vxorem Ceturam præfigurabantur, sicut docuit Beatus Augustinus, carnales omnes Christiani noui testamenti. Quomodo vero Abraham in centesimo quadragesimo ætatis anno potuerit generare filios: ad hanc dubitationem respondet Beatus Augustinus libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimooctauo, dicens illam virtutem, & vim generandi in ea ætate fuisse ei diuinitus, & supernaturaliter dono Dei tributam: aut in ea ætate potuit generare filios ex illa muliere iuuene habilissima ad procreandos filios, tum propter temperamentum

Aug. Paulus Apost. Hier. Lyran. Tostat⁹. Caiet. Aug.

tum

tum corporis, tum propter iuuenilem eius ætatem. Sic Augustinus. Ex filijs, & nepotibus Abrahæ ex Cetura orti sunt sane populi multi, & nationes, ex quibus multi Reges, & principes illarum gentium, vbi posuerunt sedes ornarunt nomen illorum credendum est. Sanctus Hieronymus libro decimoseptimo Commentariorum in Isaiam de Madiam, & Epha, sic scripsit. Madiam, & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles Camelorum, omnisque prouincia appellatur Saba. Hinc fuit Saba Regina, quæ venit Sapientiam audire Salomonis, cui differens aurum, & Thus, vt Regi pacifico, maiora ab eo suscepit munera. Sic Beatus Hieronymus. Qui quidē ait Sabæos fœlicis Arabiæ incolas fuisse posteros Abrahę, scilicet filios Ecsam, quem genuit ex Cetura. Pererius super illa verba, *& separauit eos ab Isaac filio suo*, in hanc sententiam scripsit. Nouerat Abraham ex Dei promissione multiplicatū iri semen Isaac instar Stellarum cęli: Ismaelis quoque aliorūque sobolem filiorum maiorem in mundum esse propagādā; ideo voluit eos separari, quia nisi separarētur, terra illa eos capere non posset, fecit quoque id sapientissime Abrahā, ob extinguendum incendiū, & odiū illorū aduersus Isaac relictum hærede a patre omnium bonorum suorum egerrime ferentibus illis, hoc actū esse ab Abrahamo: Nempe prænouerat ille cultum veri Dei in solis posteris Isaac mansurū esse cęterorū filiorū posteros omnes ad Idolatriā perpetrandā dilapsos fore. Ideo quamprimum distrahendos inuicē eos esse censuit; sic ex Pererio. Qui quidem ait vocari in diuina Scriptura Orientales terras eas, quę sunt citra sinum Persicum, vt Persidē Armeniam, Arabiam, atque Mesopotamiam. Arabes vero Idumæi, Amalecitæ, Medianitæ, Amonitæ, & Moabitæ, vocati sunt populi Orientales. Nunc mihi videtur recte agere si in Compendium vitæ Abrahæ strictim expositam, tamquam in conspectu Lectori eam statuam. Abraham vero Chaldæus fuit; patria eius Vrbs cui nomen Vr; pater eius fuit Thare; fratres eius Nachor, & Aran: Aran vero obijt in Vr Chaldæorum; Originem duxit Abraham ex Sem, filio præcipue Noe, decima post ipsum Noe generatione ortus: Natus

Hier.

Perer.

De vita Abraha.

Natus est Abraham anno post Diluuium Noeticum ducentesimo nonagesimosecundo, post diuisionem linguarum centum ac nonaginta annis ortus est Abraham. Mortuus est Noe dum Abraham moraretur in Chaldæa annum agens quinquagesimumoctauum: Anno eius septuagesimoquinto primum ei Deus apparuit, iubens discedere eum ex Chaldæa & ire in terrā Chanaan: Tunc illi data fuit magnifica illa promissio de numerosissima multiplicatione; ab hac promissione, vsque ad tempus legis datæ per Moysen in monte Sina, computat Beatus Paulus annos quatuorcentumtriginta: Decem porro annis, quam venerat in terra Chanaan coniugem duxit Agar Ægyptiam: Inter tempus decennij, quod inter aduentum Abraham in terram Chanaan, & coniugium Agar interfluxit, hæc valde memorabilia euenerunt: primum fuit flagellatio Pharaonis Regis Ægypti propter ablatam vxorem Abrahæ: alterum fuit Abraham paucis viris suis quatuor Regum exercitum debellasse, & Lot captiuitate liberasse. Tertium fuit occursus Melchisedech Regis, & Pontificis, qui lætabundus honorifice accepit Abraham, & panis, & vini obtulit sacrificium. Quartum fuit illa Dei singularis apparitio, in qua ei Deus promisit multiplicationem seminis eius instar Stellarum: octauum de danda eius posteris possessione terræ a flumine Ægypti, vsque ad Euphratem; Nonagesimumnonum annum Abraham agens accepit præceptum circumcisionis: & tam ipse, quam omnes domestici eius circumcisi sunt; Res autem Abrahæ ab ortu Ismaelis vsque ad Circumcisionis præceptum, quæ fuerunt per tresdecim annos in silentio manserunt: In ipso tempore Abrahæ ætatis euenit, vt Sodomorum gens omnisque illa Regio funditus periret: Eo ipso tempore Abimelech diuino iussu admonitus reddidit Abrahæ vxorem, quam illi abstulerat: Centenario autem natus est ex Sara filius Isaac: Tempore ablactationis fecit Abraham grande conuiuium; eiecit porro Abraham ex domo eius impulsu Saræ Agar, & Ismaelem: In ætate vero ipsis Abrahæ centumuigintiquinque immolare voluit Isaac in Monte Moria, vbi postea Templum a Salomone

Paulus Apost.

In aduentu Abrahæ in terra Chanaan memorabilia, quæ euenerunt.

lomone fabricatum est; post ortum Isaac, vsque ad eius immolationem per annos vigintiquinque, aut etiam triginta septem nihil de rebus Abrahæ scriptis commendatum est: At cum ageret centesimum trigesimum quintum annum mortuus est ei pater Thare. Tribus annis post excessum Saræ vxorem dedit filio suo Isaac Rebeccam neptem fratris sui Nachor, cum ageret ipse annum centesimum quadragesimum ipso autem Isaac agente annos quadraginta: Vixit Abraham centum septuagintaquinque annos: Mortuus est anno post Diluuium quadringentesimo sexagesimo septimo, Annus mortis eius concurrit cum anno bis millesimo centesimo vigesimotertio post orbem conditum. Apparet mortem Abrahæ fuisse centum quindecim annis priorem descensu Iacob in Ægyptum; exitu autem Hebræorum ex Ægypto trecentum triginta. Moyses huius Historiæ Scriptor octogenarius erat cum eduxit Hebræos ex Ægypto: vnde natum esse eum ducentis quinquaginta annis post obitum Abrahæ necesse est. Apparet igitur ex scriptis Moysis eum prætermisisse historiam Abrahæ ferme centum quinquaginta annorum; & res ab eo per annos duntaxat circiter viginti gestas exposuisse. Sic ex Pererio quinta disputatione de Cronologia vitæ Abrahæ. *Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum: & sepelierunt eum Isaac, & Ismael filij sui, & sepelierunt eum in spelunca duplici.* De morte Abrahæ sic locutus est Origenes homilia vndecima in Genesim: Talis namque mors Abrahæ intelligenda est: quæ in tantum dilatauit eius sinum, vt omnes Sancti, qui de quatuor terræ partibus veniunt, post mortem portentur ab Angelis in sinum Abrahæ. Sic ille. Caietanus in capitulo vigesimoquinto Genes. sic scripsit super verba ista: Ex hoc enim loco clare patet immortalitas animæ, non solius Abrahæ, sed multorum etiam populorum, quibus aggregatus est Abraham: & interpositis nonnullis verbis, ait ipse Caietanus. Quare ad literam significatur Abraham esse congregatum ad societatem iustorum omnium, qui ante ipsum mortui fuerant. Sic ille. *Deficiens mortuus est*, putauit Pererius

De tẽpore mortis Abrahæ.

Orig.

Caiet.

sexta

sexta disputatione super verba prænarrata numero quadragesimonono, quod nihil aliud voluissent illa verba significare, nisi eum mortuum esse per naturalem corporis resolutionem, radicali primogenio humore siccato; calore naturali paulatim deficiente extincto. Pererius super illa verba, *in senectute bona prouectaque ætatis, & plenus dierum;* Inquit hoc esse in vsum apud Hebræos, & linguam eorum vti frequentatione nominum, uerborum geminatione, & repetitione, uel ad clariorem sententiæ intelligentiam, uel ad confirmationem, & persuasionem. Philo autem intelligens omnia secundum sensum mixtum in libro quem scripsit, quis rerum diuinarum sit hæres, super verba Genes. quæ dixit Deus Genes. decimoquinto. *Tu autem ibis ad patres tuos.* Sic exposuit ea. Disce igitur hoc dogma nostri legislatoris, soli bono uiro bonam senectutem, & longæuitatem contingere; malum uero, quamuis longissimi æui, breuissimam tamen uitam uiuere, uel potius uirtuti iam esse mortuum. Sic ille. Qui quidem auctor exponens locum Deuteronomij uigesimoprimo, de filijs procreatis a duabus uxoribus. Sic inquit Scriptura. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, alteram odiosam, & pepererint filios dilecta, & odiosa, fueritque filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios diuidere: non poterit filium dilectę facere primogenitum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque de eis, quæ habuerit cuncta duplicia.* Nimirum ait Philo: dilecta uxor uoluptatis: odiosa uero prudentiæ, significationem, & imaginem habet. Et paulo inferius ita scriptum reliquit. Sed uoluptatis studiũ partus imperfectus est, semperque puer, etiamsi ad annosam ætatem perueniat: è diuerso autem uirtutis amor ab in cunabulis, ut ita dicam, in prudentiæ Senatum allegitur, numquam non senior appellatione, atque honore dignissimus. Sic ille. Caietanus in capitulo uigesimoquinto in Genesim scribens super illis uerbis: *Et congregatus est ad populũ suum,* ad literam significatur, quod Abraham congregatus est ad Societatem Iustorum omnium, qui antea mortui fuerunt, sic Caietanus. Paulus Burghensis in additione ultima super caput

Perer.

Philo.

Philo.

Caiet.

put quadrageſimumnonum, ita ſcripſit: Notandum eſt loquens de morte quorundam iuſtorum, qui ante paſſionem Chriſti deceſſerunt, frequenter dicit, appoſitus eſt ad patres ſuos, ſiue ad populum ſuum, uel dormiuit cum patribus ſuis. At uero poſt paſſionem Chriſti aliter loquitur de morte Sanctorum dicens eos obdormiſſe in Domino, uel mortuos eſſe in Domino. Cuius diuerſitatis hæc poteſt reddi ratio. Priores quantumcumq; Sancti non obdormiebant in Domino, quia nondũ in Deo requieſcebant per beatam fruitionem; ſed congregabantur cum alijs patribus, eam beatitudinem expectantibus; quoniam autem in nouo teſtamento ianua cœleſtis aperta eſt, patetque Sanctis ſtatim poſt mortem aſcenſus, & aditus ad cœleſtem gloriam; idcirco vere, ac merito dicuntur iſti obdormire, ac mori in Domino. Sic Burghenſis. Expoſitio Pererij ſuper ipſa verba ſuperius narrata octaua diſputatione, numero ſeptuageſimoſexto, hæc eſt; modum iſtum loquendi eſſe Hebraiſmum vſitatum in veteri teſtamento, vt in nouo tranſire de hoc mundo, dormire, vel obdormire in Domino; ſed ſimul iſtius modi locutione velatum, & abſconditum eſſe quoddam myſterium. Nam cum dicitur de mortuis congregari eos ad populum ſuum duas tali locutione inſinuari res: tum immortalitatem animæ, tum modum exiſtendi mortuorum poſt hanc vitam ſecundum animam. Animæ enim hominum poſt mortem gregatim, & ſocialiter in modum cuiuſdam populi manent, ſiue in cœlo, ſiue in inferno.

Perer.

De immortalitate animæ.

Yy DE

DE ORATIONE ISAAC, VT *Rebecca conciperet filium: & de colliſione in vtero Rebeccæ propter illud conceptum.*

Caput Decimumnonum.



AE quoque ſunt generationes Iſaac filij Abrahæ: Abraham genuit Iſaac, qui cum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, Sororem Laban. Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Ex capitulo vigeſimoquinto Geneſ. verſiculo decimonono, vigeſimo, vigeſimoprimo. Sexagenarius erat Iſaac cum genuit Iacob. Abraham porro centenarius generauit Iſaac. Quin etiam mors Iſmaelis tribus, & ſexaginta annis ſubſecuta eſt generationem Iacob. Erat enim Iſmael quatuordecim annis natu, quam Iſaac. Vixit Iſmael centum triginta ſeptem annos. De Iſmaele vero quia progenies eius non pertinebat ad populum Dei, ideo ſatis fuit Moyſi oſtendere in eo fuiſſe completam promiſſionem datam Abrahæ ſemen Iſmaelis multiplicatum iri: non ſolum multitudine, verum etiam nobilitate principum. Cur vero de Iacob tam multa, de Iſaac tam pauca ſcripſerit Moyſes; ad hoc reſpondendum eſt: Iacob totius populi Dei parens eſt: habuit enim duodecim filios, è quibus duodecim tribus ortæ ſunt: itaque hac ratione potius fuit Iacob Patriarcha, quam Iſaac. Deinde varios, & inſignes caſus Iacob, tam ſecundos, quam aduerſos pertranſiuit, in quibus magna experimenta, & exempla eluxerunt; multis viſionibus quas ipſe habuit, valde honoratus, & nobilitatus fuit. Quare Moyſes maiorem nempe occaſionem habuit de eo ſcribere, minorem vero de Iſaac mentionem

tionem facere. Sic ex Pererio in præfatione capitis vigesimi- *Perer.*
quinti Genes. secundum vero sententiam illius non secundum verba. *Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis*, super ipsa verba Theodoretus quæstione septuagesimaquarta in Genesim, in hunc modum scripsit. *Theodoretus.* Volens Deus componere genus Israeliticum, ostendit illud non naturali successione, sed gratia, & fauore suo esse multiplicandum. Hanc autem prouidentiam adeptus est genus illud, quia Christus Dominus inde secundum carnem nasci debebat. Sic ille. Legitur in Sacris literis Saram, Rebeccam, Rachelem, matrem Samsonis, & Samuelis, Elisabeth quoque matrem Ioannis Baptistæ fuisse steriles: sed cur eæ sic fuerint steriles, nunc causam inquirimus: Chrysostomus homilia quadragesimanona in Genesim, sic inquit. *Exemplum sterilium feminarum. Chrys.* Exemplum istarum sterilium fœminarum valuit plurimum ad monendos consolandosque animos coniugum sterilium, vt nec viri propterea contemnerent vxores; nec mulieres iniquo animo ferrent sterilitatem suam: & paulo inferius in eodem loco ait ipse Chrysostomus. Non statim exauditus est Isaac, nec assecutus quod optabat: sed viginti annos perseuerauit orans, & deprecans Deum, & tunc denique assecutus est, quod optabat; & quibusdam interpositis, ait ille. *De uirtute orationis.* Vide orationis vim, quod & naturam ipsam superat. Sic Chrysostomus, scribit Moyses in hoc loco Deum propter preces Isaac dedisse conceptum Rebeccæ: verum futura proles erat Isaac a Deo promissa; omnino igitur futura erat, quoniam fidelis est Deus in promissis suis. Cur autem Isaac tantopere solicitus erat, & dubius de futura prole, & successione? ad hanc quæstionem sic respondet Thomas Anglicus in capitulo vigesimoquinto Genes. ita scribens: *Thomas Anglic.* Cur Isaac orauit pro fœcunditate vxoris cum sciret a Deo infallibiliter promissam sibi esse prolem? *Cur Isaac orauit pro fæcunditate uxoris.* Dicendum est quod Diuina promissio, & prædestinatio non euacuat orationes. Deus enim non promittit, aut prædestinat talia futura absolute, & nullo habito respectu ad aliud quidpiam: sed sub congruis conditionibus, & præsuppositis debitis dispositionibus: Prædestinat igitur Deus aliquem

finem,vel effectum,ſimul etiam prædeſtinans media,per quę ad talem finem poſſit perueniri, & diſponens cauſas ſecundas,per quas effectus ille produci debeat: inter iſtius modi autem media,aut cauſas ſunt orationes Sanctorum,& opera. Poſſet etiam dici, quod licet Iſaac eſſet certus ex diuina promiſſione ſe habiturum prolem,non tamen erat certus eam ſe prolem habiturum ex Rebecca:ex qua tamen ſuſcipere filios fragrantiſſime cupiebat; atque pro ea re Deo ſupplicauit,ſic

Tho. Thomas. Sanctus Thomas prima parte,quæſtione vigeſimatertia,articulo octauo,tractauit hanc quæſtionem,ex quo loco videtur Thomam Anglicum ſolutionem huius quæſtionis ab ipſo Beato Thoma accepiſſe. In eadem ſententia ſcri-

Greg. bit Beatus Gregorius in primo libro Dialogorum, capitulo octauo. Declarat ipſe prius quod ea quæ prædeſtinata non ſunt obtineri non poſſunt:& ea quæ ab ipſo Deo præordinata,& prædeſtinata fuere, vt electio Regni Cœleſtis ad ipſum Regnum per laborem poſtulando electi perueniant: Deinde claudendo, & ſigillando ſermonem ſuum, ſic ſcriptum reliquit. Ex quo aperte conſtat prædeſtinaſſe Deum multiplicare ſemen Abrahæ per Iſaac, & ſcriptum tamen eſt, deprecatum eſſe Iſaac Dominum pro vxore ſua, & exauditum eſſe a Deo, qui dedit conceptum Rebeccæ. Si ergo multiplicatio ſeminis Abrahæ per Iſaac prædeſtinata fuerat,cur Iſaac coniugem ſterilem accepit, quæ propter preces eius concepiſſe dicitur? Sed nimirum conſtat quia prædeſtinatio precibus impletur quando is per quem Deus multiplicare ſemen Abrahæ prædeſtinauerat oratione obtinuit, vt filios habere poſſet. Sic Beatus Gregorius. *Sed collidebantur in vtero eius paruuli, quæ ait: Si ſic mihi futurum erat quid neceſſe fuit concipere? perrexitque Rebecca, vt conſuleret Dominum, Geneſ. verſiculo vigeſimoſecundo:* Auguſtinus libro decimoſexto de Ciuitate Dei

Aug. capitulo trigeſimoquinto,verbum collidebantur legit geſtie-

Hier. bant. Sanctus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Geneſ. ſuper hunc locum exponit illud verbum ludebant,ſeu cal-

Caiet. citrabant. Caietanus vero inquit illud fuiſſe motum commotionis Infantium in vtero Rebeccæ moleſtiſſimum. An vero

ille

ille motus fuerit naturalis nec ne: Pererius super verba supra dicta libro de ortu, & rebus gestis Iacob, & Esau, numero decimoquarto, ait hoc esse factum diuinitus ad præfigurandum futuras discordias, & contentiones inter posteros Iacob, & Esau: probat argumentum esse verum a responso habito per Rebeccam de duobus filijs, quos illa gestabat in vtero procreandos, fore illos duos populos semper inuicem pugnantes, & certantes, quod videtur euenire filijs Dei, qui semper contendunt cum filijs, & ministris Diaboli. *Perrexitque vt consuleret Dominum*: Arbitror sensum illorum verborum, sic intelligendum esse; perrexit ad orandum Dominum, vt sibi faceret misericordiam, & illustraret eius mentem, vt intelligere posset, quid hoc vellet significare. Oleaster super ea re sic scribit. Putarem iuisse Rebeccam ad sacrificium offerendum Domino, & ibidem responsum accepisse a Domino, sicut fecit Abraham. Sic ille. Chrysostomus homilia quinquagesima in Genes. sic exponit verba prænarrata. Quid est quod ait: Perrexit vt consuleret Dominum? nimirum cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad Sacerdotem Dei ministrum, per quem latentium scientiam volebat discere: Et enarrans omnia, quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia misericorde Deo per Sacerdotis linguam detegentem ei omnia manifeste, & alacriorem eam redentem. Sic ille. Putauit Pererius in eodem loco numero decimonono. Rebeccam secessisse in locum aliquem abditum, vbi in preces effusa Diuinum responsum accepisset, vel in somno, vel in vigilia, aut per vocem cœlitus editam, vel per Angelum quempiam figura humana cum eo loquentem. Sic ex ipso Auctore. Qui quidem tertia disputatione loco superius citato super modos consulendi Deum apud Hebræos ante aduentum Saluatoris scripsit quatuor esse modos Hebræorum consulendi Deum: primus per Prophetas, vt videtur in primo libro Regum, capitulo nono, vbi narratur historia Saulis euntis consultum Samuelem super Asinis quas amiserat. Alter erat modus consulendi Dominum per somnia in rebus grauissimis humano consilio, & prouidentia inexplicabilibus ieiunijs, & precibus adhibitis.

Perer.

De collisione Iacob, & Esau in vtero matris.

Oleaster

Chrys.

Perer.

Modi cōsulendi Deum.

adhibitis. Tertius modus consulendi Deum erat per sortes; quo modo vsus est Samuel in electione Regis Saulis; vt videtur primo Regum, capitulo decimo. Quartus modus nobilissimus magis frequentatus fiebat per Sacerdotes per applicationem Ephod. Erat enim Ephod vestis Pontificia, quod Latine dicitur superhumerale, habens lapides prætiosos, quæ tegebat humeros Pontificis; & in pectore habens pannum quendam duplicatum vnius palmi, in quo erant duodecim lapides prætiosi, singuli habentes nomina singulorum duodecim Patriarcharum. Dicebatur igitur Sacerdos applicare Ephod ad aliquem cum indutus Ephod accedebat ad eum, qui consulendi causa ipsum adibat: exemplum habetur in primo Regum capitulo vigesimotertio, & in capitulo trigesimo eiusdem libri: videtur Dauid Deum consuluisse, & Sacerdotem applicasse illi Ephod, vbi sic scriptum reperitur. *Et consuluit Dauid Dominum dicens: persequar latrunculos hos, & comprahendam eos an non? Dixitque ei Dominus, persequere, absque dubio enim comprahendes eos: & excuties prædam.* Quomodo autem per applicationem Ephod Deus tribueret responsa. Respondit ipse auctor duplici modo id fieri consueuisse, vno modo vt Pontifex Sacra illa veste ornatus cum consulebatur diuino afflaretur Spiritu Prophetiæ reuelantis sibi, quæ consulentibus respondere debebat. Altero modo fiebat per nouum atque insolitum splendorem emanantem ex pretiosis lapidibus, quos gerebat Pontifex, quo fulgore faustus suscepti; vel suscipiendi negotij exitus, & successus portendebatur. Iosephus libro Antiquitatum tertio scribens de admirabili fulgore lapidum, qui erant in rationali, sic inquit. Per duodecim gemmas, quas in pectore Pontifex insutas Esseni, idest rationali gestabat, in bello victoriam prænunciare Deus solebat. Nam priusquam exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facile innotesceret, adesse Deum, opemque, & auxilium suum inuocantibus esse laturum. Sic ille. *Qui respondens ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori, versiculo vigesimotertio.* Beatus Augustinus

De Ephod, et applicatione illius.

Ioseph. De miro fulgore lapidum stante in rationali tempore victoria.

ſtinus in ſermone ſeptuageſimo octauo, ſic exponit locum illum allegoricè: ex vno ſemine Iſaac, Eſau naſcitur, & Iacob: Sic de vno Baptiſmatis Chriſti, & Eccleſiæ vtero procreatur populus Chriſtianus: qui tamen pro morum diuerſitate, ſicut Eſau, & Iacob in duas partes diuiditur; cum ex fructibus operum vna pars cognoſcatur eſſe carnalis, altera ſpiritualis. Et quemadmodum illi duo paruuli in vtero Rebeccæ, ſic & iſti populi in ventre Eccleſiæ, vſque in diem iudicij colliduntur, dum improbi perpetuo inſectantur bonos, & quantum poſſunt lædere conantur. Et populus quidem improborum, recte dici poteſt maior, quia ſemper maior eſt numerus malorum; & vt (ſcriptum inquit) ſtultorum infinitus eſt numerus: ſed quomodo mali ſeruiunt bonis, cum dominari potius eis videantur? ad eundem nempe modum, quo limæ, & mallei ſeruiunt auro, & molæ ſeruiunt tritico, & panibus coquendis, & conficiendis furnalia: Et quemadmodum in fornace Aurificis, palea ſeruit auro, vbi ſine dubio palea conſumitur, & aurum probatur: Non ergo glorientur nec ſe extollant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiſerint, quia cum illos perſequuntur in corpore, ſeipſos occidere probantur in mente, & quibus nocere proſunt plurimum, ſibi autem ipſi maxime nocent. Sic Beatus Auguſtinus.

Aug.

Allegoria de Eſau, & Iacob, et quomodo bonis ſeruiant mali.

DE

DE MIRO ESAV, ET Iacob conceptu, & partu.

Cadut Vigesimum.

T nunc dicendum est de dilectione Dei erga Iacob,& quomodo Deus magis dilexit Iacob, quam Esau; Primum signum fuit dilectionis Dei erga Iacob, Quod ius primogenituræ naturaliter debitum Esau, id temporis magni honoris, & vtilitatis Deus transtulerit ad Iacob: quo factum est, vt Esau maior seruituti minoris subijceretur. Alterum signum fuit, quod Iacob progeniem Deus multo potentiorem fecit, quã Esau; imo vero posteros Esau seruire fecit posteris Iacob. Tertium signum, quod ipse Iacob assignauit possessionem fertilioris terræ. Quartum signum,quod ex semine Iacob generari voluit Messiam filium suum Saluatorem mundi Regem Regum. Causa autem dilectionis Dei erga Iacob nulla alia fuit nisi propositum,& voluntas Dei qua decreuerat honorare Iacob præ Esau:nec vero Iacob ob præuisa eius merita futura electum esse a Deo, sed secundum electionem Dei hoc esse factum manifestum est ex Epistola Beati Pauli ad Ephesios, sic scribentis: *elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in ad optionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis suæ.* Sic ex Perèrio quinta disputatione super tractatu Esau,& Iacob. Qui quidem ait electionem Iacob,& reprobationem Esau fuisse signum electionis Iacob ad vitam æternam,Esau quoque damnationis æternę, Allegorica vero interpretatione fuisse illud signum diuinæ electionis gentium ad gratiam Euangelicam, reprobationis vero Iudæorum. Verum vnde Beatus Paulus cognouit illum electionem Iacob,& reprobationem Esau quantum ad bona

Paulus Apost.

Perer.

Allegorica interpretatio.

tempora-

temporalia figuram fuisse electionis, & reprobationis, tam ipsorum illorum fratrum, quam aliorum electorum, & reproborum, inquit ipse auctor, hoc eum accepisse ex antiqua traditione Hebræorum, aut pernotuisse id Beato Paulo ex Diuina reuelatione: nam cum electus ipse, & constitutus esset a Deo maximus Ecclesiæ Doctor, minime dubitandum est; quin perfecta Scripturarum intelligentia, tam historica, quam mystica fuerit ei diuinitus inspirata: sed id constare potest, hunc, aut illum sensum mysticum esse intentum a Spiritu Sancto; potest nempe id exploratum esse duobus modis: primo auctoritate Sacrorum Scriptorum noui testamenti, qui secundum mysticum sensum Ecclesiæ tradiderunt: talis est sensus mysticus secundum quem Matthæus capitulo secundo, & illud Oseæ, *ex Aegypto vocaui filium meum*, & illud Hieremiæ, capitulo trigesimoprimo: *vox in Rhama audita est*, Altero modo solum probabiliter. An vero sensus mysticus præferendus sit historico, ac literali sensui: respondetur historicum sensum ratione necessitatis esse præferendum, ratione vero dignitatis, atque vtilitatis, mysticum esse anteponendum. Sic ex ipso Auctore. *Qui primus egressus est rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esau, versiculo vigesimoquinto.* Esau fuit hispidus, siue pilosus, colore rufus, aut rubeus. Aristoteles libro tertio de Historia animalium declarat in homine piloso copiam indicare excrementi, ob eam rem pilosos homines esse libidinosiores, & seminis copiosiores, quam sint leues. Oleaster inquit vox Esau sonat factum, quasi factus, & adultus homo ferens secum pilos nominatur Esau quoque. Edon ab edulio rufolenti pro quo vendidit primogenita sua: Seir quoque appellatus est, quod significat pilosum. Sic prodidit Beatus Hieronymus in primo capitulo Abdiæ. *Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac cum nati sunt ei paruuli, versiculo vigesimosexto.* Secundum naturam hominis partus fit in caput, inquit Aristoteles contra naturam est procedere in pedes, vt dicunt Neronem esse natum. Iacob appellatus est supplantator eo quod planta pe-

Paulus Apost. *Quomodo Paulus cognouit reprobationem & electionem Esau, & Iacob.* *Matth. c. 2.* *Hier. c. 31.* *An sensus mysticus præferendus sit historico.* *Arist.* *Oleaster* *De nomine Esau.* *Hier.* *Arist.* *De nomine Iacob*

ta pedis tenuit Esau impediendo eum ne quid agat. Altero modo significat Iacob metaphorice supplantare, idest decipere. Verum nomen illi impositum Iacob fuit, quia manum sub planta pedis Esau tenebat. *Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo Agricola, versiculo decimo septimo.* Vox venatoris in malam partem fere in Scripturis assumi solet, vt de Nemrod dicitur fuisse robustum venatorem. Beatus Gregorius libro quinto Moralium ait, quid autem per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? qui etiam Agricola esse scribitur, quia amatores huius sæculi; tanto magis exteriora colunt, quanto magis interiora sua inculta derelinquunt. Sic ille. At ex aduerso Pererius libro de ortu, & rebus gestis Iacob, & Esau super illa verba superius narrata inquit, studium venandi per se malum non esse, & ob id non fuisse culpabilem Esau: Quoniam si malum fuisset, Isaac vir nempe Sanctus non impulisset Esau ad exercitium venandi, vt videtur infra capitulo vigesimoseptimo, Isaac dixisse Esau: *Sume arma tua pharetram, & Arcum, & egredere fora s cumque venatum aliquid appræhenderis fac mihi inde pulmentum.* Similiter sentit ipse auctor de Agricultura, quippe qui eam laudat, & approbat; & auctoritate sapientis sic de ea scribentis affert sententiam illius Ecclesiastici septimi. *Laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo non oderis.* Ioannes quoque capitulo decimoquinto ait, *Pater meus Agricola est.* Non igitur quia Esau improbus fuit studium venandi, & Agri colendi, in quo ille versatus est, crimini, aut vitio imputari debet, sic ex ipso auctore *Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis: Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus eius vescebatur: & Rebecca diligebat Iacob, versiculo vigesimo octauo.* Caietanus interpretatus est vocem simplex, idest perfectus: Iacob autem habitasse in tabernaculis secundum Lyranum, & Tostatum, ex opinione Hebræorum hoc est domesticis officijs, & culturæ animi sui vacasse: præsertim nomine tabernaculorum significabantur Scolarum loca, quæ frequentabat Iacob addiscens sapientiam, & Dei timorem: Esau dilectus erat a Patre, eo quod de venatio-

Greg.

Perer.

Studiũ venationis, & agriculturę per se non esse culpabilem.

Eccl. 7.

Ioan.

Caiet.

venationibus eius edebat, quæ causa dilectionis valde exilis, & leuis erat: Rebecca autem diligebat Iacob, quia valde amabilis erat, quietus, mitis ingenio, animo simplex, modestus, & ad omnium virtutum studia deditissimus, summam reuerentiam erga parentes, & pietatem erga Deum ferebat. Sic ex Pererio loco superius citato *Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum venisset Esau de Agro lassus ait: Da mihi de coctione hac Ruffa, quia oppido lassus sum; Quam ob causam vocatum est nomen ei Edom, versiculo vigesimonono, & trigesimo.* Elianus declarans frugalitatem victus priscarum gentium libro tertio de varia historia sic inquit, Arcades Glandibus vesci consueuerunt; Argiui pomis, quæ Appia dicuntur: Athenienses ficubus: Tirintij syluestribus pyris: Indi Arundinibus: Caomani palmis: Milio Meotæ, & Sauromatæ: Terebintho, & Nastrutio Persæ. Sic ille. Sanctus Augustinus super Psalmum quadragesimumsextum, inquit pulmentum quod Iacob coxerat fuisse lentis Ægyptiacæ. Sequitur. *Cui dixit Iacob: vende mihi primogenita tua, At ille respondit, en morior, quid mihi proderunt primogenita? ait Iacob. Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita: & sic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, parui pendens quod primogenita vendidisset, versiculo trigesimotertio, trigesimoquarto.* Caietanus explicans quæstionem a Beato Thoma citatam super secunda secundæ, an peccauerit Iacob inducens Esau pro tam parua, & re vili, vt fuit edulum lenticulæ ad sibi vendendum ius primogenituræ, quod erat magni prætij, & momenti illis temporibus: abutendo fratris sui indigentia, & necessitate, fame affecti, ac ingenti lassitudine oppressi: respondet ipse Caietanus dicens. Non ergo Iacob induxit Esau ad peccandum, qui reuera occupator erat primogenituræ, & ob id erat vexator, & tenebatur renunciare, quia tenebatur obedire diuinæ ordinationi. Sic Caietanus sub fine illius disputationis ex articulo quarto, quæstione centesima. In eadem sententia videtur fuisse Lippomanus in Catena super eundem locum. Verumne ante legem Moysis, & post Diluuium omnes primogeniti fuissent insigniti officio Sacerdotali necne? super hanc rem

De uirtutibus Iacob.

Elianus de priscorum frugalitate.

Aug.

Caiet.

Lippoman.

An vero ante legem primogeniti fuerũt decorati officio sacerdotali.

Caiet.

Oleaster

Hier.

dubitauit Caietanus. Negauit Oleaster. At ex aduerso videtur fuisse opinionem communem Doctorum omnes primogenitos fuisse Sacerdotes ante legem datam ait Pererius in octaua disputatione super verbum, *vēde mihi primogenita tua* numero vigesimoseptimo libro superius citato. Hebræorum quoque talis fuit sententia, sic asserente Beato Hieronymo in Epistola, quam scripsit ad Euagrium centesima uigesima sexta, & Beatus Gregorius libro trigesimo Moralium recenset quinque modos peccandi secundum gulam, qui sunt commemorati ab ipso. Verba Sancti Gregorij sunt hæc sequentia. Sciendum est, ait ille, quia quinque nos gulæ vitia tentant. Aliquando indigentia tempora præuenit: aliquando cibos lautiores quærit: aliquando quæ sumenda sunt præparari accuratius expetit: in ipsa quantitate interdum cibi sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Sic Gregorius. Putauit Pererius Esau commisisse peccatum vecordiæ in vendendo primogenita ob edelium lenticulæ: Simoniæ quoque vendendo rem Sacram: idest Sacerdotium eo tempore annexum primogenituræ: peccatum quoque impœnitentiæ, & obstinationis perpetrasse. Sic plerumque mali videntur excellere naturalibus donis ingenij, memoriæ, prudentiæ, nobilitatis, sanitatis, roboris, pulchritudinis, & ab hominibus præcipue coli, & honorari; coram Deo autem ingloriosos, & ignobiles, & abiectos esse. Prior egressus est Esau ex vtero, sed Iacob egrediens eius calcaneum appræhensum tenebat. Reproborum priora sunt læta, & prospera: extrema, & nouissima luctuosa, & funesta, & sempiternæ miseriæ. Quod esset pilosus, & hispidus denotat viperos eius mores, ferocem, mimum, astutum ingenium, & libidinosum: Ars venationis, & agriculturæ præsignabant studia, & curas illorum, qui amatores sunt temporalium bonorum. In venditione primogenituræ Esau paruipendentis illam venditionem declaratur, quod reprobi amissionem diuinæ gratiæ, & cœlestis gloriæ pro nihilo ducunt. Esau vero ducens vxores Chananæas offendens parentes eius, declaratur, quod sic mali Christiani ardentissimo amore copulatis bonis terrenis Deum grauiter offen-

Modi peccādi per gulam.

Perer. Peccata ab Esau commissa.

De excellētia malorū hominū.

De reprobōrum prīcipio & exitu.

Quid denotat Esau pilosū esse.

offendunt, & Sanctam Ecclesiam contristant. Denique Esau cognitis malis suis ingemuit, fleuit, pœnituit, sed irrita inualida pœnitentia fuit. Isaac vero diligebat Esau non simpliciter, sed secundum quid, quia de eius venatione vescebatur, sic reprobi diligendi sunt secundum quod aliqua bona temporalia hominibus afferunt: At electi, & Sancti, vt magni sunt coram Deo, ita simpliciter amandi, & honorandi sunt. Et sic finem faciemus presenti libro.

†

FINIS LIBRI QVINTI.



GALEA-



GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM ſuper Geneſim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER SEXTVS.

DE PROFECTIONE ISAAC OB famem ex terra Chanaan in Ciuitatem Gerarem ad Regem Abimelech, & de proſperitate illius dum ibi peregrinaretur.

Caput Primum.



Rta autem fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem, quæ acciderat in diebus Abreham, abijt Iſaac ad Abimelech regem Paleſtinorum in Gerara. Apparuit quem e Dominus, & ait, ne deſcendas in Aegyptum, ſed quieſce in terra quam dixero tibi: & peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has: complens iuramentum quod ſpopondi Abra-

Abraham patri tuo, Genes. capitulo vigesimosexto, versiculo primo, secundo, tertio, quarto. Putauit Beatus Augustinus in quæstione septuagesimaquinta in Genes. hæc, quæ narrata sunt à Moyse in hoc capite, non in suo loco narrari. At videtur ab alijs Scriptoribus, vt Remigio & Tostato fundamentum Beati Augustin esse infirmum, quoniam sumit ille pro certo Regem Abimelech eundem fuisse illum, qui nominatur Genes. trigesimoprimo capitulo, sed cum appareat communem esse nomen illud Regibus Palestinæ, nulla ratio vetat credere historiam huius capitis esse narratam in loco, & non per recapitulationem, hoc autem citatum est à Pererio in præfatione eius commentariorum super caput vigesimumsextum, Gen. fames autem quæ dicitur orta esse in terra putanda est de terra Chanaan: & quod habitaret Isaac iuxta puteum videntis & viuentis, quando contigit hęc fames in terra illa: ætas vero Isaac cum profectus est Gerarem septuagintaquinque annorum erat. Cur autem voluerit Isaac potius petere vrbem Gerarem, quam Ægyptum vbi maxima eius terræ fertilitas abundabat: ad hoc respondet Pererius loco superius citato hoc fecisse Isaac, quia commodius, & breuius iter per terram Philistinorum erat quam in Ægyptum. At ego arbitror hoc eum fecisse visu & monitu oraculi Dei, contra quem ei non videbatur esse contradicendum. *Ne descendas in Aegyptum.* Theodoretus in quæstione septuagesimasexta in Genes. de ea re sic scripsit; per omnia Deus demonstrat sapientiam, ac prouidentiam suam. Etenim permisit Abraham ex Chananæa propter famem ire in Ægyptum; non quod eum illic non posset alere, sed vt Ægyptijs ostenderet viri pietatem & religionem eosque prouocaret ad imitandam eius virtutem, filium autem illa ire prohibuit; eique rerum necessariarum copiam in terra sterili suppeditauit demonstrans vtique, quod hæc patri largiri potuisset, quę filio abundè prębuit; Cum enim eius regionis incolę in summa inopia & rerum necessariarum penuria versarentur, & terra nihil produceret multiplicem illuc fructu accepit, sic Theodoretus. Nonnulli putarunt tres illos viros & Patriar-

Aug. *Remigi.* *Tostatus.* *Perer.* *Theodoretus.* *De Abrahā.*

chas

Iſaac, Iacob, & eorum virtutibus. chas Abraham, Iſaac, & Iacob fuiſſe virtutum præſtantia meritoque pares; Abraham ſecundum fidem & obediētiam; Iſaac ſecundum puritatem animi, atque innocentiam; Iacob autem ſecundum patientiam & conſtantiam. *Manſit itaque Iſaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: ſoror mea eſt: timuerat enim confiteri quod ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.* Iſaac vſus eſt artificio illius diſſimulationis ob maximum vitæ periculum, exemplo patris ſui confirmatus: qui ſimili periculo ſimilem diſſimulationem apposuerat feliciter ei omnibus ſuccedentibus. Sed an peccauerit Iſaac tali diſſimulatione pro euitando periculo perdendæ pudicitiæ vxoris & occaſionem præbens Philiſtęis in adulterium dilabendi; nihil ſuper hanc rem dicemus, cum in ſimili facto Abrahæ ſatis dictum fuerit à nobis ſuper caput duodecimum Geneſ. *Proſpiciens Abimelech Rex Philiſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua. Et accerſito eo, ait: Perſpicuum eſt quod vxor tua ſit; cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? verſiculo octauo, & nono.* *Perer.* Putauit Pererius ſuper illa verba *vidit eum iocantem cum Rebecca,* ludum hunc Iſaac fuiſſe blanditias, ſcilicet amplexando, & oſculando Rebeccam, quod à marito poteſt hoc actum eſſe, verum etiam ſine turpitudine, recreandi animi gratia. *Elianus.* Elianus libro duodecimo, de varia Hiſtoria ſcripſit Herculem poſt illa nobiliſſima certamina, puerilibus ludis ſe recreaſſe. *Hercules.* *Ageſilaus.* Ageſilaus quoque Imperator in arundine equitabat cum filio puero. *Architas.* Architas Tarentinus magnus Philoſophus adminiſtrator Reip. ludebat cum liberis ſeruorum eius. *Stetit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum benedixitque ei Dominus.* *Chryſoſtomus.* Beatus Chryſoſtomus homilia quinquageſimaſecunda, in Gen. Conſidera, inquit, Dei ſapientiam, qui ab initio terræ virtutem dedit procreandi fruges: idem poſſit quouis tempore efficere, vt illa centuplices reddat pro ijs, quæ ſata ſunt, manipulos, tanta in affluentia conſtituit iuſtum Iſaac, vt nullius indigeret, quin etiam abundaret bonis, quorum alij penuria, & egeſtate præmebantur, vt inde omnes intelligerent

quanta

quanta Dei gratia iustus ille foueretur. Sic ille. Beatus Hieronymus super hunc locum Genesis in traditionibus hebraicis, *& inuenit in ipso anno centuplum*, super ista verba, sic inquit. Tacens autem scriptura genus frugum, quod centuplicauerit, videtur mihi cunctarum in illo virtutum ostendisse multiplicationem, ex quibus verbis Beatus Hieronymus videtur sensisse eam multiplicationem frugum à Deo factam fuisse, scilicet ex vno modio sementis centum modios datos esse Isaac. Nempe mirabile fuit hoc opus Dei, vt omnes indigerent in illa regione: solus autem Isaac locupletaretur. sequitur. *Et locupletatus est homo, & ibat proficiscens atque succrescens: donec magnus vehementer effectus est: habuitque possessiones ouium, & armentorum & familiæ plurimum, versiculo decimotertio, decimoquarto.* Videtur rem laudabilem esse hominem paulatim ditari: sicut per quosdam gradus, & spatia temporis ad multas diuitias ascendere, sed festinata opulentia inuidiosa, odiosa & culpabilis est. Nunquam vir iustus diues euasit cito; *Ob hoc inuidentes ei Palestini, omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham illo tempore obstruxerunt implentes humo Genes. versiculo decimoquinto.* Per hoc quod Palestini inuidentes bono Isaac obstruxerunt puteos constructos ab Abrahamo declaratur, quod maligni semper inuideant resistere destruereq; conantur omnes operationes viri virtuosi, & quod inuidia inimica sic virtutis. *Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es valde, & ille discedens vt veniret ad torrentem Gerarae habitaretque ibi, rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philesthijm: appellauitque eos iisdem nominibus, quibus ante pater vocauerat, versiculo decimosexto.* Beatus Chrysostomus homilia quinquagesimasecunda in Genes. inquit. Considera quanta illorum hominum fuerit malitia, qui aquas iusto viro inuiderunt: neque rex in tanta potestate constitutus inuidiam eorum coercere potuit. Sic ille. *Sed & ibi fuit iurgium Pastorum Geraræ aduersum pastores Isaac, dicentium nostra est aqua. Quamobrem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit calumniam: foderunt autem & alium & pro illo quo-*

Hier.

Festinatam opulentiam inuidiosam, & culpabilem esse.

Malignus & ruinidus semper viro virtuoso resistit.

Chrys.

Orig. Allegorica expositio.

que rixati sunt, appellauitque eum inimicitias, versiculo vigesimo, vigesimoprimo. Origenes exponens allegoricè verba Gen. superius narrata in hunc sensum scribit. Iudæos & hæreticos per Pastores illos, qui iurgati sunt cum pastoribus Isaac, intelligi debere: quippe qui super tractatu sacrarum literarum, & intelligentia aduersantur catholicis, & fidelibus Christi: dicentes nostra ista artis eruditio, nostra vt dialectica, nostra est Philosophia, nostra est eloquentia; Denique nostri sunt fratres istarum disciplinarum; & mouent lites nobis, vt Philisthijm aduersus Isaac. Verum ad ista nos respondemus: Nescitis fidem, pietatem, & religionem posse in hominibus inueniri? Quid vobis prodest eruditionem habere, & nescire vtiliter ea vti? & habere sermonem, & nescire vt expedit loqui? opus istud proprium est puerorum Isaac, qui in omni terra fodiunt puteos & reperiunt aquas viuas. Sic Orig. Pererius super illa verba libro de profectione Isaac ad Abimelech inquit Latinum interpretem calumniam interpretasse pro litigio. Septuaginta pro iniustitia, quia inique, & iniuste egerunt illa cum Isaac.

Perer.

Oleaster

Oleaster vero vocauit nomen putei occupationem.

†

DE

DE IVRAMENTO ET FOEDERE
inter Isaac & Abimelech. De effosso puteo à seruis Isaac, & de nomine eius.

Caput Secundum.



Scendit Isaac ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte dicens: ego sum Deus Abraham patris tui noli timere, quia ego tecum sum benedicam tibi: & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis vt foderent puteum, versiculo vigesimotertio, vigesimoquarto, vigesimoquinto. Chrysostomus homilia quinquagesimasecunda, in Genesim inquit noli terreri ego tecum sum: idcirco fieri hęc promitto, vt & meam virtutem declarem & manifestem mentis illorum prauitatem, sic ille. Cur vero dictus sit Deus Abraham, cum sit sane Deus communiter omnium, quæ in mundo sunt, ad hoc dicendum est quod singulariter vocatus est Deus Abraham ob admirabilem Dei curam & beneuolentiam in eo tuendo regendo, & amplissimis bonis cumulando, sic ex Pererio libro superius citato super verba *Ascendit Isaac*. Qui quidem inquit esse quatuor modos protectionis Diuinæ primum illuminando nos vt pericula & mala præcaueamus. Secundum malorum occasiones à nobis amouendo, ne in ea labamur. Tertium coercendo diabolum, ne per occultas insidias nos circunueniat, vel per graues tentationes non prosternat. Quartum ne in ipsis tentationibus diabolicis & humanis impertiendis animi robur succumbat: sed illis superatis ingentem auctum, & cœlestis gloriæ meritum capiamus, sic ex ipso auctore. *Ad quem locum cum venisset de Geraris Abimelech & Ochozath amicus il-*

Chrys.

Diuinæ ptectiones modi.

lius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. Quid venistis ad me hominem, quem odistis & expulistis à vobis? Qui responderunt, vidimus tecum esse Dominum & idcirco nos diximus, sit iuramentum inter nos, & ineamus fędus, vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, versiculo vigesimosexto, vigesimoseptimo, vigesimooctauo, vigesimonono. Gen. capitulo vigesimosexto, Rex Abimelech, & duces eius amicitiam Isaac expetentes ad illum properarunt, fędus cum eo inire cupientes: Timebant enim contra se iram Dei paratam esse ad damna illorum, nisi animum Isaac fortasse dolentem ob expulsionem illius non acquiescerent, sequitur. *Fecit ergo eis conuiuium, & post cibum & potum surgentes mane iurauerunt sibi mutuo, dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum.* Conuiuium ab antiquis consuetum erat fieri in reconciliandis animis hostium: aut si forte dubium esset, vt amicitiæ infirmæ fuissent hac occasione redeintegrarentur: & in pristinum redactæ fuissent: laudatur Iulius Cæsar Imp. Romanorum, qui Catullo Poetæ contra ipsum maledicentissimo suis versibus libenter ignouit: & eodem die ipsum ad cænam suam introduxit. Rectè igitur hoc factum fuit ab Isaac idest conuiuium in nocte iuramentum in mane: vt cognoscamus operationes magno fieri debere ante prandium de mane, vt orationes, meditationes, & alia similia: iuxta illud psalm. centesimiquadragesimisecundi. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam*, & psalmi vigesiminoni. *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Sic ex Pererio super verba superius narrata. *Ecce autem venerunt in ipso Die serui Isaac, annunciantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes inuenimus aquam: Vnde appellauit eum abundantiam: & nomen vrbi impositum est Bersabææ vsque in præsentem diem. Esau verò quadragenarius duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethæi & Basemath filiam Elon eiusdem loci: quæ ambæ offenderunt animum Isaac & Rebeccæ versiculo trigesimosecundo, trigesimotertio, trigesimoquarto, trigesimoquinto.* Quæstio orta est inter antiquos scriptores an ille puteus sit idem, quem Abraham illis in locis foderat, quoniam ille puteus

Exemplum Cæsaris Imper.

teus illis temporibus vocatus fuit puteus iuramenti: Nunc autem vocatus est puteus abundantiæ, propter hoc arbitrati sunt nonnulli, alium istum fuisse puteum. Caietanus putauit fuisse eundem puteum: sic vocatum propter iuramentum inter Abraham & Abimelech ibi factum; hic autem propter copiam aquæ ibi inuenta. Ducendo Esau vxores alienigenas offendit animos Isaac & Rebeccæ propter illas copulationes vxorum, ex quibus sanè pessimam generationem oriri agnoscebat. Quamobrem iustam causam habebā tegre ferre illas coniugationes. Rupertus commentarijs suis super Genes. super hoc loco inquit. In fine sæculi Christus Dominus ædificaturus est altare, & puteum fodiet, vbi ex illa aqua scripturarum omnes Iudæi scilicet & gentes bibituri sunt cum ipso Domino, fędus inibunt, & in regno patris sui Christus faciet conuiuium idest in cœlo, reddetque vnicuique secundum merita & opera illorum. Sic exposuit Rupertus allegoricè.

Caiet.

Expositio Allegorica. Rupert⁹

DE PATERNA BENEDICTIONE occupata à Iacob per habitus & verborum simulatiorem sine labe peccati.

Caput Tertium.

Enuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei fili mi? Qui respondit Adsum. cui pater: vides inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum & egredere foras; cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti; & affer; vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar: Agebat eo tempore Isaac ætatis annum centesimum trigesimum: [illegible]

mum: Iacob & Esau septuagesimum septimum, quo tempore euenerunt, quæ in hoc capite vigesimo septimo narrata sunt inquit Pererius libro de benedictione filiorum Isaac in præfatione eiusdem libri. Plinius libro septimo, capitulo quinquagesimo, de incomodis senum sic scriptum reliquit. Hebescunt enim sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus; dentes etiam, ac ciborum instrumenta deficiunt. Legitur in libro Deuter cum fuerit Moyses centum & viginti annorū quod non caligauerūt oculi eius, nec dentes eius moti sunt. Mira tradit Beatus Hieronymus de Paulo concordiensi in Epistola vigesimaprima, qui cum centenarius esset mente senex, cætera omnia iuuenis & robusti corporis habebat. Venatio animalium, vel aquatilium, vel volucrum, vel terrestrium, fit vel hamis, vel retibus, vel laqueis, vel visco, vel Ceruibus, vel proprijs viribus & armis. Venatio illa, quæ fit equis, canibus corporibus suis firmandæ valetudinis, & ad res militares, plurimum valet, sic prodidit Pererius super verba *sume arma tua*. Cur autem Isaac benedicturus filio Esau requisiuit ab eo prius cibum ex venatione: ad hoc respondet Beatus Gregorius homilia sexta, in Ezechielem sic scribens: Quid est quod Isaac de maioris filij sui venatione vesci concupiscit, nisi quod omnipotens Deus Iudaici populi bona operatione pasci desiderabat? Sed illo tardante minorem Rebecca supposuit: quia dum Iudaicus populus bona opera foris quærit, gentilem populum mater Græcia instruxit vt omnipotenti patri cibum boni operis offerret, benedictionemque maioris fratris acciperet. Sic ille. *Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur, quas cum intuleris, & comederit benedicat tibi priusquam moriatur, versiculo octauo Genes. capitulo vigesimoseptimo.* Sed cur iussit Rebecca Iacob duos afferre hędos cumque satis supererat ad cibatum senis non vnum hędum, sed mediam partem illius. Verum arbitror sic iussisse Rebeccam afferri duos hędos, vt aperte & commode posset cooperire manus Iacob, ne Isaac in tactu illarum cognosceret

Plin.
De incōmodis senum.
De arte venādi.
Greg.

ret

ret illum. Rupertus in libro septimo, commentariorum suorum exponens hunc locum secundum sensum allegoricum ait. Oportet eum, qui accedit ad gratiam benedictionis Christi professionem habere noui pariter ac veteris testamenti; & talis confessio cibus est Christi filij Dei. Sic ille. *Cui ille respondit. Nosti quod Esau frater meus pilosus sit homo, & ego lenis. Si ergo attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione, ad quem mater: in me sit, ait ista maledictio fili mi, versiculo vndecimo, duodecimo, decimotertio Genes. capitulo vigesimoseptimo.* Caietanus super hunc locum in commentarijs suis super Genes. sic inquit. Hinc clarè apparet bona intentio Iacob exequendi præceptum maternum, fulti diuina reuelatione facta olim matri de ipso præponendo fratri suo Esau. Itaque non animo fallendi patrem, sed animo assequendi Diuinum promissum, manifestat se attentaturum, quod mater iubebat. Sic Caietanus. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit, versiculo decimoquinto.* Refert Beatus Hieronymus expositionem allegoricam Hippoliti Martiris in Epistola centesimauigesimaquinta ad Damasum super hæc verba: quæ quidem expositio hæc est. Rebecca plena Spiritu sancto, quæ futura nouerat in Christo, ea meditabatur antea in filio suo Iacob. Vnde dixit ei: Vade ad gregem & affer mihi duos hædos optimos, præfigurans carneum Saluatoris aduentum, in quo eos maxime liberaret, qui peccatis tenerentur obnoxij: siquidem in omnibus scripturis hædi pro peccatoribus accipiũtur. Quod autem duos iubetur afferre duorum populorum significatur assumpto. Quod verò teneros, & bonos; dociles & innocentes animæ significantur. Vestes Esau, fides, & scripturæ sunt Hebræorum, quibus gentilium inductus est populus. Pelles quæ brachijs circundatæ sunt, peccata sunt vtriusque plebis, quæ Christus in extensione manuum Cruci secum pariter affixit. Sic ille. Verum an peccauerit Iacob simulando se esse Esau hoc modo, vt fallaciter benedictionem paternam

Rupert⁹ *Caiet.* *Expositio allegorica.* *Hier.* *Hippol. martyr.* *An peccauerit*

Iacob simulādo se esse Esau. nam præriperet: dicendum est, quod visus fuerit peccasse, quia visus est mendacio in simulatione illa. Nam inducere alios in errorem per fraudem peccatum est; hoc autem fecit Iacob, per quem deceptus est Isaac, Accepitque fraude benedictionem filio maiori ex aduerso Iacob in simulatione habitus Esau nihil peccasse, Communis patrum sententia est.

Tostat⁹. Tostatus in quęstione octaua, super hoc caput Genes. asserens simulationem hanc Iacob, de qua nunc tractamus, omni culpa fuisse liberam, in hunc modum scripsit. Talis fuit fraus & simulatio Iacob nempe diuinæ inspirationis: quia Rebecca à Spiritu sancto mota id suasit Iacob, & ad id faciendum eum impulit. Ergo licet Iacob dicendo se esse Esau peccauit venialiter, inducendo tamen sibi vestes Esau, & pelliculas hædinas, repræsentando eius pilositatem nullum admisit peccatum, neque enim ea cuiquam verè nocuit. Atque ea ratione quod suum erat consequi voluit. Non enim putandum est nocuisse fratri suo Esau; quia nihil ei, quod proprium eius esset abstulit, sed cuius non erat verus, & iustus possessor id sibi vendicauit, sic Tostatus; Cassianus disputatione eius de mendacio in collatione decimaseptima, demonstrat Iacob non contraxisse peccatum in excipienda benedictione paterna, sed ditatum esse hæreditate perpetua. Verba illius sunt hæc. Et tamen, non modo nullam pro his damnationem, aut repræhensionem Iacob Patriarcha contraxit, verum etiam perpetuæ benedictionis hæreditate ditatus est, sic ille.

Cassian.

Aug. Beatus Augustinus in libro de natura & gratia, quem scripsit contra Pelagianos ostendit neminem mortalium viuere in hac vita sine labe saltem peccati venialis, vnde hoc suffragatur illis, qui dicunt Iacob esse mentitum, sed negant peccasse, cum id fecit ex reuelatione & consilio Dei.

Aug. Verba Augustini sunt hæc. Excepta Sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Si omnes Sanctos, & Sanctas, cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare vtrum essent sine peccato; quantalibet essent sanctitatis excellentia vna voce clamarent; si dixerimus,

xerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis. Sic Augustinus. Eadem sententia fuit Concilij Tridentinum in Decreto de Iustificatione, capitulo vndecimo. Verum communis Doctorum, & Theologorum fuit sententia Iacob in supradictis verbis immunem, & liberum fuisse ab omni mendacio: Theodoretus quæstione octuagesima in Genesim, hisce verbis ostendit fuisse in eadem opinione. An non est visus Iacob mentiri, cum dixit; Ego sum Esau primogenitus tuus? Minime vero. Emerat enim ille priuilegia primogenituræ ab Esau. Vere igitur seipsum appellabat primogenitum. Sic ille. Augustinus quoque homilia sexta in Ezechielem accedit ad hanc opinionem, sic scribens: Iacob primogeniti benedictionem non per fraude surripuit, sed vt sibi debitam accepit, quam comedenti fratri data lentis mercede emerat. Sic Augustinus, Isidorus, Beda, & Rupertus fuerunt in eadem sententia. Thomas Anglicus in Commentarijs suis super hunc locum Genesis, ostendit verba hæc prolata a Iacob dicentia: Ego sum Esau filius tuus primogenitus, non fuisse mendacium; sed velatum mysterium, & profundum veritatis. Nam sicut Christus non est mentitus dicens in Matth. capitulo vndecimo, de Ioanne Baptista, ipse est Elias qui venturus est: Elias nomen non accipitur pro persona, sed pro conformi officio, & virtute: ita Iacob vere dixit se esse Esau non secundum personam, sed ob prærogatiuam iuris, & dignitatis primogenituræ sibi diuinitus traditæ etiam prius Sacramentali emptione promeritæ. Sic ille. Qui quidem ait nonnulli illusores Scripturæ dicere solent, Doctores nostros excusare a peccato, & mendacio, quos volunt, & quos item volunt accusare: cui calumniæ, sic ipse respondet. Etenim nihil sic dixisse, aut fecisse fallaciter loquendo, apparet ex multis. Et in eo maxime elucet hæc veritas, quod pater Iacob, vbi postmodum veritatem facti deprænhendit, non ei, vt timere poterat, est iratus, atque indignatus; nec datam ei benedictionem rescidit, sed magis eam confirmauit dicens: benedixitque ei, & erit benedictus, præsagium diuinitus factum, datum Dei

Theodoretus. *Aug.* *Isidor.* *Beda.* *Rupert.* *Thomas Anglicus.* *Quomodo Iacob vocatus sit Esau.*

Responsum Rebeccæ, quod minor frater prælatus esset maiori; simplicitatem Iacob, apparitionem Dei ipso Iacob multifariam, & promissum amplissimum ei datum, hæc omnia ostendunt, ab omni peccato, & mendacio vendicatum esse Iacob. Nec ipsum solum esse purgandum ab omni mendacio, & peccato, sed etiam & parentes eius Abraham, & Isaac tum ob dilectionem, quam ei Deus afferebat, tum ob multas illorum virorum virtutes, & prærogatiuas. Sic sensus locutionis Thomæ Anglici. Dixitque Isaac: *Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Genes. versiculo vigesimoprimo, vigesimosecundo, vigesimotertio, capitulo vigesimoseptimo.* Causa vero cur Isaac fuit ita solicitus, & anxietate plenus in explorando, an ille esset Esau, nulla alia fuit, nisi suspicio, quæ illi acciderat ob vocem Iacob simulantis esse Esau, & ob celerem cibatum ei appositum. Quapropter metuens ille, ne aliqua fraus ei propositum esset in eripiendo ab eo iniuste benedictionem. Ideo sic anxius fuit in percunctando quis esset Iacob, qui petijt ab eo benedictionem. At cur Isaac tactus maxime iudicio explorare voluit, an ille esset Esau, respondet Pererius super hunc ipsum locum libro de benedictionibus filiorum Isaac, causam eius rei fuisse, quia deficiente Isaac sensu visus, nec multum pollebat auditu. Ideo vsus est sensu tactus, vt potiore omnibus alijs sensibus præter visum ad certificationem rei. Damasus Papa petijt a Beato Hieronymo, cur passus sit Deus decipi Isaac circa benedictionem Iacob, in Epistola numero centesimouigesimoquarto, quam scripsit ad ipsum Beatum Hieronymum, cui ipse respondet, id contigisse non soli Isaac, sed alijs sanctissimis viris, vt multa nescirent, quid significare vellent, errorem verò Isaac fuisse illi vtilem, & Domui eius. Verum cur Deus voluit vt Iacob per deceptionem patris, benedictionem eius obtineret: & non potius voluntatem suam Isaac declararet, vt manifeste acciperet benedictionem

Perer.

Visus et Tactus potiores alijs sensibus.

Damasus.

Cur passus sit Deus Isaac deceptum esse.

ctionem paternam, sciente hoc Isaac & Esau. Ad hoc dicendum est incomprehensibilia esse iudicia Dei, neminemque posse comprehendere sensum eius: Pererius loco superius citato afferens huius rationem sic inquit. Si Esau vidisset se à patre suo sciente & volente priuatum fuisse benedictione, aut hoc intellexisset esse factum ex sciẽtia & Voluntate Dei, vt homo superbo ingenio vehementius incitaretur aduersus Deum & parentem. *Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, versiculo vigesimoseptimo.* Pererius super ipsa verba Genes. inquit fuisse morem apud antiquas personas dignitate præcellentes præciosas gerere vestes, optimisq; odoribus fragrantes, vt videtur quarto Cantic. *Odor vestimentorum tuorum sicut odor Thuris.* Quod etiam legitur apud Homerum Calypso induisse vestibus Vlyssem fragrantibus odoribus, qualia gestare solebant sacrificantes Dijs. Sic ex ipso auctore. Beatus Hieronymus super verbis Amos capitulo primo, declarat naturale esse, vt omnes artifices loquantur suæ artis exemplis; & vnusquisque in quo studio triuit ætatem illius similitudinis exemplo proferat. Vnde sic comparanti Isaac vestimenta simulati filij ad odorem agrorum plenium profert exemplum, & similitudinem suæ artis & studij, in quo versatus est. Beatus Gregorius exponens secundum allegoricam intelligentiam agrum istum odoriferum, comparat eum ad multas arbores nascentes in ipso, quæ quidem arbores, & plantæ sunt in ecclesia varia genera hominum, qui laborant in vinea domini: vt vuæ Prędicatores, qui inebriant mentes audientium. Oliuæ opera misericordiæ: Rosæ martires sunt, flores lilij incorruptę virginitates, Violæ humiltates sanctorum. Spicæ perfectiones bonorum operum, & omnia hæc bona habent viri sancti ab illo, cui benedixit Dominus. Diuus Ambrosius libro secundo De Iacob & vita beata, capitulo primo, sic exponit hunc locum Genesis allegorica interpretatione. Erat enim Iacob perfectus in omni flore virtutum & sacræ benedictionis, atque cœlestis beatitudinis redolebat gratiam. Ipse enim ager

Perer.

Cant.

Homerus.

Hieronymus.

Natura le homini vt exemplis suę artis loquatur.

Greg.

Allegorica expositio Gregorij pulcherrima.

Amb.

est quem benedixit Dominus, non ager terrenus, qui sæpe horridus est siluis, aut fragrosus torrentibus, aut palustris pigrioribus aquis, aut ieiunus frumentis, aut inutilis vitibus, aut infęcunda glarea saxosus aut hiulcus, & aridus siccitate, aut nimium aquis madidus, aut lentibus incultus. Sic Beatus Ambrosius. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantia frumenti, & vini, & olei, & seruiant tibi populi; & adorent te tribus: esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ: Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur &c. versiculo vigesimooctauo, usque ad trigesimũ.* In benedictione Isaac promissa Iacob quatuor bonorum genera declarantur. Primum copia terrenorum bonorum. Secundum imperium in gentes & populos. Tertium præstantia cuiusdam dominationis super alios fratres. Quartum comprehendit bonum, quod pertinet ad prosperitatem, & gloriam Iacob. Cur vero Isaac de solo rore mentionem fecit dicens, Deus det tibi de rore cæli, nullum verbum faciens de imbre, niue, & calore cęlesti. Nempe videtur imbrem, & niuem esse germinationis terræ sicut inquit Esaias, capitulo quinquagesimoquinto. Ad hanc quæstionem respondit Pererius super illa verba Genes. loco superius citato: dicens, Ros enim leuiter è cœlo cadens nunquam suo lapsu lędit ea, quæ de terra nascuntur: At vero imbres, & nimio impetum ruuentes venti, nimiaque copia niues, & prætermodum ardens Solis calor lędunt ea, quæ de terra nascuntur, sic auctor ille. Beatus Augustinus libro decimosexto, de Ciuitate Dei capitulo trigesimoseptimo, inquit Benedictio Iacob, benedictio Christi est in omnibus gentibus. Rupertus libro septimo Commentariorum suorum in Genes. capitulo decimoseptimo, sic exponit primam partem benedictionis Isaac in hunc modum scribens. Est rationali creaturæ ros cœli, non aliud nisi gratia Spiritus sancti; quæ peccata remittit: Pinguedo autem terræ, vel abundantia frumenti & vini est adoptatio sensus ad intelligenda, quæ latent in scripturis misteria regni Dei, illic enim latet granum frumenti quod cadens in terram mor-

In benedictione Iacob quatuor genera bonorũ declarãtur.

Esaias.

Perer.

Aug.

Rupert.

mortuum fuit, & multum fructum attulit: Est vinum quod lætificat cor hominis: & oleum in quo facies illarescit. Sic Beatus Augustinus. *Expauit Isaac stupore vehementi: & vltra quam credi potest admirans ait: Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei & erit benedictus, versiculo trigesimo tertio.* Putauit Beatus Augustinus libro decimosexto, de Ciuitate Dei, capitulo trigesimoseptimo, pauorem sensus Isaac pro benedictione data Iacob fuisse quandam alienationem mentis, quæ dicitur estasis, & in ipsa estasi factam esse illi spiritualem admonitionem, vt confirmaret benedictionem filio minori: & ideo deuitasse indignationem, & confirmasse benedictionem. Caietanus in commentarijs suis super hunc locum sic scripsit. Pro illo expauit Isaac stupore vehementi iuxta Hebræum est, tremuit Isaac tremitu magno valde. Non erat sanè ratio timendi, aut tremendi, sed admirandi potius & irascendi secundum causas naturales, & humanas, quo circa pauor, ac tremor tam magnus ac repentinus fuit diuinitus. Sic Caietanus. *Venit germanus tuus fraudolenter, & accepit benedictionem, versiculo trigesimoquarto.* Lippomanus in Catena super hunc locum Genes. scripsit in hac sententia super voce fraudis, verba Lippomani sunt hæc: Distinguere oportet triplicem fraudem; vnam eruditionis, qua Ioseph Scyphum suum poni iussit in sacco Beniamin: Alteram inspirationis Diuinæ, qua filij Israel mutuati sunt ab Ægyptijs vasa aurea, ac tali Iacob vsus est cum patre suo Isaac, tertiam noxiæ deceptionis, qua propheta Bethel decepit virum Dei de Iuda, vt secum comederet & hæc vitiosa est non autem priores duæ, sic ille. Rupertus libro Commentariorum in Genes. capitulo octauo, rationem reddens. Cur talis benedictio paterna tantopere a filijs exoptaretur: & an non simpliciter efficax, & potens esset benedictio prima, quam secunda, suam opinionem in hunc modum declarat sanè profusiorem, quam ego breuitatis causa in paucis restringam. Quomodo igitur, inquit ille, illis diuisis communicari poterat vnum semen, quod est Christus? ille

Aug.

Caiet.

Lippomanus.

De fraude.

Rupert⁹

Cur benedictio paterna tantopere à filijs exoptaretur.

ille quippe vnus est, & non in diuisione, sed in vnitate est: oportebat igitur alterum alteri præferri: & prælatus est, quem Deus commendauit, non quem caro & sanguis commendare voluit secundum naturale ius primogeniti. Sic ille. *Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum: in pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua, versiculo trigesimonono.* Hic magnus eiulatus, & fletus Esau sanè credibilis est contigisse illi pro vehementi dolore animi; agnoscebat enim ex amissione paternæ benedictionis perdidisse ius primogenituræ, quæ illis temporibus maximè pollebat. Quod si notum illi fuisset in illa præfiguratione paternæ benedictionis quantum iuris amisisset in regno cęlesti, non tantum ille, sed etiam posteri eius per futuram vitam illorum, nempe occasionem habuisset effundendi maiores lachrymas: ac dolendi magis, atque magis sine vlla intermissione. Beatus Thomas libro Genes. capitulo vigesimo septimo, declarans hunc locum ait, Esau pęnituisse, non quia vendiderat primogenita; sed quia perdiderat ea: vndè non dolebat de peccato venditionis, sed de damno perditionis: & sic eum non pęnituit propter amorem iustitiæ, sed propter timorem pœnæ, quod proprium est damnatorum in inferno: illi autem non pęnitent in inferno de peccatis commissis, sed quia exclusi sunt ex regno cælesti. *Viues in gladio & fratri tuo seruies. tempusque veniet, cum excutias, & soluas iugum eius de ceruicibus tuis, versiculo quadragesimo.* Hoc vaticinium Isaac non fuit completum in duobus illis fratribus Iacob & Esau, sed in eorum posteris: regnante enim Dauid Idumęi subiecti sunt imperio Hebræorum, & in ea seruitute permanserunt annis plus centum quinquaginta vsq; ad Ioram Regem Iudæ, sic enim scriptum est libro secundo Regum capitulo octauo. *Posuit in Idumęa custodes, statuitque præsidium: & facta est vniuersa Idumęa seruiens Dauid.* Sic inquit Pererius libro superius citato super illa verba, *viues in gladio.* Beatus Ambrosius libro secundo, de Iacob, & vita Beata capitulo tertio, super hunc locum sic scriptum reliquit. Intemperanti præfecit sobrium, & prudenti insipientem,

Thomas

2. Reg.

Amb.

tem statuit obedire, quia insipiens non potest voluntarius esse discipulus virtutis, nec perseuerare in studio, quoniam stultus sicut Luna mutatur, sic ille. Tempus superius prædictum de liberatione Esau à iugo & seruitute Iacob: id factum est cum Herodes regnauit in Iudęa: fuit enim ille patre Antipatro Idumęo genitus: & sic posteri eius Idumæis dominati sunt vsque ad excidium Hierosolymitanum à Tito Imperatore factum per annos scilicet centum quinquaginta. Sic inquit Pererius loco superius citato. *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione quam benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* Auctor prænominatus inquit super hũc locum Genes. non esse ausum Esau occidere fratrem viuente patre perhorrentẽ maledictionem eius, ne per illum fratricidium si commisisset, pater ei tribueret maledictionem quam dicimus. *Nunciata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vocans Iacob filium suum dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te. Nunc fili mi, audi vocem meam, & consurge fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabisq; cum eo dies paucos, donec quiescat furor fratris tui: & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum, quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc versiculo quadragesimosecundo, vsq ue quadragesimũsextũ.* Arist. libro quarto Ethicorum duplex genus iratorum hominum facit: Alios dicit esse procliues ad suscipiendam & deponendam iram; alteros autem vocat amaræ bilis viros implacabiles: nec nisi sumpta vltione acquiescentes: atque in hoc posteriori genere fuisse Esau verba suprascripta Genes. manifestè declarant, verba illius sunt hæc. Iracundi sunt irritabiles celeriterque irascuntur: sed ijdem sunt placabiles, irascendique finem cito faciunt. Et quibusdam interpositis ait ipse auctor. Atqui sunt amari propemodum sunt implacabiles, diuque in iracundia perseuerant. Iram enim comprimunt, quæ tunc quiescit cum iniuriam vlti fuerint. *Arist.*

DE

DE PROFECTIONE IACOB IN *Mesopotamiam: Et de visione in itinere illius Scalæ, cuius altitudo eius pertingebat vsque ad Cælum.*

Caput Quartum.

Ocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe inde tibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autem Omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet, vt sis in turbam populorum. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. Cumque dimisisset eum Isaac profectus venit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ. Videns autem Esau, quod benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei, dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan: quodque obediens Iacob parentibus suis iuisset in Syriam: probans quoque quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus: iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem, absque ijs quæ prius habebat, Mahelet filiam Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth. Igitur egressus Iacob de Bersabæa pergebat Haran: Capitulo vigesimooctauo Genes. versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, & decimo. Profectus Iacob ex Ciuitate Bersabææ in Mesopotamiam fuit, vt

Pereri⁹. vult Pererius, cum ætatis ageret ipse annos septuaginta septem, post mortem vero Ismaelis annis quatuordecim. Ru-

Rupert⁹ pertus in Commentarijs suis super hunc locum Genes. scripsit insipienter, aut stultè egisse Esau ducentem vxorem ex

illa gente, aut familia Ismaelis contra voluntatem parentum. *Cumque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post Solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant: & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco, versiculo vndecimo*. Fuit sententia Hebræorum approbata a Lyrano, Caietano, & Lippomano locum, in quo Iacob habuit visionem huius Scalæ, fuisse montem Moriæ, vbi Abraham voluit sacrificare Deo filium suum Isaac: & vbi post multa tempora constructum fuit a Salomone Templum Dei in Hierosolyma. Augustinus quoque in quæstione octuagesimatertia in Genes. videtur assentire huic opinioni. Verba illius sunt hæc. Dominus est in loco isto, & non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta Cœli. Hæc verba ad prophetiam pertinent, & ibi futurum erat tabernaculum, quod constituit Dominus in hominibus in primo populo suo. Portam autem Cœli intelligere debemus, tamquam inde fiat aditus credentibus ad capescendum Regnum Cœlorum. Sic ille. At ex aduerso Borcardus in descriptione Terræ Sanctæ, in prima parte eius libri, capitulo septimo, numero trigesimoseptimo, scripsit Bethel Ciuitatem esse, quæ prius Luza vocata fuit in Tribu Beniamin, dictam a Ciuitate Nahi per vnam leucam: & in hoc loco vidisse Iacob in somnis Scalam, & Angelos ascendentes, & descendentes in ipsa: Cum proficisceretur ipse in Mesopotamiam: & ibi erexisset in titulum lapidem, appellassetque nomen illius loci Bethel, idest Domum Dei: Affirmat quoque ipse in Hierosolyma memoriam non esse erectionis illius lapidis a Iacob in Sepulchrum Delboræ nutricis Rebeccæ: sicut ostenditur subtus in Valle illius Ciuitatis. Sic ex ipso Auctore. Missus Iacob a patre Isaac in Mesopotamiam omni bono spoliatus, solus, & pedestris, videtur potius fugisse ex illo loco, quam missus fuisset illuc; nam ad iter illud faciendum, tam longinquum, necesse erat illi copia famulorum, Camelorum, Cibariorumque: donariaque ad tribuendum Laban parenti eius, si vellet eum mittere secundum illius conditionem: Nempe Abraham pater eius ditissimus fuit, & ipse Isaac hæres patris sui copiosissi-

Lyran. Caiet. Lippomanus. Mōs Moriæ locus vbi sacrificare voluit Abraham filiū suū. Aug. Borcardus.

Cur Iacob missus fuerit a patre solus omni bono spoliatus.

piosissimus omnibus bonis, quæ nascebantur in terra. At vero ad inuestigandam rationem eius facti crederem ego, non aliam fuisse, quam quod pater Isaac iter facere voluerit in Mesopotamiam sine comitatu, famulorumque seruitio, atque ingenti copia rerum itineri apte conducentium, præciosorum munerum, nisi ob fugiendam Esau iram, & periculum offensionis, quod ab illo pati potuisset, si inspexisset pater tam honorifice filium eius missum esse in Mesopotamiã. Theodoretus in quæstione octuagesima secunda in Genes. refert hoc ad declarationem diuinæ prouidentiæ erga Iacob amorem. Pererius libro de Scalæ visione Iacob super illa verba Genes. superius narrata: Inquit Deum id voluisse fieri, quo Sancti Iacob in ipsum pietatem vehementius agnoscerent, atque illustrior apud omnes existeret. Beatus Augustinus allegoricam expositionem super hunc locum facit in sermone de tempore septuagesimonono. Verba illius sunt hæc. Isaac neglectis mulieribus regionis, quam ipse incolebat, misit filium suum Iacob ad regionem longinquam, vbi acciperet vxorem, quia Deus pater missurus erat vnigenitum suum, qui repudiata Synagoga, degentibus sibi Ecclesiam sociaret. Sic Beatus Augustinus. Thomas Anglicus super hunc locum Genes. declarans causam cur Iacob sic voluit ire Mesopotamiam: Inquit voluisse iter suum fratri suo Esau esse occultum, quo melius eius insidias declinaret. Deinceps nolebant Sancti illi filios suos moliter educari, nec delicate, nec luxuriose nutriri; sed conformabant, durabantque ad labores. Sic ille. Beatus Chrysostomus homilia quinquagesimaquarta in Genes. fere in eadem sententia scripsit: verba illius sunt hæc. Cum occumberet Sol ibi dormiuit, vbi eum nox compræhendit, super lapide caput reclinans: quoniam igitur bene moratam animam habebat, & virilem spiritum ab omni luxu, vanitateque liberum, idcirco admirabilem illam visionem vidit. Sic Chrysostomus. Philo disputans super hunc locum Genes. extollens virtutem Iacob, sic de ipso scriptum reliquit. Vide quemadmodum Iacob nutritus regijs facultatibus athleta virtutis inducitur

Opinio Auctor.

Theodoretus.

Aug. Allegorica expositio.

Thomas Anglicus.

Chrys.

Philo.

citur

citur humi cubans: & saxo pro puluino capiti supposito vtens: nec aliud deprecans a Deo, quam panem, & vestem, naturæ scilicet diuitias. Sic Philo. Beatus Gregorius libro quarto Moralium super verba Iob capitulo quarto, exponens hunc locum allegorice in hanc sententiam scripsit. In itinere dormire, est Iudæorum labentium cursum ab aspectu visibilium oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit: & paulo inferius inquit ipse Beatus Gregorius. Caput quippe in lapide ponere est mentem Christo inhærere; Qui enim a præsenti vitæ actione remoti sunt; sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt; sed videre Angelos nequaquam possunt, quia caput in lapide tenere contemnunt. Sic ille. *Viditque in somnis Scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes, & Dominum innixum Scalæ dicentem sibi, versiculo vndecimo Genes. capitulo vigesimooctauo.* Putauit Lyranus ex illa visione Iacob tunc habuisse reuelationem Regni Cœlestis, & fœlicitatis æternæ. At vero credendum est multa dedicisse, & cognouisse, quę prius illi ignota fuerunt ex illa visione: nempe non paruam vtilitatem accepisse in sustinendis laboribus, quos habuit in seruiendo Laban per annos quatuordecim, tribuisseque illi Dominum multas virtutes, & prærogatiuas, per quas potuit sustinere afflictiones, & ærumnas, quas ille passus est tēpore seruitutis Laban, ille subiectus fuit. Scala illa inquit Pererius libro de Scalæ visione Iacob tertia disputatione: Symbolum fuit vniuersalis rerum omnium prouidentiæ: hac enim Scala Deus omnia tam cœlestia, quam terrestria gubernat. Boetius libro quinto de Consolatione Philosophica metro tertio Scripsit Deum omnia videre, nullaque ei resistere, non terræ molem, non noctem atris nubibus obstare: in vno mentis ictu omnia cernere, quæ sint, quæ fuerint, quæ ventura sunt omnia respexisse solum. Varij gradus Scalæ declarant varios modos prouidentiæ: sicut latera Scalæ significant diuinæ prouidentiæ fortitudinem, & suauitatem. Sic Pererius loco superius citato. At nonnulli mirati sunt si in Deo tanta

Allegorica expositio Gregorij

Lyran.

Pereri⁹.

Scala Iacob Symbolū Dei prouidētiæ.

Boetius.

Gradus Scalæ.

Latera Scalæ.

Cur tot mala cernūtur in mundo.

Tho.

prouidentia est, quanta ab omnibus prædicatur, cur tot mala, & peccata cernuntur in mundo? Ad hanc quæstionem respondet Beatus Thomas prima parte quæstione vigesimasecunda articulo secundo dicens, Deum esse uniuersalem prouisorem totius entis, & ad ipsius prouidentiam pertinet, vt permittat esse nonnullos defectus in quibusdam rebus particularibus, ne bonum uniuersi perfectũ impediatur. Si enim inquit ille, omnia mala impedirentur, multa bona deessent uniuerso: non enim esset uita Leonis si non esset occisio aliquorum animalium, nec esset patientia martyrum, si non esset persecutio Tyrannorum. Sic B. Tho. Pererius libro superius citato declarans Angelos esse ministros Diuinæ prouidentiæ: & ascensus & descensus illorum quid significet: sic locutus est. Inducuntur autem in hac visione Angeli ascendentes, & descendentes, quia in hoc maxime versatur ministerium Angelorum. Ascendunt enim referentes ad Deũ preces, & vota, & necessitates mortalium; descendunt vero deferentes a Deo ad homines diuina consilia, & arcana eis reuelanda, & item dona, & auxilia cœlestia eis præstanda, ac demum optatos, lætosque petitionum, & votorum effectus. Quod autem vidit Iacob Deum in fastigio Scalæ innixum ei, id significabat esse Deum principium primum, & vltimũ totius prouidentiæ: Deus autem in vertice Scalæ innixus demonstrabat se in viris maxime perfectis habitare, & requiescere. Sic ipse auctor. D. Bernardus in epist. eius 253. ad Abbatem Garinum declarans, quod necesse sit virum Deo seruiẽtem semper proficere, aut deficere, exemplo Angelorum ascendentium, & descendentium id confirmat: verba Beati Bernardi sunt hæc: Vidit enim Scalam Iacob, & in Scala Angelos, vbi nullus residens nullusve subsistens apparuit: sed vel ascendere, vel descẽdere videbantur: quo palam daretur intelligi, inter profectum, & defectum, in hoc statu mortalis vitæ nihil medium inueniri; sed vt ipsum corpus nostrũ continue, aut crescere constat, aut decrescere: sic necesse sit in spiritu, aut proficere semper, aut deficere. Sic D. Bernardus. Pererius quinta disputatione libro superius citato de tropologica

Perer. Expositio Scalę Iacob.

Bern. Ascẽsus & descẽsus Angelorum qd signi ficet declaratur

Perer. Gradus Scalę Iacob.

gica illius Scalæ interpretatione facit decem gradus illius Scalæ. primus est renunciatio terrenarum, & sæcularium rerum cum proposito sequendi Christū. Secundus est abiectio ex animo, & memoria omnium rerum sæcularium. Tertius ponitur in contemnēdis, & auersandis omnibus bonis terrenis. Quartus gradus declaratur esse expoliatio amicorum cognatorum, & parentū omniū. Quintus est renūciatio omnium rerum, & animæ propriæ propter Christū. Sextus abnegatio sui. Septimus quotidiana Crucis gestatio, idest perpetua sui mortificatio. Octauus, & nonus habēt perfectā humilitatem, & charitatem. Decimus habet perfectæ animæ vnionem cum Deo, vt tota ei adhæreat: & fiat sane vnus spiritus cum ipso. Sic ex ipso auctore. *Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauensque quam terribilis est, inquit locus iste, non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta Cœli, v. 16. 17.* Cum sit quod Deus vbiq; reperiatur per essentiam, potentiam, & præsentiam, dicitur nihilominus esse hic, aut illic, per quandam mirabilem, & efficacem sui virtutem, quam manifeste, & clare demonstrat illo in loco, præsertim multam gratiam impertiendo inuocātibus illū. Nā sicut inquit Pererius super verba suprascripta, duo eius rei memorabilia exēpla in veteri testamento reperiri videntur, vnū de colūna nubis, & ignis, & de propitiatorio, vbi Deus mirabiliter præsentiā suam declarabat crebro edendo miracula: alterū de piscina Hierosolymitana, in cuius aquas ab Angelo cōmotas qui primus languentiū descēdisset a quouis morbo curabatur. Ex admirabili igitur visione facta Iacob intellexit ille locū illū factū esse venerabilem ex singulari quadam sanctitate; sic ex ipso auctore. Timor & pauor Iacob in illa admirabili visione successit fortasse ille ob inenarrabilē splendorē, & gloriā Dei, & Angelorū eius: aut propter altitudinē, & distantiā cœli a terra: aut vero ob nonnulla arcana Dei ei patefacta: vt sane de synagoga formanda ex semine eius, destruēda deinceps propter scelera eius: de nece Christi, & de persecutione Ecclesiæ eius sub Decem Imperatores: & de maxima persecutione Antichristi

Perer.

Auctor operis.

contra

contra Ecclesiam paulo ante consummationem sæculi. *Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fudens oleum desuper, v.* 18. Antiqui illi gentiles, & idolatræ lapides, ligna, specus, arboresque vngere, ornare, coronare, putabantur maxime Religiosi, qui hoc faciebant: Vnde hoc factum Iacob videtur simile esse antiquo illi ritui Gentilium. Verum ad hanc dubitationem, sic respondet Pererius octaua disputatione super ipsa verba prænarrata, dicens. Quod fecit Iacob id afflatu, & instinctu Dei, aut etiam fortasse maiorum suorum exemplo, documentoque fecit: Nec ille vncto a se lapide Diuinum cultum, honoremque adhibuit: nec lapidi vota fecit, sed Deo: nec in eo lapide numinis quidpiam Diuini esse putauit; sed monumentum esse voluit eorum, quæ sibi eo loco contigerant. Sic ille. Nempe hoc factum Iacob a Spiritu Sancto, & instinctu eius hoc esse credendum est, qui voluit per erectionem illius lapidis nobis significare, quod erigi deberet lapis triumphalis in Cruce, qui Christus est; & deinceps necesse erat super illum lapidem angularem effundere oleum, idest mittere orationes, & preces nostras ad illum, vt misericordiam peccatorum nostrorum pro meritis passionis illius consequi mereamur. Sanctus Cyprianus scribens de Vnctione Chrismatis, sic inquit. Oleo antiquitus Sacerdotes sacrabantur, & Reges, & ipsi altarium lapides delibuti, Spiritualem intelligi volebant Sacris Mysterijs inesse pinguedinem. Sic ille. *Appellauitque nomen Vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur, versiculo decimonono*, ex hac narratione Moysis videtur fuisse eandem Vrbem Bethel, & Luzam, quamuis nonnulli arbitrati sint fuisse duas Ciuitates. Hoc enim probatur libro Iosue, capitulo decimooctauo, vbi scriptum est. *Pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel.* Locus vero, in quo habuit Iacob illud mirabile visum parum distans fuit ab Vrbe Luza, & sine aliqua cunctatione accidit hoc acquiescente ipso Iacob extra Vrbem in Agro: *Vouit etiam votum dicens: si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vesti-*

Auctor operis.

Cyp.

Bethel, & Luza eadem Ciuitas.

vestimentum ad induendum; reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi, versiculo vigesimo: Videtur ex istis uerbis Moysis Iacob peccasse in uouendo Domino habiturum illum pro Deo, si dederit ille uictum, & uestitum, & fœlicem reditum in patriam: Verum non peccauit Iacob. Ad hanc dubitationem respondet Pererius, diuina dispositione super illis uerbis prænarratis Genes. sic inquiens. Nomen enim Iacob nouit in genere uelle se Deum colere, sed in speciali uelle colere eum hoc, uel illo ritu, & cæremonia, ad quod faciendum nulla erat lege obligatus. Sic ipse Auctor. Nonnulli quærunt cui Sacerdoti dandæ erant illæ decimæ, quæ offerebantur illis temporibus: ad hanc dubitationem respondet Caietanus in Commentarijs suis super hunc locum Gen. sic scribens. Si quæras cui Sacerdoti dandæ erãt istæ decimæ; respondeo nulli, sed in honorem Dei fuisse offerendas Deo iuxta ritum tunc solitum: & quod erat consuetum comburi comburebatur sacrificando, reliquum autem comedebatur non tanquam cibus profanus, sed ut quid Deo oblatum. Sic Caietanus. At non est incredibile, ut sicut antea Abrahæ tempore uixerat in mundo Melchisedech Rex Salem, & Pontifex Maximus cum gloria magna illius Pontificis, pariter in illo tempore existeret alius maximus uir Dei eo in loco substitutus, qui officio Sacerdotis fungeretur: Quippe qui acciperet decimas Iacob Deo oblatas. Quoniam multa facta sunt, & reperiuntur in sæculis, de quibus a Scriptoribus nihil proditum est. Rupertus libro septimo Commentariorum suorum in Genesim, capitulo septimo, super uotum istud Iacob: precatur ut Deus det nobis triplicem panem, scilicet panem uitæ æternæ, ut est ille, qui manducatur in Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, panem intelligentiæ, de quo dicitur *non in solo pane viuit homo*: & panem istum terrenum, quem solus ipse produxit ex rore cœli, & pinguedine terræ. Sic ex Ruperto.

Pereri⁹.

Cui Sacerdoti dãdæ decimæ illis temporibus. Caiet.

Auct. operis.

Rupert⁹ De tripl ci pane.

DE

DE SERVITVTE FACTA PER Iacob Laban pro vxore sibi ducenda Rachele, & de suppositione facta Iacob Liæ sororis Rachelis.

Caput Quintum.

Rosectus ergo Iacob venit in terram orientalem, & vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Morisq; erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem: & refectis gregibus, rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores, fratres vnde estis? qui responderunt de Haran. Quos interrogans, Nunquid ait, Nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: nouimus Sanus ne est, inquit? valet inquiunt, & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Iacob: adhuc multum diei superest, nec est tempus, vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. Qui responderunt: non possumus donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat, quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesque Laban Auunculi sui: amouit lapidem: quo puteus claudebatur, & adaquato grege osculatus est eam, & eleuata voce fleuit, & indicauit ei, quod frater esset patris sui, & filius Rebeccæ, at illa festinans nunciauit patri suo. Capitulo Genes. vigesimonono. Versiculo primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo.

An Iacob osculando Ra-

Iacob osculando Rachelem pulcherrimam iuuenem, & virginem, numquam prius ab eo visam, videtur non satis pruden-

prudenter fecisse: apparet igitur hoc verissimum esse quoniam postquam ipse osculatus est eam statim ipsa eleuata voce lachrymas fudit: ad hanc dubitationem respondet Pererius prima disputatione super illis verbis, *& adaquato grege osculatus est eam*. dicens sex genera esse osculorum. Primum impudicum, & libidinosum, sicut erant oscula meretricia. Alterum castum erat, vt fuit illud Isaac filio suo Iacob. Tertium genus erat pro vrbanitatis, & humanitatis officio, vt erat illud Romæ consuetum, quod oscula passim frequentarentur, quam ob causam Tiberius Cæsar publico edicto prohibuit, vt ait Suetonius. Quartum pertinebat ad Romanas fœminas, quas propinqui tentamenti gratia osculabantur: vt explorarent an vinum bibissent. Quintum genus erat fraudulentum specie amoris odium cælans: Tale fuit osculum Iudæ. Sextum, & vltimum genus osculi Sacrum, & Sanctum erat apud Christianos primæuæ Ecclesiæ: de quo Beatus Paulus ad Romanos decimosexto. *Salutate*, inquit: *in osculo sancto*, Sic ex Pererio. Vltimum hoc genus osculi fuit illud Iacob quo osculatus est Rachelem dilectam eius vxorem, pro qua seruiuit Laban auunculo suo per annos quatuordecim. Beatus Augustinus in sermone octuagesimo de tempore vertens se ad allegoricam interpretationem inquit: Non fuisse sine causa, quod tres magni Patriarchæ vxores iuxta puteum, scilicet Rebeccam, Rachelem, & Zephoram inuenerunt; quoniam in hoc Sacramenta debemus agnoscere. Nam isti tres Patriarchæ typum Domini prætulerunt: & ideo ad fontes, vel puteos vxores inuenerunt: quia Christus ad aquam baptismi inuenturus erat Ecclesiam: & prius Iacob Rachelis gregem adaquauit, & deinde osculatus est eam, quia nisi prius per aquam baptismi Christianus populus a peccatis omnibus abluatur, osculum a Christo accipere, idest pacem eius habere non meretur. Sic ex Beato Augustino. *Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ cucurrit obuiam ei: complexusque eum, & in osculis ruens duxit in domum suam: auditis autem causis itineris, respondit: os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius*

chelē benefecerit.

Pereri⁹. Sex genera osculorum.

Suet.

Aug.

dixit ei: Num qui frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias: nomen maioris Lia; minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis. Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachele filia tua minorem ſeptem annis. Reſpondit Laban, melius eſt vt tibi.n.eandem, quam alteri viro, mane apud me. Seruiuit ergo Iacob ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Geneſ. capitulo vigeſimonono, verſiculo decimotertio, decimoquarto, decimoquinto, decimoſexto, decimoſe-

Pereri⁹. *ptimo, decimooctauo, decimonono, vigeſimo.* Pererius libro de ſeruitio Iacob apud Laban ſuper verbis *auditis autem cauſis itineris*, inquit duplicem cauſam fuiſſe, vt Iacob proficiſceretur in Meſopotamiam, vnam potiſſimam, vt iram Eſau declinaret, & inſidias illius. Alteram vero vt inde coniugẽ ſibi acciperet ex ſtirpe, & progenie parentum ſuorũ; & ne Laban miraretur tantã eius paupertatẽ, & quod filius tam opulenti patris tam longum, & laborioſum iter feciſſet pauper, & incomitatus, & ne ob eam rem vilis, & contemnendus videretur, putauit ille, vt Iacob Laban narraret quemadmodum Dei voluntate prælatus fuerit ipſi Eſau, & primogenituræ

Toſtat⁹. ius obtinuerit. Toſtatus vero ſuper verba, *ſed Lia erat lippis*

Lippitudinis oculorum cauſa. *oculis*, ſic ſcriptum reliquit: ex teneritudine, ac debilitate oculorum Liæ, effluebat aſſidue craſſus humor ex oculis, ita vt videretur lippa: & ſimilis lachrymanti. Sic ille: in ſecundo Leuitici capitulo, de lippitudine, & albugine oculorum fa-

Gregor. cta eſt mẽtio: De qua lippitudine ſic tropologice ſcripſit Beatus Gregorius prima parte paſtoralis, capitulo vndecimo: Lippus, inquit ille, eſt cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat, ſed id tamen per opera carnalia obſcuratur. Sic ille. Seruitus quam per ſeptem annis promittit, Iacob Laban auunculo eius pro obtinendo in vxorem Rachelem videtur fuiſſe contra ius, & morem gentium: nam cum quis duxit vxorem, vxor dotem affert marito, nec vir tradit dotem vxori. Contra vero Iacob per quatuordecim annis ſeruitutis iſtud coniugium ſibi comparauit. Verum ſane neceſſe eſt morem antiquum fuiſſe, vt vir, & mulier ſe inuicem emerent, &

ſicut

sicut mulier dotem afferebat marito, ita vir pecunias, & munera uxori, aut parentibus eis daret. Exemplum habetur in Genesi, capitulo trigesimoquarto. Vbi Sichem sic locutus est ad filios Iacob. *Augete dotem, munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi hanc puellam in uxorem.* Iacob igitur debitor erat ex more illius gentis pecunias, & munera pro Rachele, quam uxorem ducere postulabat, patri Laban soluere, qui quidem Iacob cum esset pauper per septem annos seruitutem obtulit. Videtur tamen Laban fraudasse dupliciter Iacob: tum quia nihil nomine dotis ei dedit, tum quia per septem annos seruiuit pro obtinenda Rachele, nihilominus malitiose ei supposita, & data fuit Lia. Sic ex Pererio secunda disputatione super illis verbis, *Seruiam tibi pro Rachele filia tua minori,* libro de seruitio Iacob apud Laban. Quomodo vero videbantur Iacob dies pauci septem anni seruitutis præ amoris magnitudine, cum ratio docceat contrarium libro Prouerbiorum decimotertio: *Spes, quæ differtur affligit animã.* Augustinus quæstione octuagesimaoctaua in Gen. sic scribit. Dictum est igitur ita, propter laborem seruitutis, quem facilem, & leuem amor faciebat; sic ille. An vero fuit culpabilis amor Iacob, quo Rachelem dilexit propter eius pulchritudinem, dicendum est non fuisse culpabilem: tum quia vir habens uxorem pulchram, coniugium aliarum mulierum non curat, libentius cum ea viuit, & iucundiorem societatem cum ea habet: De qua pulchritudine Carneades dicebat esse regnum sine custodibus. *Dixitq; ad Laban da mihi uxorem meam, quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ, Zelfam nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam: & dixit ad socerum: quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachele seruiui tibi? respondit Laban. Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias: Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem alijs annis. Acquieuit placito: & hebdomada tran-*

Pærer.

Quõ videbãtur dies pauci Iacob tempus seruitutis.

Carneades.

facta, Rachel duxit vxorem cui pater seruam Balam tradiderat. Tandemque potitus optatis nuptijs, amorem sequentis priori prætulit seruiens apud eum septem annis alijs. Videns autem Dominus, quod despiceret Liam, aperuit vuluam eius sorore sterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius, Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam nunc amabit me vir meus. Rursumque concepit, & peperit filium, & ait; quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi, vocauitque nomen eius Simeon. Concepitque tertio, & genuit alium filium dixitque, nunc quoque copulabitur mihi maritus meus eo quod pepererim ei tres filios: & ideirco appellauit nomẽ eius Leui. Quarto concepit, & peperit filium, & ait: modo confitebor Domino, & ob hoc vocauit eum Iudam: cessauitque parere. Genes. capitulo vigesimonono, versiculo vigesimotertio, vsque ad trigesimumquintum.

Cur antiqui tempore nocturno tradebant spōsas viris suis. Perer.

Causas verò, quare Lia vesperi tempore adducta fuit Iacob, tradit Pererius quinta disputatione super illa verba Genes. fuisse nuptialè conuiuium sub noctem consuetum fieri ab antiquis: idque obseruatum institutumque causa verecundiæ, quia nocturnę tenebræ in tegumentum erant vxori, quæ tradebatur in potestate mariti: Cur verò voluit Lia ingredi ad Iacob, cuius sciebat se non esse vxorem, & illicito illo congressu sciebat amissuram esse virginitatem; ad hoc respondendum est Liam esse id facere ausam, tum patris nō solo consilio, sed etiam mandato impulsam. Confidit ipsa fore vt in posterum vxorem Iacob acciperet eam. Ad id prætereà vehementer incitata est desiderio prolis ex Iacob suscipiendæ: vtpotè quem videbat esse insignem virum: eiusq; posteritati amplissima promissa data esse à Deo. Verum etiam grauiter peccauit stuprum passa inducens Iacob ad committendum Adulterium. Peccauit quoque Laban grauiter perfidiæ supponens Liam pro Rachele. Deinde peccauit ipse cogendo Iacob facere matrimonium cum Lia, quod ipse non quęsierat, compulitque sibi eum alios septem annos seruire. Cur autem ex tactu, aut ex voce non cognouerit Liam, aut ex visu; dicendum est ex visu eam non potuisse

Peccata Laban.

cognoscere,

cognoſcere, quia noctu obducta fuit Iacob, & fortaſſe velata, ſicut mos antiquus erat faciem virginis velare, quæ adducenda erat ſponſo. Quod autem ex voce eam non cognouerit Iacob, id perpetuo ſilentio hic factum eſt, ſic edocta a patre, vt ille eam agnoſcere non poſſet: Sic ex ipſo Auctore. Verba Laban dicentis Iacob: *Imple hebdomadam dierum, & hanc quoque dabo tibi*, ideſt Rachelem, nunc inquirendum eſt quid hæc per verba ſignificare voluit. Nonnulli putarunt hoc intelligendum eſſe, vt Iacob alios ſeptem annos ſeruiret Laban. Verum Beatus Hieronymus aduerſatur huic opinioni in traditionibus in Geneſim ſuper hunc locum, ſic ſcribens. Poſtquam Liam Iacob fraude deceptus, pro Rachele vxorem acceperat dicitur ei a ſocero Laban, vt ſeptem dies pro nuptijs prioris ſororis expleat, & ſic accipiat Rachelem pro qua iterum ſeptem alijs annis ſeruiturus ſit. Non igitur, vt quidam malè exiſtimant poſt ſeptem annos alios, Iacob vxorem accepit Rachelem, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum prioris vxoris: nam ſequitur. *Et ingreſſus eſt ad Rachel, & dilexit magis Rachel quam Liam, & ſeruiuit ei ſeptem alijs annis.* Sic Beatus Hieronymus, Lia pro vita actiua deſignatur, quæ quidem lippos oculos habet, quoniam ſequentes operationem, minus aſcendunt ad contemplationem, quam illi qui diditi ſunt ſpecialiter orationi. Ipſa autem fœcunda eſt, multoſque parit filios, quoniam qui verſatur in agro actionis multos liberos generat, & acquirit. In ipſa Lia præfigurata fuit vetus lex, & antiqua Synagoga, quæ iacebat in vmbra mortis ſociata multis laboribus, ſola ſpe poſſidendi bona terrena: nullam intelligentiam, & cognitionem habens gloria cœleſtis.

Hier.

Auctor operis. Expoſitio allegorica.

At vero per Rachelem præfiguratur futura gentilitas, quæ ſterilis erat illis temporibus bonorum operationum: & in ipſa deſignatur vita contemplatiua, quæ videtur a ſponſo Iacob magis dilecta eſſe, quam Lia, quoniam ſponſus plus diligit eum, qui ſequitur orationem, & contemplationem, quam qui ſe obtulit operationibus vitæ actiuæ: Lia vero, & Rachel offerunt ſponſo eius

ancillas

ancillas suas, ut ex illis sponsus prolem accipiat: quoniam operationis, & contemplationis sectatores cupiunt, vt actiones eorum fructus faciant dignos pœnitentiæ, pro quibus accipiant in patria coronam gloriæ.

DE ALIIS FILIIS A IACOB *procreatis ex ancillis vxorum eius, & de causis versicolorum animalium Laban pro virgis a Iacob in canalibus positis.*

Caput Sextum.

Egitur in hoc capite Gen. Iacob quatuor habuisse vxores, scilicet duas sorores Liam, & Rachelem; duas pariter earum ancillas: quo fit, vt nonnulli arbitrati sint, vt Iacob fuerit vir libidinosus, & luxuriosus. Verum Beatus Augustinus libro vigesimosecundo contra Faustum, capitulo quadragesimoseptimo, declarans non peccasse Iacob ducendo illis temporibus plures vxores; sic scriptum reliquit. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus vxoribus simul habitis obijcitur Sancto viro Iacob? si naturam consulas non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur. Sic ille. Theodoretus quæstione octuagesimaquarta in Genesim, tenetur multis rationibus declarare, quod vir Sanctus Iacob non peccauerit in accipiendis illis vxoribus: nam, inquit ille, solam Rachelem sibi desponsasse videtur, & præter animi voluntatem Liam attigisse, quoniam vt dolum sensit ægre tulit, & cum socero questus est: Balæ vero permixtus est non voluptatis gratia, sed vt coniugem placaret: idem ei contigit cum altera ancilla, cui nomen Zelfa: cum enim Lia parere desijsset rogauit eum, vt cum illa ancilla coiret gratia suscipiendæ prolis: quod quidem nullam libidinem denotat, sed viri mansuetudinem

Aug.

Theodoretus.

vxoribus

vxoribus suis gratificari cupientis: Præterea nulla lex prohibebat illis temporibus, vt non posset vir multiplices vxores habere. Sic ex ipso auctore.

Cernens autem Rachel quod infecunda esset inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus, respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa: habeo inquit famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. Deditque illi Balam in coniugium, quę ingresso ad se viro concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel indicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium: & idcirco appellauit nomen eius Dã. Rursumque Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachael: comparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui. Vocauitque eum Nepthali. Sentiens Lia quod parere desijsset, Zelfam ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium, dixit, fœliciter: & idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelfa alterum. Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent omnes mulieres: propterea appellauit eum Aser. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperijt Mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: da mihi partem de Mandragoris filij tui: illa respondit: parce ne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam Mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: dormiat tecum hac nocte pro Mandragoris filij tui. Redeuntique ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait, ad me, inquit, intrabis, quia mercede conduxi te pro Mandragoris filij mei. Dormiuitque cum ea nocte illa: & exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo, appellauitque nomen eius Ißachar. Rursum Lia concipiens peperit filium sextum, & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Post quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoque Dominus Rachelis exaudiuit eam, & aperit vuluam eius: Quæ concepit, & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioseph dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.

rum. Ex capitulo trigeſimo Geneſ. verſiculo primo, vſque ad verſiculum vigeſimumquartum incluſiue. Rachel non inuidit ſorori ſuæ de fœcunditate eius, ſed de propria ſterilitate, qua propter ſic ea verba protulit, *da mihi liberos alioquin moriar*, quod eſt, niſi habuero filios, & progeniem vehementer timeo decedere è vita: ex reſponſo Iacob Racheli, dicentis, *num pro Deo ſum ego, qui priuauit te fructu ventris tui?* videtur verum eſſe, quod ſcripſit Paraphraſtes ſuper hunc locum Geneſ. dicens. Quatuor claues poſitas eſſe in manu Dei, quas ipſe non tradidit, nec Angelis, nec vlli creaturæ: & hæc ſunt: Pluuia cœleſtis, Alimonia, Reſurrectio mortuorum, & liberorum procreatio. Verum non ſine aliquo Myſterio factum eſt, & diſpenſatum a Deo, vt Iacob quatuor vxores duceret, quoniam (ſicut ſcriptum eſt) omnia in figura contingebant illis. De duabus primis vxoribus iã dictum eſt, quod ipſæ prę figurabant duas congregationes fidelium, ſcilicet legem Veterem, & nouum teſtamentum: Vitam actiuam, & contemplatiuam. Sed quid ſignificent iſtæ duæ aliæ vxores dicendum eſt, quod illæ præfigurabant illud, quod dictum fuit de primis duabus uxoribus Rachele, & Lia. Demonſtrabant quoque, ut multæ congregationes peſſimæ gentium, & infidelium propter uirtutes illarum duarum uxorum, introducendæ eſſent ad ſeruiendum Iacob, ideſt Chriſto: & ſic ex illis peſſimis cõgregationibus gentium procreandos eſſe multos filios, qui ſeruituri eſſent ipſi Chriſto. Beatus Auguſtinus libro uigeſimoſecundo contra Fauſtum, capitulo quinquageſimoſexto, ſcripſit nonnullos arbitratos eſſe pomum Mandragoræ acceptum in eſcam, ſterilibus fœminis fœcunditatem afferre: & idcirco putauit tantopere inſtitiſſe Rachelem ſumere id a Ruben filio Liæ cupiditate pariendi. Verum cum hæc mala Mandragoræ ipſe uidiſſet, naturamque radicum eorum diligenter quantum potuit perſcrutatus fuiſſet, arbitratus eſt Rachelem non ob aliam cauſam tantopere concupiſſe Mandragoram, aut fructus illius, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris iucunditatem, ſic ex ipſo Auguſtino. Pererius libro de Coniugio Iacob, & filijs eius, prima

Quatuor claues poſitæ in manu Dei.

Auctor operis.

Aug.

Perer.

prima disputatione de natura, & virtute Mandragoræ, numero decimoseptimo, ait, Mandragora per se non opitulatur mulieribus aduersum sterilitatem, nam id esse falsum conuincitur exemplo Rachelis, quæ quidem Rachel post esum Mandragoræ non est fœcundata, sed mansit postea sterilis circiter tres annos: vnde non Mandragoræ virtute, sed singulari benignitate, & munere Dei fœcundata fuit. Sic ex ipso Auctore. Leuinius Lemnius tangens quæstionem, an Mandragora vim fœtificandi mulieribus conferat, in hanc sententiam scripsit. Cum enim soporifero effectu prædita sit, & impense frigida, & qualitas ad id præstandum prorsus inefficax videtur. Hoc tamen dilui posset, vt in frigidis, & humidis regionibus, atque in veteris mulieribus valde humidis, & frigidis tale quoddam perficere nequeat; sed in torridis æstuantibus terris, & in valde calidis aridisque vteris. Ad firmandum, & comprobandum dictam suam opinionem, inquit ipse Auctor, collocasse per imprudentiam speciosum Mandragoræ pomum, & per ipsum adeo somnolentum factum esse, vt soporem ægre excutere posset, quo in alio loco transposito pomo factum esse, alacriorem pænitus expulso torpore. Sic ille. Quomodo vero Iacob potuerit quatuor vxoribus plene satisfacere, respondet Pererius super illa verba Genes. *Dormiat tecum hac nocte pro Mandragoris tuis*, numero vigesimoprimo, & vigesimosecundo, potentissimum fuisse Iacob ad satisfaciendum vxoribus, tum ob temperamentum corporis, & abundans temperamentum eius, tum ob optimum semen, & continentiam illius pro toto tempore ante coniugium illius cum vxoribus suis. Verum credibile est fuisse inter vxores Iacob ordinem quendam, vt aliæ alijs præponerentur: Rachelem vero priori potiori fuisse loco, vt eam prædilectam, & pro qua ille septennem seruitutem fecit. At vero ad tollendum de medio omnes altercationum occasiones inter mulieres, ob petendum a uiro debitum certa præfiniuit tempora, in quibus ad singulas accederet distinctas singulis noctes assignans. Sic ex ipso Auctore. *Nato autem Ioseph dixit Iacob socero suo, dimitte me, vt reuertar*

De virtute mandragoræ

Leuini⁹ Lẽnius. De mandragora

Perer.

uertar ad patriam meam, & ad terram meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu vero noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban, inueniam gratiam in conſpectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: Conſtitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille reſpondit: Tu noſti, quomodo ſeruierim tibi: & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: Iuſtum eſt igitur, vt aliquando prouideam domui meæ. Dixitque Laban, quid tibi dabo? At ille ait; nihil volo: Sed ſi feceris, quod poſtulo, iterum paſcam, & cuſtodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias, & ſparſo vellere: & quodcumque furuum, & maculoſum, variumque fuerit, tam in ouibus, quam in capris erit merces mea, verſiculo vigeſimoquinto, vſque ad verſiculū trigeſimūſecundū incluſiue. Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Geneſim ſuper hunc locum ait, multum confuſum eſſe ſenſum hunc, attamen in hanc ſententiam ſcripſit ſuper mercedem Iacob per eum petitam a Laban. Iacob promiſiſſe Laban ſe denuo illi ſeruiturum eſſe per alios ſeptem annos, ſi ſeparauerit omnes, tam oues, quam capras, & dederit eas in manu filiorum ſuorum: & illæ, quæ natæ fuerint uario colore, ipſæ eſſent Iacob: illæ autem unius coloris partę ipſæ ęſſent Laban: ad quam ſententiam acquieſcente Laban, nouam Stopham comentus eſt Iacob. Nam pro obtinenda ſua intentione naturali arte pugnauit. Tres autem Virgas populeas Amygdalinas, & mali granati ex parte decorticatas uario uirgarum fecit colore; Obſeruabat ergo Iacob quo tempore aſcendebantur pecora, & poſt calorem diei ad potandum gregem pergebat, & in eo tempore diſcolores uirgas ponebat in canalibus: & admiſſis arietibus, & hyrcis in ipſa potandi auiditate, oues, & capras faciebat aſcendere, ut ex duplici deſiderio, dum & auide bibunt, & aſcenduntur a maribus, talis fœtus, quales umbras arietum, & hyrcorum deſuper aſcendentium in aquarum ſpeculo contemplabantur. Hædos, & agnos natos uarios, & diſcolores ex albis, & uirgis unius coloris gre-

Hier.

gibus

gibus separabat Iacob, & procul faciebat esse a pristino grege: si qui autem nascebantur vnius coloris, id est albi, siue nigri tradebat in manu filiorum Laban. Sic ex Beato Hieronymo. Oues variæ dicebantur illæ, quæ habebant quasi virgulas varij coloris, vel nigræ sparso vellere dicebantur, quæ habebant varias maculas diuersorum colorum, furuum enim dicitur nigrum. De bobus, equis, & camellis hic non fit mentio, cum tamen dicitur Iacob habuisse similia animalia: ad hoc respondet Pererius, dicens Iacob non accepisse a Laban custodienda, & pascenda alia animalia, nisi Oues, Capras, & Hyrcos, cætera vero animalia, quæ dicitur habuisse Laban accepit, sed ipse sibi comparauit. *Respondebit mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te: & omnia, quæ non fuerint varia, & maculosa, & furua, tam in ouibus, quam in capris, furti me argues, Genes. capitulo trigesimo, versiculo trigesimotertio.* Videtur Iacob iniuste egisse cum Laban artificio illarum virgarum depositionis in canalibus cum fraude conceptis ex manibus illius. Verum ad hanc dubitationem respondet Pererius super verba illa, *respondebit mihi cras iustitia mea*, secunda disputatione, numero quadragesimo, dicens Laban triplici vsus est iniustitia contra Iacob. Prima: Iniustitia fuit non dando ei Rachelem, sed supponendo ei Liam, & cogendo illam in vxorem ducere, nullam pro ea tribuendo dotem. Secunda iniustitia fuit, quod filias in matrimonium dedit nullam ei dotem assignans: Tertia iniustitia fuit, quod pactam mercedem decies iniquissime commutauit: has igitur ob causas Deus bona Laban transtulit in vxores, & filios Iacob. Beatus Chrysostomus homilia quinquagesima septima super hunc locum, sic scripsit. Hæc faciens iustus non a se ipso mouebatur, sed inspirante menti eius superna gratia: Non enim iuxta naturæ ordinem erat, quod fiebat, sed valde mirandum, & naturæ modum transcendens. Totum autem hoc factum est, vt iustus re ipsa compertam haberet Dei erga se prouidentiam: & Laban liquido cerneret quantam Dei gratiam haberet Iacob. Sic Chrysostomus. An vero quod fecit Iacob ex causis naturalibus existere potuit,

De animalium colorib.

De iniustitia Laban.

Chrys.

Anopus Iacob fuerit naturale, aut diuinum. tuit, an potius id fuerit miraculum Diuinæ Omnipotentiæ. Apponam hic verba Beati Augustini, vt cognoscat Lector sensisse ipsum Augustinum hoc fieri potuisse ex causis naturalibus libro decimooctauo de Ciuitate Dei, capitulo quinto, ille autem loquens de quodam boue, quem mirabili vanitate colebat Ægyptus, quo boue mortuo, quia reperiebatur vitulus eiusdem coloris, mirum quodam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Verba illius sunt hęc. Non enim magnum erat Dæmonibus ad eos decipiendos, phantasiam talis Tauri, quam sola cerneret, ostentare, vaccæ concipienti, atque prægnanti, vnde libido matris attraheret, quod in eius fœtu iam corporaliter apparet: sicut Iacob de virgis variatis, vt oues, & capræ nascerentur efficit. Quod enim homines coloribus, & corporibus uarijs: hoc dęmones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere.

Isidor. Sic Augustinus, Isidorus libro duodecimo Originum primi capitis declarans quod dilectores columbarum pro habendis fœtibus pulchris ponunt illis in locis, vbi versantur columbæ quo videlicet rapienti visu similes generant pulcherrimas Columbas inquit. Vnde est, quod quidam grauidas mulieres vetant intueri turpissimos animalium vultus, vt simias, ne visibus occurrentes similes fœtus parere faciant. Hanc enim fœminarum dicunt esse naturam, vt quales perspexerint, siue mente cogitauerint in extremo voluptatis æstu dum concipiunt talem sobolem procreent. Sic ex Isidoro. *Ad habendos côceptos pulcherrimos.*

Perer. Exēplū concepti filij in adulterio marito simillimi. Memorabile exemplum affert Pererius libro de coniugio Iacob, & filijs eius, tertia disputatione, numero quinquagesimoprimo. Cuiusdam fœminæ, quæ cum longe absente marito quatuor filios genuerit ex adulterio legitimi viri dissimillimos, quam ob causam a marito adulterini reputabantur: Eadem postea marito absente adulterino concubitu filium generauit simillimum marito: Cuius similitudinis causa fuerat, quod in singulos dies mariti aduentum expectans, diu multumque super eo cogitauerat, vehementer metuens ne inopinato illius aduentu oppressa depræhenderetur in flagitio, ex quo factum est, vt imaginem, & similitudinem

viri,

viri, quam tantopere cogitatione verſauerat perfecte imprimeret fœtui. Maritus porro ſimilitudinis ratione deceptus, hunc ſolum filium tamquam genuinum, & verum pro ſuo habuit; cæteriſque tamquam adulterinis reiectis, & abdicatis. Sic ipſe Auctor, qui quidem ait in ſequenti diſputatione conuenientiam, & conſenſum eſſe inter facultatem imaginatricem, & generatricem: ita vt altera mota continuo alteram quoque moueri manifeſtum ſit. Nam ſi genitalia redundent ſemine phantaſia quoque libidinoſis, & obſcænis ſentit imaginibus. Et viciſſim ſi phantaſia obſcænarum rerum imagines concupiat, protinus etiam genitalia ſurgent, & irritantur ad libidinem. Sic ille. *Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arictum, & ouium, vt in earum contemplationem conciperent; quando vero ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus non ponebat eas, verſiculo quadrageſimoprimo Geneſ. capitulo trigeſimo*. Sanctus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Geneſ. Declarans quod Iacob iuſtitiam, & æquitatem in noua arte ſeruaſſet. Sic inquit. Si omnes agnos, & hædos varij coloris pecora procreaſſent, aliqua ſuſpitio doli fuiſſet, & aperte huic rei Laban inuidus contriſtiſſet. Ergo ita omnia temperauit, vt ipſe fructum ſui laboris acciperet, & Laban non penitus ſpoliaretur. Si quando enim oues, & capræ primo tempore aſcendebantur, quia melior Vernus eſt fœtus ante ipſas ponebat virgas, vt varia ſoboles naſceretur, quęcumque autem oues, & capræ ſero quærebant marem ante oculos non ponebat virgas, vt vnius coloris pecora naſcerentur: & ſic finem faciemus præſenti capitulo.

DE

DE REVERSIONE IACOB EX Mesopotamia in Chananitidem cum vniuersa familia, & de pacto inter ipsum & Laban.

Caput Septimum.

Ostquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se sicut heri & nudius tertius, maxime dicente sibi Domino, reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum. Misit, & vocauit Rachel & Liam in Agrum, vbi pascebat greges: dixitque eis: video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecũ. Et ipsæ nostis quod totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed & pater vester circunuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus, vt noceret mihi. Si quando dixit: variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus: quando vero è contrario ait: alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios respersos, & maculosos, & diuersorum colorum. Dixitque Angelus Dei ad me in somnis, Iacob: & ego respondi: Adsum, qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios maculosos, atque respersos. Vidi enim omnia, quæ fecit tibi Laban. Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac; reuertens in terram natiuitatis tuæ. Responderuntque Rachel, & Lia: Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nonne quasi

quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pratium nostrum? Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filijs nostris: vnde omnia, quæ præcepit tibi Deus fac. Surrexit itaque Iacob, & impositis liberis, & coniugibus suis super Camelos abijt. Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est Idola patri sui: Noluitque Iacob confiteri socero suo, quod fugeret. Cumque abijsset, tam ipse, quam omnia, quæ iuris sui erant, & Amne transmisso pergeret contra montem Galaad nuntiatum est Laban die tertio, quod fugeret Iacob, qui assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem: & comprahendit eum in monte Galaad. Viditque in somnis dicentem sibi Deum. Caue ne quidquam aspere loquaris contra Iacob. Capitulo trigesimoprimo Genes. versiculo primo, vsque ad versiculum vigesimumquartum inclusiue.

Videtur in eo quod scripsit Moyses in præsenti capite Laban, & filios eius inuidisse fœlicitati Iacob pro conceptibus varijs natis ex animalibus Laban, quæ pro mercede inter illos pacta pertinebant ad laborem Iacob. Et de hoc certus fuit ipse Iacob, quia animaduertit Laban faciem, quod non esset erga se, sicut heri, & nudius tertius; scilicet Laban non aspiciebat Iacob hilari vultu, sicut mos erat illius semper se affabilem illi manifestare; sed cum illum aspiciebat Iacob, aut fingebat se eum non videre: aut terribili visu eum aspiciebat. Quapropter vt vir mansuetus Iacob metuebat ne Laban contra ipsum laqueum aliquem tenderet, vt caperet eum. Ideo arbitratus est in Chananitidem ad patrem suum Isaac reditum facere, ad hoc agendum equidem impulsus fuit ab Angelo, qui dixit ei. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac reuertens in terram natiuitatis tuæ. Verum Angelus, qui locutus fuit in somnis Iacob dixit ipsi: Leua oculos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios, atque resperfos, credibile est, vt in illa locutione docuisset Iacob modum ponendi in canalibus virgas illas discolores, pro qua positione nascerentur anima *Auctor operis.*

lia

lia varia, & aspersa: & hoc sane prius fuisse factum, vt hic dictum per recapitulationem. Conquæstio Rachelis, & Liæ de patre earum Laban declarat naturam patris illarum sic pronam esse ad committenda peccata, quod non solum contra peregrinos, & aduenas id ageret, verum etiam contra propinquos, & parentes, vt actum fuit contra filias, generum, & nepotes. Laban autem typum tenet Tyrannorum: quippe qui semper rem alienam rapere cupiunt: eorumque substantiam dirimere: probos viros insectantur, præsertim illos, qui student, & laborant fideliter Deo seruire. *Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cumque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis in eodem monte Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob: quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis? Non es passus, vt oscularer filios meos, & filias: stulte operatus es: & nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: Sed Deus patris vestri heri, dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio tibi erat domus patris tui: cur furatus es Deos meos? respondit Iacob: Quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferes filias tuas. Quod autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris: Scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, & aufer: hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset Idola. Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ non inuenit. Cumque intrasset tentorium Rachelis illa festinans, abscondit Idola subter stramenta Cameli, & sedit desuper; scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi: sic delusa felicitudo quærentis est. Tumensque Iacob cum iurgio, ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me, & te: idcirco viginti annis fui tecum; oues tuæ,*

Studiũ Tyrãno rum.

& capræ

& capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum a bestia ostendi tibi, ego omne damnum reddebam: quicquid furtim peribat a me exigebas: die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Sic per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Capitulo trigesimoprimo, versiculo vigesimoquinto, vsque ad versiculum quinquagesimumquintum: Mutauit mercedem decem vicibus: illud decem vicibus sic intelligendum est pro sæpissime, aut sæpius, idest numero finito pro infinito fere numero. *Et Rachel furata est Idola patris sui.* Arias Montanus in Commentarijs suis in Libro Iudicum, capitulo decimoseptimo, arbitratus est idola illa fuisse imagines cœli astrorum certa ratione confectas, & sacratas ad diuinandi abusum. Tostatus declarans quod simulacra fiebant idonea ad reddenda responsa, sic locutus est, erant quædam capita ex metallo in quodam certo tempore, & sub certis siderum aspectibus, & coniunctionibus planetarum facta: vt inde virtus a Cœlo deriuaretur in illud caput, fieretque potens respondendi consulentibus & interrogantibus ipsum: idque fiebat partim per Astrologiam, partim per Nicromantiam. Fecit huiusmodi caput Albertus Magnus de ordine prædicatorum, quod discipulus eius Sanctus Thomas quadam die fregit. Pererius libro de reditu Iacob a Laban, prima disputatione, vt ita Rachel patrem deduceret ab Idolatria hac ratione illi rapuisse Idola eius, arbitratus est: At ex aduerso arbitrati sunt Chrysostomus, Rupertus, Caietanus, Oleaster super hunc locum, quod Rachel quoque studiosa esset Idolatriæ, vtque a puellari ætate per educationem paternam culturæ idolorũ assueuisset. Nonnulli arbitrati sunt Rachelem furatum fuisse Idola patris sui, quod ea constarẽt ex prætiosa materia, vel auri, vel argenti: ex hac opinione fuit Pererius, quæ quidem opinio mihi videtur sane probabilior alijs prænarratis. *Apud quemcunque inueneris Deos tuos necetur coram fratribus nostris.* Super hunc locum auctor prædictus sic inquit. Significare voluit Iacob, vt illi fratres es-

Arias Montanus.

De idolis Laban.

Tostat⁹.

Albertus Magnus.

Chrys. Rupert⁹ Caie. Oleaster

sent arbitri,& iudices cum potestate inquirendi,& cognoscendi, & damnandi quemcumque deprehendissent eius furti reum. Et sic,& filij Laban,& fratres,& omnes qui cum eo propinqui eo nomine a Iacob vocati sunt. Sic ille auctor. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi; forsitan modo nudum me dimisisses, versiculo quadragesimosecundo*, Super hunc locum Genes. multæ sunt opiniones, quas hic non omnes referam breuitatis causa: tantum dicam opinionem illorum,quæ mihi videtur sane probabilior. Timorem Isaac, quem dixit Iacob adfuisse illi, interpretati sunt nonnulli eximiam reuerentiam,& pietatem,qua Isaac colebat, & venerabatur Deum. Alia interpretatio est, pro timore illo intelligendum esse ipsum Deum,quod maxime timendus sit,tum propter omnipotētiam,& iustitiam eius, tum etiam propter infinitam eius maiestatem:non quod ipse Deus proprie sit talis,sed quia talis est effectiue. De Monte Galaad ad quem peruenit Iacob cum persecutus fuit a Laban, sic scripsit Beatus Hieronymus libro de locis Hebraicis. Galaad Mons,ad quem septimo die profectionis è Charis Iacob profugus venit, est ad tergum Phœnicis, & Arabiæ collibus Libani copulatus: extenditur per desertum, vsque ad eum locum,vbi trans Iordanem habitauit olim Rex Sehon Amorrhæorum. Sic Beatus Hieronymus. Mons ille,inquit Pererius libro superius citato, sic appellatus fuit, eo quod tumulum lapidum strui iussit Iacob fœdus percussurus cum socero suo Laban:& sic in lingua Hebræa vocatus est ille Galaad, id est tumulus testimonij. At mons ille altissimus erat, longus circiter quinquaginta milliaria.

Hier.

DE TIMORE IACOB PRO ADuentu Esau. De legatione missa ab ipso Iacob gratia sibi eum reconciliandi. De lucta Iacob cum Angelo.

Caput Octauum.



Acob autem abijt in itinere quo cœperat, fueruntque obuiam ei Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Manahim, idest castra. Misit autem, & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edona, præcepitque eis dicens: Sic loquimini Domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem: Habeo Boues, & Asinos, & Oues, & seruos, & ancillas: mittoque nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo: Reuersique sunt nuntij ad Iacob dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris. Timuit valde Iacob, & perterritus diuisit populum, qui secum erat, greges quoque, & oues, & boues, & camelos in duas turmas dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est saluabitur. Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac. Domine qui dixisti mihi: reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne forte veniens, percutiat matrem cum filijs. Tu locutus es quod benefeceris mihi, & dilatares semen meum, sicut Arenam maris, quæ præ multitudine numerari non

potest. Cumque dormisset ibi nocte illa separauit de his, quæ habebat munera Esau fratri suo Capras ducentas, hyrcos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, Camelos fetas cum pullis suis triginta, Vaccas quadraginta, & Tauros viginti, Asinas viginti; & pullos earum decem. Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis: antecedite me, & sit spatium inter gregem, & gregem, & præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Esau: & interrogauerit te, cuius es? aut quo vadis? aut cuius sunt ista, quæ sequeris? respondebis, serui tui Iacob: Munera misit Domino suo Esau: ipse quoque post nos venit. Similiter dedit mandata secundo, & tertio, & cunctis, qui sequebantur greges dicens, ijsdem verbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum. Et addetis ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur. Dixit enim placabo eum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte illa in Castris. Cumque mature surrexisset tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filijs, & transiuit vadum Iaboch. Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo, vsque mane. Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit: Dixitque ad eum: dimitte me, iam enim Aurora consurgit. Respondit non dimittam te, nisi benedixeris mihi; Ait ergo: quod nomen est tibi? respondit Iacob. At ille nequaquam, inquit Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Capitulo trigesimosecundo Genes. versiculo primo, vsque ad versiculum vigesimumoctauum.

Auctor operis. Narratur in præsenti capite Esau cum quadringentis viris in occursum exijsse Iacob fratri suo, vnde illi contigit maximus terror, & tremor, quoniam videns se inermem, cum vxoribus, & filijs suis, seruis, & gregibus, & pastoribus sociatus nullam defensionem agere potuisset contra Esau fortasse armatum, si eum debellare voluisset. Nam sciebat Iacob, Esau memorem esse, fratrem suum Iacob ius primogenituræ, & benedictionem, (vt illi videbatur) cum fraude sibi

sibi arripuisse: Vnde timor ille rationabiliter contingere potuit. Pro euitando ergo periculo offensionis fratris ad eum mittit legationem sperans cum ipsis muneribus, verbisque illis humillimis se illum placatum iri; Verum Deus consolator omnium afflictorum mittit ad eum vnum ex Angelis suis luctans tota nocte cum eo vsque mane, qui cum non potuisset eum superare tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit: prima visio, quæ contigit Iacob fuit admirandæ illius Scalæ. Altera cum Angelus ei demonstrauit Arietes ascendentes super fœminas. Hæc autem visio luctantis Angeli cum Iacob per totam noctem fuit tertia, quæ Iacob contigit. Sicut inquit Pererius super primum versiculum Gen. capitulo trigesimosecundo. Putauit Caietanus hanc visionem in somnis accidisse Iacob. Rupertus libro octauo Commentariorum suorum in Genes. capitulo secundo, inquit. Ad singularem Beati Iacob laudem, & gloriam pertinet, quod dicatur Angelos Dei fuisse obuiam ei: quasi quoddam insigne victoris, & emeriti viri, cui pro gloria triumphi pompa cœlestis obuiam procedens festina exceptione lætum obsequium præbuerit: & paulo inferius ait ipse auctor. Sic Dominus etiam ipse noster postquam tentationes Diaboli vicerat, exceptus est victor ab Angelis ministrantibus ei. Sic Rupertus. Nempe lucta, quam habuit Iacob cum Angelo, fuit mirabilis, & misteriosa: nam impossibile est eum a creaturis superari, & vici cum ipse protectus sit ab ipso Deo, Declaratur in hoc, quod seruus Dei continuo cum Dæmonibus, & ministris eorum certat, nec tamen ab eis vincitur: verum aliquando occurrit, vt ipsi aliquod magnum malum afferant in corpore illius, sed anima semper protecta, & incolumis manet auctoritate, & potentia Dei: & hoc factum est permissum a Deo, vt iusti non extollant se per superbiam, sed humilient se sub omnipotenti manu in cognitione sui: & cognoscant omne bonum, quod habent, ab eo datum esse, qui ex nihilo cuncta creauit. Et si euenerit, vt iustus ciciderit in aliquod maximum crimen, id factum, & permissum

Caiet.

Rupert⁹

Auctor operis.

permissum est, vt ille se eleuet maiori virtute, & charitate Deo seruiendo. Verum aliquis dicere posset ista certatio, quam habuit Iacob non fuit cum Dæmone, sed cum Angelo Dei: & ad hoc respondetur, quod in certamine illo declaratur, quod vir timens Deum semper debet paratus esse ad tentationem (vt dicit Sapiens) fili si vis seruire Deo præpara animam tuam tentationi. Nam si desierit tentatio à terra, è cœlo mittet eam Dominus; vt videri potest exemplo Iacob, qui cum occasionem non haberet certandi, misit ad eum Dominus Angelum suum, qui tota nocte cum eo luctatus, & ab ipso claudus factus est. Putauit Caietanus, quod Angelus, qui luctatus est cum Iacob, assumeret corpus humanum: & a multis creditur, quod ille Angelus Dei fuisset, quoniam petijt Iacob benedictionem ab eo. Rupertus libro octauo Commentariorum suorum, inquit in hac lucta nobis significata esse certamina, quæ facta fuerunt inter Deum, & populum Iudaicum, quando adorauerunt Hebræi Vitulum aureum. Similiter magnum certamen factum fuit inter illos tempore Eliæ cum populus Iudaicus adorauit Idolum Baal. Sic Deus reuera benedixit Iacob, quando de semine eius Christus carnem assumpsit: Tunc antiquam maledictionem soluit, & gratiam Spiritus Sancti per suam passionem effudit. Sic ex Ruperto. Quomodo vero, Angelum non posse superare Iacob, intelligendum sit: Tostatus, & Lyranus arbitrati sunt Angeli fictionem fuisse; qui sic ostendebat non posse superare Iacob: Quo magis animus cresceret Iacob tamquam potenti resistere Angelo; ratio Caietani videtur magis probabilis esse, quam illæ superius narratæ. Nam inquit ille, quo pacto verificatur, quod Angelus non potuit vincere Iacob luctando? Solutio est, quod Angelus vtitur potentia sua non ex necessitate, sed secundum arbitrium, & præsertim præcipuæ Diuinæ voluntatis; & quod dispositione Diuina Decretum factumque est, vt Angelus assumeret corpus in tanta mensura virium, quod non posset secundum

Caiet. *Rupert⁹* *Quõ Angelus Iacob superare non potuit.* *Tostat⁹.* *Lyran.*

dum eam luctando superare vires Iacob: & sic verificatur, quod Angelus experimento vidit, quod non potuit superare Iacob luctando. Sic Caietanus. Ratio autem cur Angelus tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, inquit Tostatus id fecisse Angelum, vt maiorem ei faceret animum: aut quia non posset eum superare velle ista ratione ex manibus eius auelli, & ab eo discedere. Thomas Anglicus super hunc locum, sic inquit. Carnalis concupiscentia hominis, quæ viget in femore, si Diuina virtute tangatur, protinus torpescit, & languescit. Tostatus scripsit Iacob post ortum Solis sanatum esse ab illa claudicatione. Sanctus Augustinus sermone octuagesimo de tempore super eadem re, sic scriptum reliquit. Iacob in prima colluctatione cum Angelo Iudæorum populum figurabat: Angelus autem, qui cum illo luctabatur, typum Saluatoris Nostri præferebat. Luctatus est populus Iudaicus cum Christo, & quodammodo vicit, quia non destitit eum prosequi, donec morti tradidit. Et qui non totus populus Iudæorum fidem Christi repudiauit, sed non parui eius multitudo in eum credidit; ideo in eius rei figuram Angelus tetigit femur Iacob; & claudicare cæpit; pes enim ille in quo caudicabat Iudæos non credentes in Christum significabat: alter vero pes, qui sanus remanserat, figurabat eos, qui Christi fidem receperant, Sic Beatus Augustinus: At Beatus Gregorius in Homilia decimaquarta super Ezechielem, sic inquit. Post agnitionem suauitatis diuinæ vnus pes in nobis sanus remanet, alter autem claudicat, quia necesse est, vt quisque debilitato amore mundi conualescat ad amorem Dei. Putauit Oleaster Angelum discedere voluisse ante ortum Solis ne agnosceretur: quia nolunt Angeli vulgo sui videndi, aut alloquendi copiam facere, nec familiarius cognosci. Verum Tostatus super hunc locum reddens rationem cur noluerit Angelus Iacob querenti nomen eius notum facere. Sic locutus est; Angeli cum se inuicem secundum substantiam distincte,

Thomas Anglicus. *Tostat⁹.* *Aug.* *Mystica interpretatio.* *Greg.* *Oleaster* *Cur noluerit angelus Iacob nomen suũ declarare.* *Tostat.*

ſtincte, ac proprie cognoſcant, non indigent ſignificatione nominum. Sunt enim Angelis impoſita nomina non ſecundum naturas ipſorum, ſed ſecundum miniſteria, & officia. Sic Toſtatus. *Interrogauit eum Iacob: Dic mihi; quo appellaris nomine? reſpondit cur queris nomen meum? & benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ortuſque eſt ei ſtatim Sol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe vero claudicabat pede. Quamobrem non comedunt neruum filij Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob vſque in præſentem diem, eo quod tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit, verſiculo trigeſimo, trigeſimoprimo, trigeſimoſecundo.* Sequens Iacob antiquum morem Sanctorum Patrum nomen impoſuit ei loco, vbi illi apparuit Angelus vocans eum Phanul ideſt faciem Dei, vt perpetuum apud poſteros monumentum eſſet pietatis erga Deum & ſingularis beneuolentiæ Dei erga illum. Quo in loco poſtea eiuſdem nominis ædificata fuit Ciuitas, & deinceps à Gedeone deſtructa fuit Turris eius Ciuitatis. Sic ex Pererio ſuper illa verba *vocauit nomen loci illius Phanuel*. Quomodo verò intelligenda ſint verba Iacob dicentis ſe vidiſſe Deum facie ad faciem, reſpondit Sanctus Thomas prima parte quæſtione duodecima, articulo vndecimo, ad primum dicens, vidi Deum facie ad faciem referendum eſt non ad ipſam diuinam eſſentiam; Sed ad figuram in qua repræſentabatur Deus. Sic Beatus Thomas. Et ſalua facta eſt anima mea ideſt, nec tamen mortuus ſum, ſed ſaluus, & incolumis euaſi. Putabant antiqui neminem videre poſſe viſionem Angelorum, & deinceps diu manere in vita, vnde in Libro Iudicum, capitulo decimotertio. Sic ſcriptum eſt, *Statimque intellexit Manue Angelum Domini eſſe, & dixit ad vxorem ſuam morte moriemur, quia vidimus Dominum*. Verba autem, quæ dicta fuerunt Iacob ab Angelo cum eo luctante: dicente nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael à Pagnino & Pererio interpretata & expoſita ſunt; fortem eſſe

Perer.

Thomas

De nominis Iſrael interpretatione.

Pagnin.

eſse cum Deo reiectis omnibus alijs expoſitionibus omnium aliorum Scriptorum, & Auctorum ſuper hac ipſa re ſcribentium: Et quamquam ſint grauiſſimi Auctores, qui interpretati ſunt Iſrael uir uidens Deum, attamen ex uerbis conſequentibus mihi uidetur eſse magis rationi conueniens, ut Iſrael intelligatur fortis cum Deo, quam uidens Deum, nam uerba prænarrata ſequentia magis adaptantur ad hunc ſenſum amplectendum, quam ad alium uidendi Deum: exempli gratia ſi interpretetur Iſrael uir uidens Deum, ſane eſt improprius modus loquendi: dicente Angelo Iacob, nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum, ſed Iſrael, ideſt uir uidens Deum: Nam quis non uidet, quod Angelus dicens Iacob: Vocaberis uir uidens Deum, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra hominem præualebis? Hic modus loquendi tribuens Iacob virtutem unam, deinde aliam ei aſſignans uidetur nempe abſurdus, & inconueniens: Quia uir uidens Deum eris, ideo contra homines præualebis. Sed dicente Angelo vocaberis Iſrael, ideſt fortis, quia ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis: videtur eſse modum hunc loquendi proprium & rationabilem fortem eſse cum Deo, & fortiorem cum hominibus.

Auctor operis.

†

DE REVERENTIA EXHIBITA a Iacob fratri suo Esau: Et de humanitate ipsius erga Iacob: a quo digressus iuxta Salem Vrbem posuit tabernacula.

Caput Nonum.

Leuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: Diuisitque filios Liæ, & Rachel, ambarumque famularum, & posuit vtramque Ancillam, & liberos earum in principio. Liam vero, & filios eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis vidit mulieres, & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertineant? respondit: paruuli sunt; quos donauit mihi Deus seruo tuo: & appropinquantes ancillæ, & filij earum, incuruati sunt: Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cum similiter adorassent, extremi Ioseph, & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau, Quænam sunt istæ turmæ, quas obuiam habui? respondit, vt inuenirem gratiam coram Domino meo. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi: Dixitque Iacob: Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente, suscipiens ait: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixique Iacob, nosti Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fetas mecum. Quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum: &

ego

ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad Dominum meum in Seir. Respondit Esau: Oro te, vt de populo, qui mecum est saltem socij remaneant vitæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo, Domine mi. Reuersus est itaque in illo die Esau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo, & fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Socoth, idest tabernacula. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum. Emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula a filijs Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel. Capitulo trigesimotertio Gen. versic. primo, vsque in finem.

Pererius in præfatione præsentis capitis inquit, verba humilia, & demissa cum demonstratione quanti faciamus erga nos beneuolentiam, & gratiam eorum, qui contra nos male affecti, & irati sunt: munera quoque illis largita sunt equidem veri modi, & artes placandi, & reconciliandi animos iratorum hominum: & cuiuscumque viri ferrini. Adoratio autem, quæ a Iacob septies facta fuit, & humilis sermo, qui ab ore ipsius processit, vocans eum semper Dominũ suũ ars fuit, qua uictus, & superatus fuit Esau, ut conatus fuerit eũ amplecti, & stringens collum eius osculari, & flere: Vnde obtulit Iacob seipsum comitem in itinere eius. Adorationes, quæ ab antiquis fiebant, aut erant prono corpore prostrato ad terram: aut per incuruationem corporis declinando caput cum demissione: aut per genuflexionem: aut dexteram illius, qui adorare volebant, ad os suum referendo, & osculando. Sic ex ipso Auctore. An vero Iacob adulatus sit fratri suo Esau dicens, *sic vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei*, dicendum est Iacob, quia valde timebat Esau, vt eum placaret, sic dixisse: aut ex abundanti lætitia, quæ tunc illi contigit pro impetrata gratia a fratre sibi reconciliato, tanto gaudio impleuit cor eius reconciliatio illa, vt sibi visa fuerit facies Esau res supernaturalis, & Diui- *An Iacob adulatus sit fratri suo.*

na: idest inpetratio veniæ ab ipso tantam consolationem ei attulit, vt facere solent res suprenaturales, & diuinæ. An vero mentitus sit Iacob dicens, *veniam ad Dominum meum in Seir*, cum sit, quod deinceps non iuerit in terram illam. Beatus Augustinus soluens istam quæstionem in quæstione centesimasexta super Genesim, inquit. Iacob cum hæc dixit cogitasse ire in Seir, sed postea mutasse sententiam. Tostatus autem super hunc locum, sic scripsit: De Iacob forte melius dicetur ipsum numquam intendisse ire in terram Seir ad fratrem suum Esau, ne tum quidem id promisit: Quare mentitus est: fuit tamen mendacium officiosum, quod non est negandum fuisse in Patriarchis. Sic ipse Auctor. *Transiuitque Iacob in Salem Vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan:* Variæ sunt opiniones Doctorum, vbi situata fuit hæc Vrbs Salem. Caietanus putauit fuisse nomen appellatiuum: Verum Tostatus arbitratus est Salem esse eandem Ciuitatem, quam Sichem, & illam fuisse binominam, sicut Bethel, Luza, Segor appellatæ fuerunt: Certum est istam Ciuitatem non fuisse Hierusalem.

Aug.

Tostat⁹.

DE

DE RAPTU DINAE FILIAE Iacob, & de violatione illius a Sichem Principe illius Ciuitatis. Et de interfectione facta a filijs Iacob Sichimitarum, & de vastatione illius Ciuitatis.

Caput Decimum.

Egressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, Princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque deliniuit blanditijs. Et pergens ad Hemor patrem suum. Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob absentibus filijs, & in pastu pecorum occupatis siluit, donec redirent. Egresso autem Hemor patre Sichem, vt loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat; irati sunt valde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset: locutus est itaque Hemor ad eos. Sichem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ. Date eam illi vxorem: & iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem, & ad fratres eius, ait: inueniam gratiam coram vobis; & quæcumque statueritis dabo: augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam, quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprũ sororis: non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso: quod illicitum, & nefandum

est

est apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari; si volueritis esse similes nostri; & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus, tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias vestras, ac nostras, & habitabimus vobiscum, erimusque vnus populus: si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur, expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclitus in omni domo patris sui. Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum: viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa, & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est, quod differtur tantum bonum: si circuncidamus masculos nostros ritum gentis imitantes. Et substantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus: & habitantes simul vnum efficiamus populum. Assensique sunt omnes, circumcisis cunctis maribus. Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est: arreptis duo filij Iacob, Simeon, & Leui fratres Dinæ, gladijs ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem, pariter necauerunt: Tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri, & asinos, cunctaque vastantes, quæ in domibus, & in agris erant paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon, & Leui: Turbasti me, & odiosum fecistis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius: nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Responderunt: Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra? Capitulo trigesimoquarto Genes. incipiendo à primo versu, vsque ad trigesimum. Caiet. Putauit Caietanus Dinam fuisse ætate annorum quatuordecim cum a Sichem rapta fuit, verum Pererius arbitratus est Dinã, quo tempore raptus ei contingit, fuisse circiter quindecim annorum: & id gestum esse nouem annis post reditum Iacob ex Mesopotamia. Diuus Bernardus in Tractatu de gradibus humilitatis, in primo gradu Superbiæ Iurn.

contra

contra istud Dinæ actum exclamans, inquit, sola curiositate, & otiositate fuisse Dinam in Ciuitate Sichem: At illã curiosam otiositatẽ quis crederet fore paulo post nõ solum ei, sed etiam suis hostibus tam perniciosam? *Augete dotem, munera postulate, & libenter tribuam, quod petieritis.* Mos erat apud antiquos, vt sicut mulier dotem afferebat viro: ita & vir dotem dabat vxori. Volebat igitur Sichem muneribus oblatis filijs Iacob iram illorum placare, & iniuriam, qua illos affecerat, & dedecus, damnumque famæ resarcire. Verum quomodo potuissent illi duo viri fratres Simeon, & Leui arreptis gladijs in Vrbem Sichem introire, & ibi omnes masculos illius Ciuitatis interficere; hoc sane est difficile ad explicandum. Nam cum in illa Ciuitate reperirentur multi viri, credibile est, vt illi multa arma tenerent, tum offensionis causa, tum defensionis: Quippe qui visa occisione facta per duos illos fratres, vnanimes irruerent, & impetum facerent contra illos pro communi defensione totius Ciuitatis. Nec credendum est, quod vulnera circuncisionis, quæ in membris illorum facta fuerunt tantæ efficaciæ, & doloris fuissent, vt penitus ab illis tollerent omnem vim, & fortitudinem se tuendi. At vero nullam aliam rationem video soluendi hanc quæstionem, nisi dicamus, in verbis, quæ hic dicuntur, *interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem, pariter necauerunt*, fuisse scriptum prius, quod factum est posterius. Scilicet quod prius occiderunt Hemor, & Sichem, deinde omnes masculos illius Ciuitatis, præsertim cum auxilijs fratrum, & fortasse seruorum suorum: & sic omnes illi fratres vniti post cædem Hemor, & Sichem singulos masculos illius Ciuitatis interfecerunt: non enim magna Ciuitas illa erat: *Non possumus facere, quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircuncisio.* Putauit Caietanus super Genes. capitulo decimoseptimo, pro verbis istis prolatis a filijs Iacob, vt fœminæ seminis Abrahæ non nuberent, nisi circuncisis.

Auctor operis.

Cur autem in tertio die grauior existant dolor in circumcisione,

Cur in tertio die grauior existat dolor in circumcisione. Perer. cisione, quam in alijs diebus: Pererius prima disputatione super illis verbis, *& ecce die tertio quando grauissimus vulnerum est dolor*, libro de Dina filia Iacob, sic inquit. Influet die secundo pituita, succus nimirum mitis, & moderatus: tertio die bilis flaua succus acer, mordax, & impense calidus: cum quo, propter dolorem, quem affert, & calorem, necessario concurrit sanguis, pariterque febres. Qui quidem Auctor libro superius citato secunda disputatione ait filios Iacob tria peccata commisisse ante cædem Sichimitarum. *Peccata filiorum Iacob in cæde Sichimitarum.* Primum fuit, quod inscio patre proprij iudicij sui impetu id fecerunt. Alterum peccatum fuit mendacium cum pessimo dolo coniunctum. Tertium peccatum fuit tamquam Sacrilegium, Sacramento namque Circumcisionis, quo nihil illi habebant Religiosius, ad machinandum dolosum exitium Sichimitis, id commiserunt. Peccauerunt sane filij Iacob in Sichimitis necantes omnes infantes illarum gentium. Postremo post immanitatem patratæ cædis in omnia bona Sichimitarum hostili furore grassati sunt depopulantes eorum agros, deprædantes cunctos greges, & armenta, diruentes mœnia vrbis, paruulos, & feminas subiugantes captiuitati. Sic ex ipso Auctore. *Plato.* Plato libro quinto de Republica, improbans tale genus vindictæ, sic locutus est. Ponamus itaque legem custodibus, vt neque depopulentur agros, neque igne ædes absumant.

†

DE

DE IDOLIS REPERTIS A IAcob apud domesticos: & subter Terebynthum defossis. De morte Delboræ nutricis Rebeccæ. De apparitione Domini Iacob mutantis ei nomen Israel. De morte & sepultura Rachelis. De coniunctione Ruben cum Bala patris uxore. De morte Isaac, & de ætate eius.

Caput Vndecimum.

INterea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua ait: abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea super terebynthum, quæ est post vrbem Sichem. Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Venit ergo Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse, & omnis populus cum eo: ædificauitque ibi altare & appellauit nomen loci illius, domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est Delbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad Radices Bethel subter Quercum: vocatumque est nomen loci illius Quercus fletus. Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Bethel, dixitque ei dicens. Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, dixitque ei: ego Deus

Hhh Omnipo-

Omnipotens, cresce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredientur. Terramque, quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, & semini tuo post te. Et recessit ab eo: ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: Libans super eum Libamina, & effundens oleum: vocansque nomen loci illius Bethel. Egressus autem inde venit verno tempore ad terram, quæ duxit Ephratum in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cæpit. Dixitque ei obstetrix: noli timere quia & hunc habebis filium. Egredienti autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, idest filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, idest filius dexteræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem Diem. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim, filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. Filij Rachel Ioseph, & Beniamin. Fili Baleancillæ Rachelis Dan & Neptali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ Gad, & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, Ciuitatem Arbea, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex, & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau, & Iacob filij sui. Capitulo trigesimoquinto, Genes. vsque ad versic. vigesimumnonum. Post cedem Sichimitarum credibile est, vt Iacob maximo metu conflitaretur, & angore animi, vndè locutus est ad illum Dominus dicens: surge, ascende Bethel, & habita ibi fac altare Deo: & sic à Domino factum est istud, vt liberaret Iacob ab illa animi amaritudine.

Auctor operis. *Iacob autem conuocata omni domo sui ait; Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt.* Idola quippe, quæ erant in Domo Iacob panes domesticos suos, & quæ ipse iussit abijcere, & se ipsos mundare, ac vestimenta mutare; nihil aliud est, nisi idola pec-

la peccatorum, ac malarum cupiditatum, quæ apud ipsos latebant, ex animo penitus abijci debere, munditia, & iustitia muniri, & indui se illis. Putauit Tostatus Iacob magnam, & profundam foueam fecisse, & omnem metallicam Idolorum materiam prius liquefactam in illam foueam deiecisse, vt sic penetraret in profundum per viscera terræ, vt inde à nemine accipi posset: & ita fecit ne argentum, & aurum denuo inuentum, & acceptum ad vsus hominum applicaretur. *Cumque profecti essent, terror Dei peruasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes.* Beatus Chrysostomus prouidentia Dei valde miratur. Quia Iacob timens ne ipse, & sui, qui pauci erant, non delerentur ab illis gentibus, idcirco mirabili modo Deus eum tutatus est, ingentem animis terrorem immittens, vt quibus illi formidabiles videbantur, eos ipsi vehementer formidarent. Sic ex Beato Chrysostomo. In libro secundo, Paralipomenon capitulo decimoquarto. Legitur pariter magnum terrorem accidisse in exercitu Regis Zaræ Ætyopiæ, dum committebat prælium in Aza Rege Iudæ: erat tamen exercitus Zaræ ferè innumerabilis: exercitus vero Regis Iudę paruus in numero, magnus tamen in fortitudine, & virtute. Rupertus libro octauo, commentariorum suorum allegoricæ hunc locum scripturæ interpretatus est. Sic inquiens. Hoc ordine ascendendum est in Bethel, idest in domo Dei, quæ non est alia, quam ecclesia Christi: primum pristinos abdicare errores, & vnius veri Dei profiteri fidem, quod est auferre Deos alienos de medio Nostri: Deinde baptizari quod est mundari: ac deinceps ambulare in nouitate vitæ, quod est vestimenta mutare: in aures falsæ doctrinæ significant, quas infodit Iacob sub terebynthum, idest sub lignum crucis, subter quod omnia peccata nostra sepeliuntur. Sic ex Ruperto. *Apparuit autem iterū Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei dicens, non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.* Tostatus in Commentarijs suis super hunc locum. Sic inquit. Cum autem quis diu multumque in actiua vita exercitatus, quasi pertransitis gradibus

Tostat. *Chrys.* *Rupert Allegorica interpretatio.* *Tostat.*

peruenit ad culmen vitæ contemplatiuæ, tunc omnis terra, & ſolicitudo humani cordis in vno Deo conquieſcit: & paulo inferius quibuſdam interpoſitis, ſic inquit ille. Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum, quod eſt nomen contemplantis altiſſimum Deum, ſic ex Toſtato. Qui quidem auctor ait, bis ab Angelo mutationem nominis Iacob contigiſſe: & prius vocatum fuiſſe Iſrael, ideſt fortem cum eo, in ſecundo loco appellatum eſſe Iſrael, ideſt videntem Deum; vt qui ex imperfecto ſtatu vitæ actiuæ ad perfectum vitæ contemplatiuæ tranſiret. Verum à Pererio refellitur opinio teſtati libro de mutatione nominis Iacob, ſecunda diſputatione, numero trigeſimo. Sic ſcribente intelligenda eſſe verba illa. Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum, ideſt tanta fortitudine, & præſtantia roboratus à Deo es, vt non ſit conueniens vocari te deinceps Iacob, ideſt ſupplantatorem fratris, id enim paruam fortitudinem, & dignitatem ſignificat, ſed appellari debes Iſrael, ideſt princeps, vel fortis cum Deo, ſic ex ipſo auctore. *Rachel verò impoſuit nomen filio ſuo Benoni, quod interpretatur filius doloris mei. Iacob autem Beniamin, ideſt filium dexteræ.* Sanctus Hieronymus in traditionibus Hebraicis inquit Benoni ſignificari filium laboris, aut fortitudinis, eo quod fuiſſet matre fortior. Beniamin autem interpretari dexterã patris ſui, eo quod pueros tenerius amare, & maiorem curam habere patres videantur. Sic ex Beato Hieronymo. *Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta in via, quæ ducit Euphratha, hæc eſt Bethleem. Et erexit Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus monumenti Rachel vſque in præſentem diem.* Sanctus Hieronymus loco ſuperius cit to, ſic inquit Bethleem Ciuitas eſt Dauid in ſorte tribus Iudæ, in qua Saluator natus eſt: in ſexto milliario ab Aelia, ideſt Hieruſalem contra Meridianam plagam, iuxta viam, quæ ducit Hebron. Sic Beatus Hieronymus. Cur autem Iacob erexit titulum ſuper ſepulchrum Rachel? ad hanc dubitationem reſpondit Pererius libro de mutatione nominis Iacob in Iſrael quarta diſputatione, numero quadrageſimoquinto in hanc ſententiam ſcribens. Ea re declarare

Perer. Refellitur Toſtatus.

Hier.

Hier.

clarare voluit Iacob amorem suum, quo Rachelem coniugem flagrantissime dilexerat: Simulque memoriam in posteros, tam caræ vxoris, quantum in ipso erat prorogare. Sic ex ipso Auctore. In titulo erecto a Iacob super sepulchrum, Rachelis declaratur esse morem antiquum erigere & condere sepulchra, & super ea titulum ponere in honorem, & memoriam illorum, quibus a nobis honorari, & commendari posteritati volumus; nec id esse actum malum, verum laudabile cum hoc factum sit a tanto viro Sanctissimo, vt fuit Iacob qui quidem speculum, & exemplar extitit omnium hominum laudibiliorum. *Egressus inde Israel fixit tabernaculum trans turrem gregis.* Sanctus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genes. super hunc locum sic scripsit. Hunc locum Hebræi volunt, vbi postea templum ædificatum est; & turrim Ader, & turrim gregis significare. Sic ex Beato Hieronymo. *Venit autem Iacob ad Isaac patrem suum in Mambre Ciuitatem Arbee, hæc est Hebron; in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.* Cronologiam vitæ Isaac nunc recensemus secundum quod descripsit eam Pererius libro superius citato super ipsa verba Gen. superius narrata. Natus est Isaac patre eius Abraham centenario ex anno post Diluuium 392 & post orbem conditum bis millesimo quadragesimo octauo: & sic ex cessisse videtur anno bis millesimo quadragesimo octauo: ætatis autem suæ obij t annis centum octoginta: Isaac vero ductus in Montem Moria a patre, vt immolaretur Deo annis natus viginti quinque, aut triginta septem, Rebeccam duxit vxorem anno quadragesimo ætatis suæ, & per viginti annos nullam ex ea suscipiens prolem, Denique cum sexagenarius esset, Iacob, & Esau procreauit. Natus vero annos centum, & triginta septem præter opinionem suam benedixit filio suo Iacob, deditque ei ius primogenituræ putans esse Esau. Et illo tempore misit filium in Mesopotamiam, & per quadraginta tres annos nihil de eo in Sacris literis proditum est. Cum mortuus est Isaac erat Iacob annorum centum viginti, quippe qui ex sexagenario Isaac natus fuerat.

Auctor operis.

Hier.

Cronologia vitæ Isaac.

DE

DE POSTERITATE, ET PROGE-
nie Esau, & de habitatione, & diuitijs illius. De Anna,
qui dicitur fuisse inuentor generationis mu
lorum. An vero Iob fuerit ex
gente, ac stirpe Esau.

Caput Duodecimum.



AE sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. Esau accepit vxores de filiabus Chanaan. Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anna filiæ Sebon Heuæi: Basemath genuit Rahuel, Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Chore: Hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autem Esau vxores suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ & substantiam, & pecora, & cuncta, quæ habere poterat in terra Chanaan: & abijt in alteram Regionem, recessitque a fratre suo Iacob. Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Habitauitque Esau in monte Seir ipse est Edom. Gen. cap. 36. v. 1. vsque 43. Ex naratione præsentis capitis describitur a Moyse progenites, & posteritas Esau, quæ quidem progenies amplitudine, potentia, diuitijs, antiquitate, ac diuturnitate memorabilis fuit, quoniam cum in ipsa posteritate reperiantur multi Duces, & Reges manifeste apparet quanta dignitate, & posteritate a Deo honorata, & decorata fuit posteritas illa. Vnde videtur quod Deus parui faciat diuitias, & bona temporalia eis tribuens, qui capiunt Regnum Cœleste cum sit quod eis, qui mittendi sunt in caminum ignis, id etiã tribuet. *Iste est Anna qui inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret Asinas Sebeon patris sui, v. 24.* Super ista verba orta est quæstio. An Ana fuerit inuentor illarum aquarum in solitudine, an potius generationis Equi cum Asina coeuntis.

Progenies Esau antiquissima & memorabilis.

Tota

Tota vis huius quæstionis pendet in significatione illius vocis Iemim. Latinus Interpres vertit aquas calidas, alij maria, vel stagna. Sanctus Hieronymus in traditionibus Hebraicis refert opinionem illorum, qui dicunt vocem illam significare aquas calidas, aliam vero refert opinionem sic dicentium: Plerique putant, quod equarum greges ab asinis in Deserto ipse fecerit primus ascendi; vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Sic Beatus Hieronymus: Oleaster super hunc locum Gen. sic locutus est: iste est Ana, qui inuenit maria in deserto, idest venas aquæ salsæ, quod forsitan vsque ad illud tempus, neque visum, neque auditum fuerat: & idcirco memorandum esse scriptori visum est. Si autẽ scriptura significare voluisset mulorum generationem non dixisset hic mulos, sed generationem mulorum. Sic Oleaster. B. Thomas in 1. 2. q. 102. explicat: Cur Deus prohibuit in c. 19. Leuitici ne iumenta coirent cum alterius generis animantibus, sic scribens. Vna quidem ratio est ad detestationẽ Idolatriæ Aegyptiorum, qui diuersis commixtionibus planetarum, & animalium vtebantur in seruitium planetarum qui secundum diuersas conuentiones habent diuersos effectus, & super diuersas species rerum. Altera ratio est ad excludendum concubitum contra naturam; tertia ratio est ad tollendam vniuersaliter occasionem concupiscentiæ: Sic B. Thomas. *Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra, v. 33.* Duæ fuerunt opiniones, sicut refert Beatus Hieronymus super genere Iob. Vna auctorum Ecclesiasticorum, genus Iob accrescentium ab Esau. Altera Hebræorum originem eius repetentium a Nachor Syro fratre ipsius Abrahæ. Caietanus super caput primum Iob scripsit incertum esse genus illius. At vero in finem illius discursus sic prodidit. Fuit itaque Iob ex Arabia petręa, ad differentiam, tam Arabiæ desertæ, quam Arabiæ felicis. Verum Pererius libro de progenie Esau secunda disputatione. An B. Iob fuerit ex genere Esau, scripsit Esau genuisse Rahuel, Rahuel Zarã, ex quo natus es Iobab, qui putatur esse Iob. Aristæus Scriptor Istoriæ Iudaicæ prodidit Iob fuisse filium Esau. Putauit B.

Chrys.

Hier. *Oleaster* *Hier.* *Caiet.* *Aristę.*

Chryſ. Chryſ hom. 2. de patientia Iob eum fuiſſe de terra Huz, quæ erat prouincia Eſau, & quintum deſcendentem ex ſtirpe Abrahæ ſcilicet Abraham genuiſſe Iſaac, Iſaac Eſau, Eſau Rahuel, Rahuel Zaram, Zaram Iob. Apparet ex libro Iob patriam ipſius fuiſſe Hus in Regione Idumææ, vbi natus fuerat, & educatus fuit. Ex hac opinione etiam fuere Septua-

Toſtat. ginta Interpretes. Toſtatus quoque ad hanc opinionem acceſſit Regemque ſecundum Edon facit eum, vocauitque ipſum Iobab. Potuit Beatus Iob eſſe in vita, aut tempore Moyſis, aut ante tempus illius. Beatus Gregorius capite primo.

Greg. præfationis in Iob: declarans quis fuerit Scriptor libri Iob in hunc modum ſcripſit. Inter multos ſæpe quæritur, quis libri Iob Scriptor habeatur. Et alij quidem Moyſen, alij vnũ quemlibet ex prophetis Scriptorem huius operis fuiſſe ſuſpicantur. Sic ex ipſo Auctore. Putauit Pererius loco ſuperius citato tertia diſputatione, numero vigeſimo-tertio. Iob fuiſſe circa tempus, quo Iacob cum omni familia ſua deſcendit in Aegyptum, & ſequens Septuaginta Interpretes, & communem ſententiam Patrum concludit Iob eum fuiſſe, qui nominatur hoc capite Iobab ex ſtirpe Eſau, & tertium ab ipſo. Fuit enim Zaræ, cuius pater Rahuel, filius fuit Eſau. Et ſincronon fuit Moyſi per annos circiter 82. Sic ex ipſo Auctore.

Finis Libri Sexti.

GA-



GALEATII TRISSINI VICENTINI.

EXPOSITIONVM super Genesim à varijs Scriptoribus Collectarum.

LIBER SEPTIMVS.

DE VENDITIONE IOSEPH præ inuidia à fratribus suis: & intercessione Iudæ venditi Madianitis, à quibus ductus est in Aegyptum.

Caput Primum.

Abitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est. Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cum sexdecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis ad huc puer: & erat cum filijs Balæ, & Zelphæ vxorum fratris sui: accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum: fecit ei tunicam polymitam. Vi-

dentes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui; Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminarium fuit. Dixitque ad eos audite somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro; & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius: Nunquid Rex noster eris? aut subiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum, inuidiæ, & odij fomitem ministrauit. Alìud quoque vidit somnum, quod narrans fratribus ait: Vidi per somnium, quasi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni mittam te ad eos: Quo respondente præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur: Missus de Valle Hebron, venit in Sichem: inuenitque eum vir errantem in Agro, & interrogauit quid quæreret, At ille respondit, fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir. Recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Iosephe post fratres suos & inuenit eos in Dothain. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuo loquebantur Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusque fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hanc veterem, quæ est in solitudine, manusque vestras seruate innoxias: hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miseruntque eum in cisternam veterem, quę non habebat

habebat aquam. Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stactem in Aegyptum. Dixit ergo Iuda fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius, & prætereuntibus Madianitis negotiatoribus extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis viginti argentei; Qui duxerunt eum in Aegyptum. Reuersusque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum, & scissis vestibus pergens ad fratres suos ait: puer non comparet, & ego quo ibo? tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hædi quem occiderant, tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit an non. Quam cum agnouisset pater ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio Lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meũ in infernũ lugens. Et illo perseuerante in fletum, Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari Eunuch Pharaonis Magistro militum, capitulo trigesimoseptimo, Genes.

Pererius in præfatione libri de Ioseph, & eius venditione. Admiratur multiplices virtutes illius viri, quippe qui, (vt inquit ille) fulserint in eo viro castitas, mansuetudo, cõstantia animi in rebus aduersis, & secundis, prudentia politicæ, & iustitia in regendo imperio, ac demum in rebus occultis futura præuidentia: & solus ipse inter omnes filios Iacob fratres suos dignus fuit, vt vita eius omnibus veri Dei cultoribus multum commendaretur, & in exemplum omnibus proponeretur. Ipse Ioseph multis rebus illustrem Christi typum, & figuram gessit. Sic ex ipso auctore. Erat Ioseph sexdecim annorum quando pascebat gregem cum fratribus suis, & præ inuidia venditus ab ipsis ductus fuit in Ægyptũ. Omne igitur tempus intermedium quatuordecim annorum in seruitute & calamitate transegit. *Et accusauit fratres*

Perer. De virtutibus Ioseph.

Rupert' De crimine quo accusari fuerunt fratres à Ioseph. Tostat'.

suos apud patrem crimine pessimo. Rupertus libro octauo, commentariorum suorum putauit crimen, de quo sic accusati fuerunt fratres à Ioseph fuisse nefandum vitium sodomiticum. Glossa interlinearis, crimen illud pessimum interpretatur, vel incestum Ruben, dormientis cum Nouerca, vel bestialem concubitum cum iumentis: vel dissidia, & rixas inter fratres suos. Tostatus putauit crimen illud fuisse bestialem concubitum. Sic ipse scribens. Satis igitur probabiliter dici potest, crimen illud pessimum fratrum Ioseph fuisse bestialem coitum. Sic ex ipso auctore. Ioseph rectè accusauit, & laudabiliter fratres suos apud patrem, quoniam si correctionem fecisset fratribus suis, ipsi propter ætatem derisuri, & contempturi essent eum; vel maiori odio persecuti eum fuissent. Causæ verò cur ipsi fratres tantopere odissent Ioseph, tres sequentes fuerunt: prima vero quod ipse eos accusauerit apud patrem de crimine pessimo. Altera quod plus a patre diligeretur. Tertia fuit narratio somniorum, pro quibus portendi videbatur fore principem fratrum suorum. Sic ex Pererio libro superius citato tertia disputatione. Beatus Ambrosius libro de Ioseph capitulo secundo, in hanc sententiam scripsit. Qualis esse debeat affectus parentum erga filios, iungat liberos equalis gratia, quos iniunxit equalis natura. Quid mireris si propter fundum, aut donum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Sancti Iacob filios exarsit inuidia. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum, Genes. versiculo tertio.* Philo in libro de Abraham declarans causas cur Abraham tantopere diligeret Isaac scripsit has esse, quod in senectute ei natus fuerat, nam sero natos parentes adamant, vel quia diu desideratos, vel quia nullam postea prolem, vel quod maxime gaudent in illa senectute robustos esse, ac valentes ad generandum. Chrysostomus super hac re in homilia sexta, sic scriptum reliquit. Superna quædam gratia fuit, quæ adolescentem amabilem reddebat, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Sic Chrysostomus. *Fecit ei tunicam polymitam versiculo tertio.*

Cur tantopere fratres odissent Ioseph.

Amb.

Philo.

Chrys.

Oleaster

Oleaster super vocem polymitam inquit esse vestem ex diuersis particulis diuersicolori. Beatus Gregorius in libro primo Moralium super verba Iob capitis primi, quid significet tunica Ioseph. Secundum sensum moralem sic de ea scriptum reliquit. Hinc Ioseph, qui inter fratres vsque in finem iustus perseuerasset, describitur solus talarem tunicam habuisse prohibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? quasi enim protensa tunica talum corporis opetit, cum bona actio ante Dei oculos, vsque ad vitæ nos terminum tegit. Sic Beatus Gregorius. *Videntes fratres, quod a patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, versiculo quarto*. Aristoteles libro septimo Politicorum inquit, magis irritatur animus contra familiares, & amicos, quā contra ignotos, si ab illis contemptum, aut læsum se putat, qui quidem reddēs rationem, quia sic euenit, vt magis homo incitetur contra familiares quam contra ignotos. Sic scribit, quod à quibus deberi sibi beneficium existimant ab eisdem non solum beneficio priuari, sed insuper lędi se censent. *Videntes fratres eius, quod a patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, versiculo quarto*. Inuidia fuit causa, quod fratres tantopere oderunt eum, de qua. Sic locutus est Beatus Basilius in homilia de Inuidia Canes educatione mansuescunt; Leones obsequio, & officio tractabiles fiunt, & obsequibiles: Inuidi ipsis officijs & beneficijs agrestiores, & inimiciores euadunt. Pererius libro de Ioseph quarta disputatione, numero trigesimotertio. Inquit Inuidiam impulisse Caiin ad fratricidium, Saulem ad insectandum Dauidem, Iudæos ad Necem Saluatoris. Finis autem inuidi est si miserum, ex felice, & infelicem, ex fortunato aliquem videat. Sic ex ipso auctore Beatus Gregorius libro quinto, Moralium super verba Iob capitulo quinto, & paruulum occidit inuidia. Sic scribit. Paruulus itaque est, qui inuidia occiditur, quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret. Sic Beatus Gregorius, sed audiamus Basilium, in sermone de Inuidia sic de ea scribentem. Quid ergo nobis faciendum est, vt

Oleaster *De veste polymita.* *Greg.* *Arist.* *Basilius De inuidia.* *Perer.* *Greg.* *Basilius*

est, vt hanc pestem animi ab initio euitemus, aut si ea fortasse capti sumus à nobis longè repellamus? primum quidem si nihil rerum humanarum magnum aut vehementer expetendum putemus: non potentiam, non gloriam, non diuitias, non corporis sanitatem, nec robur, nec pulchritudinē: Non enim in rebus fluxis verum bonum constituendum est, sed æternorum bonorum participatio toto studio appetenda, omnique conatu consequenda est. Sic Beatus Basilius. Sanctus Bernardus in tractatu de gradibus humilitatis in explicatione primi gradus inquit, Ioseph non peccasse narrando somnia fratribus suis: aut si peccasset fuisse leue peccatum, & postea tot calamitatibus, quas est passus, & virtutibus eius, ac benefactis expiatum esse. *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset increpauit eum pater, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram.* Beatus Augustinus in tractatu super Genesim, quæstione centesimauigesimatertia inquit. Nisi in aliquo mysterio dictum hoc accipiatur, quomodo potest intelligi de matre Ioseph, quæ iam erat mortua? Quomodo vero pater adorauerit eum facile expediri potest (ait Pererius) si dicamus tunc adorasse per filios cum munera ei misit, vt Principi, & Domino, & iussit filios nomine suo reuerenter, & honorifice salutare. Beatus Gregorius libro octauo Moralium, narrans causas vnde somnia nascantur, ita scribit. Aliquando somnia ventris plenitudine, aliquando inanitate, aliquando illusione, aliquando reuelatione, aliquando cogitatione, simul & reuelatione generantur. Et paulo inferius ipse Auctor declarans multa somnia a Dæmone fieri, inquit. Etenim nisi somnia plerumque a Dæmone per illusionem fierent, nequaquam Sapiens dixisset Ecclesiast. trigesimoquarto, multos errare faciunt somnia: & nisi quandoque somnia ex mysterio reuelationis orirentur, Ioseph præferendum se patribus per somnium non vidisset: Nec Mariæ sponsum, vt ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium Angelus admonuisset. Sic ex B. Gregorio.

Bern. *Aug.* *Greg.* *Causa somniorum.*

DE

DE SPOLIATIONE IOSEPH Tunica Talaris, & de vend tione ipsius.

Caput Secundum.

Onfestim igitur vt peruenit ad fratres suos nudauerunt eum tunica talari & polymita: miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam, versiculo vigesimotertio, vigesimoquarto. Ab exordio vsque mundi sui cuique Sanctorum fuit crux, quam ferant destinata, & comparata, ait Pererius super ipsa verba visum fuit Lirano, quod Ioseph haberet duas tunicas pro verbis illis nudauerunt eum tunica talari, & polymita. Verum Ioseph non habuisse duas tunicas fecit opinio Beati Hieronymi, qui quidem inquit vocari eam polymitam ob varios colores: Talares verò quia ad talos pertingebat. Credibile est, vt dum mitterent Ioseph in cisternam ipse deprearetur fratres multis precibus, ne tale scelus in fratrem suum committerent, quamquam de hoc Moyse non faciat Verbum. *Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes Aromata, & Resinam, & Stactem in Aegyptum.* Iter illorum ex Galaad in Aeghptum habebat Transitum ex Dothaim vbi morabantur filij Iacob. Pro voce, Aromata, quæ Ismaelitas portabant, arbitror vt intelligere possimus omnia, quibus vtuntur Aromatarij in suis Appothecis pro tuenda valetudine hominum, Resina autem, inquit Pererius super verba prænarrata, est humor tenax ex arboribus defluens. Et pro stacte inquit Oleaster nonnullos interpretari guttam Myrrhæ, *Et prætereuntibus Medianitis negotiatoribus extrahentes eum, de Cisterna vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis, qui duxerunt eum in Aegyptum, versiculo vigesimooctauo.* In hoc capite Genes. versiculo vigesimooctauo, videtur venditum fuisse Ioseph

Destinata: Crux omnibus Sanctis.

Liran.

Hier.

Cur vocata sit polymita.

Resina quid.

Oleaster

Ioseph Ismaelitis, postea in versiculo sequenti trigesimosexto, scriptum est vendidisse Madianitas Ioseph Phutifari Eunucho. Ad explicandum huius quęstionis nodum dicendum est cum Authore Historiæ Scolasticæ super libro Genes. capitulo octuagesimoseptimo, eosdem scriptura vocat Ismaelitas, & Madianitas, & per consequens dicemus eosdem esse. Pereriu- libro de Ioseph, & venditione disputatione sexta, numero septuagesimoquarto, inquit Comitatum illum negotiatorum, quibus venditus est Ioseph, fuisse mixtum ex Madianitis, & Ismaelitis: & sic appellatum esse ex vtroque nomine; verum præcipuè appellatam fuisse illam turmam Ismaelitarum, quia plures numero essent, aut copiosiores merces haberent. Sic ex ipso authore. *Vendiderunt eum viginti argenteis, versiculo vigesimooctauo.* Beatus Augustinus in sermone octuagesimoprimo, de tempore super pretium venditionis Ioseph, in hunc modum scribit. Ioseph per consilium Iudæ triginta Argenteis distrahitur, & Christus per consilium Iudæ Iscariotis eodem numero venundatur. Quod autem diuersis translationibus non æquali pretio Ioseph scribitur venditus, sed alij dixerunt viginti argenteis, alij triginta hoc spiritualiter significatur, quod Christus non æqualiter ab omnibus credendus, aut diligendus esset. Sic Augustinus Beatus Chrysostomus homilia sexagesimaprima, in Genes. admiratur insipientiam filiorum Iacob, qui conati sunt decipere patrem suum tunica Ioseph intincta in sanguine hædi, vt videret si eam esset filij sui an non, simulantes illos nescire an fuisset illa tunica Ioseph, nam licet patrem suum decipere possent, non tamen illum iudicem omnium fallere possunt. Sic ex Beato Chrysostomo. *Descendā ad filium meum Lugens in Infernum, versiculo trigesimoquinto.* Putauit Beatus Basilius, quam lachrimari contingat cum particulæ cerebri concauè euaporationibus ex tristitia collectis dilatæ, quasi per canales & meatus oculorum appareant. Oleaster arbitratus est, lugens in infernum, interpretari lugens in sepulchrum, scilicet lugendo filium meum descendam in sepulchrum. Verum Beatus Augustinus

Auctor Historia Scolastica.
Perer.
Aug.
Chrys.
Basilius. Cur homo motus sit ad fundendas lachrimas
Oleaster

nus libro duodecimo de Genes. ad literam capitulo trigesimotertio, sic inquit. Videtur Iacob timuisse ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt non ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum. Sic Beatus Augustinus. Auctor Historiæ Scolasticæ in enarratione libri Genes. capitulo octuagesimoseptimo, super hunc locum sic scripsit. Erat tunc in inferno quidam locus Sanctorum remotus à locis pęnalibus, qui ob quietem & separationem ab alijs sinus vocabatur, sicut dicimus sinum maris. Appellatus præterea est sinus Abrahæ, quia etiam ibi Abraham fuit in expectatione vsque ad aduentum Christi: sic ipse auctor. Et hæc est sententia communis Theologorum, etiam viros sanctissimos post mortem descendisse ad loca inferni; nec patuisse cuique ad cęlestem gloriam aditum. Verum an ille, qui emit Ioseph a Madianitis, fuerit Eunuchus nec ne, dicendum est, quomodo hic dicitur Eunuchus esse, postea vxorem habere dicatur? Caietanus arbitratus est fuisse istum virum ministrum Pharaonis. Sic scribens. Perinde tamen dictus est Eunuchus, ac si dictus esset minister Pharaonis. Liranus in eadem sententia scripsit, verba illius sunt hæc. Eunuchus aliquando accipitur pro castrato aliquando vero pro ministro vel seruo alicuius Principis. Sic Liranus. Tostatus inquit Eunuchus tripliciter accipi solet. Sic scribens. Est Eunuchus à natiuitate impotens, & necessitate castus quantum ad actum. Alius à se ipso vel ab alijs castratus. Tertius est, qui voluntariè propter Deum & Regnum Cœlorum quodammodo castrauit se amputatis omnibus concupiscentijs, & desiderijs carnis, sed nullo istorum modorum Phutiphar erat Eunuchus. Sic Tostatus. Auctores & Principes Eunuchismi faciunt Reges Persarum, & Mędorum. Amianus Marcellinus primam Eunuchismi Originem refert ad Semiramidem vxorem Nini Regis Assyriorum. Augustinus libro sexto, contra Iulianum Pelagianum demonstrat Eunuchos non carere sensu & libidine voluptatis Venerçæ. Pererius libro de Venditione Ioseph, nona disputatione, numero centesimodecimotertio, inquit sequendam esse tra-

Aug. *Auctor Historiæ Scolastica.* *Limbos patrum.* *Caiet.* *Liran.* *De Eunuchis.* *Tostat⁹.* *Amianus Marcellinus.* *Aug.* *Perer.*

se traditionem Hebræorum quam hoc loco memorat, nec improbat Beatus Hieronymus, Affirmantium istum Phutipharum, quod obscene cogitasset de Ioseph, arrefactis penitus virilibus factum esse Eunuchum: Quod si Lector in hac traditione minimè acquiescit, sequatur opinionem Lirani, Tostati, & Caietani, qui tradunt Eunuchi nomen esse ambiguæ significationis pro eo, qui castratus est, & pro principali ministro apud Regem, siue in palatio, siue domi siue militiæ vsurpari. Sic ex ipso auctore.

DE CONIVGIO IVDAE CVM *Muliere Chananæa, & vindicta in filios ab ipsis procreatos. De incestu Thamar cum Socero suo Iuda. & de procreatione duorum filiorum eius.*

Caput Tertium.

Odem tempore descendens Iuda à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamiten nomine Hiram. Viditque ibi filiam Hominis Chananæi Vocabulo Sua: & accepta vxore, ingressus est ad eam. Quæ concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rursumque concepto fœtu, natum filium vocauit Onã. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela, quo nato, parere vltra cessauit. Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onam filium suum: ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo: ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dominus, eo quod rem detestabilem faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ; esto

vidua

vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne & ipse moreretur sicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autem multis annis mortua est sua vxor Iudæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum ipse & Hiras opilio gregis Odollamites in Thamnas. Nunciatumque est Thamar, quod Socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum; & mutato habitu, sedit in biuio itineris quod ducit Thamnam: eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset Iudas suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum ne agnosceretur. Ingrediens ad eam ait: Dimitte me, vt coeam tecum; nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo? dixit: mittam tibi hædum de gregibus. Rursumque illa dicente patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas quid tibi vis pro arrhabone dari? respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit: & surgens abijt: depositoque habitu quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hedum per Pastorem suum Odollamitẽ, vt reciperet pignus, quod dederat mulieri, qui cum non inuenisset eam interrogauit homines loci illius: vbi est mulier quæ sedebat in biuio? respondentibus cunctis non fuit in loco isto meretrix. Reuersus est ad Iudam, & dixit ei: non inueni eam: Sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi Scortum. Ait Iudas habeat sibi, certe mendacij arguere nos non potest: ego misi hædum quem promiseram, & tu non inuenisti eam. Ecce autem post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: producite eam vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum dicens. De viro cuius hæc sunt concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus ait: iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam. Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum: in qua obstetrix ligauit Coccinum, dicẽs: iste egredietur prior, illo verò re-

trahente manu egressus est alter: dixitque mulier quare diuisa est propter te materia? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius in cuius manu erat Coccinum: quem appellauit Zara capitulo trigesimooctauo, Genes. Cur autem Moyses historiam incestus Thamar cum Iuda scriptis prodere voluit. Pererius in præfatione huius capitis libro de coniugio, & filijs Ioseph, inquit causam fuisse nobilitatem tribus Iuda, ex qua tot tantique Reges, atque à Deo Messias ipse generandi erant: Cuius admirabilis prima origo ex incestu Nurus cum socero visa est Moysi mirabilis, & non reticenda. Putauit Beatus Augustinus libro vigesimosecundo, contra Faustum, quod peccatum & malitia Her fuisset crudelitatis & sæuitiæ. Hebræi putarunt illud peccatum fuisse effusionem seminis extra vas mulieris ne gigneret & prolem haberet: & sic pulchritudo Thamar diutius duraret: & ideo dictus est nequam in cospectu Domini, quia non patebat alijs nequitia eius, sed in abscondito peccatum illud committebat, & ideirco Deus occulte occidit illum tali nempe plaga, quæ satis indicauit mortem eius non naturaliter ei contigisse. Sic ex Pererio secunda disputatione loco superius citato. Verum quis peior fuerit Her, an Onam: Beatus Augustinus libro vigesimo, contra Faustum capitulo octuagesimoquarto, declarat peiorem fuisse Her, quā Onā: Her vero fuisse malignum, & peccasse nocendo Onam autem peccasse iuuare volendo: At Pererius libro superius citato, arbitratus est grauius peccasse Onam, quam Her: Nam inquit ille, Her appellatus est nequam, Onam verò detestandus, quod rem detestabilem faceret; hoc autem grauioris criminis nota est, quam illud; sic ipse auctor. *Ad vnum igitur coitum mulier concepit, versiculo decimonono.* Thamar vero fingens se esse meretricem non leuiter peccauit exponens se libidini transeuntium. Concubitus ille Nurus cum socero malus, & pessimus fuit nec excusatur Thamar à crimine desiderio prolis hoc fecisse, quia non sunt facienda mala vt eueniant bona: Iudas pariter peccauit in concubitu Thamar, & nulla ratio est dubitandi. Beatus Augustinus libro vigesi-

Perer.

Aug.

Aug.

Aug.

Vigesimosecundo contra Faustum capitulo vigesimosexto, declarauit Thamar peccasse in concubitum Iudæ. At è contra putauit Beatus Ambrosius super verba Lucæ Capite tertio, quod non peccasset Thamar in illo concubitu, quoniam id fecit desiderio prolis, verum cum ista opinio contraria sit communi videtur paruipendenda esse. *Dixitque Iudas producite eam, vt comburatur, versiculo vigesimoquarto,* Putarunt Tostatus, Paulus Burghensis, Caietanus, & alij, vt inquit Pererius super ipsa verba, potestatem illam iudicandi pœna capitali fuisse Iudæ delatam à Chananęis tum ob pręstantiam eius, prudentiam, atque virtutem, tum propter matrimonium, quod fecerat cum filia viri Chananæi, cui nomen Sua, & ibi tanquam Chananæum reportatum esse. Aut dicemus fuisse id temporis in more apud gentes, vt qui princeps erat, caputque totius familiæ, in eos, qui eius familiæ sub illius gubernatione essent, plenam & absolutam vitæ potestatem haberet, quando tempus & ratio postulabat, vt vir ille iudicium ageret super vitam alicuius pro aliquo crimine ab eo perpetrato. Cur verò damnata fuerit Thamar pœna combustionis, cum ipsa pœna videatur atrocior fuisse delicto; Peccatum autem fornicationis non meretur pęnam combustionis. Tostatus super ipsa verba inquit Thamar non damnatur ad ignem propter simplicem fornicationem, sed propter adulterium. At è contra Paulus Burghensis putauit Thamar non commisisse adulterium, nec ob id debuisse morte puniri: pœna enim combustionis in solas filias sacerdotum fornicantes, siue adulterantes constituta erat, vt patet Leuitici vigesimoprimo. Caietanus, & Lippomanus in Catena putarunt istam Iudæ sententiam fuisse nimis Sęuã, & iniquam damnantem Thamar pœna combustionis, iam fætum habentem, & animatum gerentem in vtero: & sic supplicio matrem atque filium, idest nocentem, & innocentem damnare, sanè iniquum & barbarum fuit. *Instante autem partu apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum: in qua obstetrix ligauit Coccinum dicens: iste egredietur prior versiculo vigesimoseptimo, & vigesimooctauo.*

Amb. *Tostat⁹. Burghensis. Caiet.* *Cur dãnata fuerit Thamar pœna combustionis.* *Tostatus Paulus Burghensis. Caiet. Lippomanus.*

Perer. Comparatio inter ortũ Esau, & filios Iudæ.

mostiano. Pererius libro de Coniugio, & filijs Iuda super verba prænarrata inquit, fuisse consimilem generationem horum infantum generationi Iacob, & Esau: Nam & illi inuicem intra vterum se collidebant, & quasi concertantes quis prior egrederetur, vterque ambiebat esse prior in manifestatione sui mundo; & prodigiosum fuit, nam Iacob plantam pedis manu tenebat: ita hic vnus manus extra vterum protulit; sed statim retrahens manu cedens alteri locum, fuit secundus in ortu. Coccinum quo obstetrix ligauit manum puero fuit filius rubeus, quem ad manum pueri posuit illa, vt agnosceret quis prior egrederetur: putans obstetrix, quod ille qui prius manum extra vterum protulisset, etiam prior fuisset in egressu vteri matris. Nunc dicemus quid significare videtur secundum sensum allegoricum, illi duo gemini in vtero matris, quorum secundus egrediens, prius protulit extra vterum manum eius, & alligatum ei fuit Coccinum, iste verò figura fuit populi gentilis, ex quo oriundus erat Messias portans secum illud signum Coccinum in manibus, quem acquisiuit in morte & passione eius. Nomen illius, qui secundus apparuit in ortum fuit Zara, qui interpretatur Oriens; Cui illud nomen melius adaptatur, quam illi, qui facit oriri Solem suum super iustum & iniustum, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; Phares autem secundum Isidorum super hoc loco interpretatur diuidens, & fuit figura Hebræorum, quia diuidendi erant Hebræi, & segregandi in omnes regiones, & plagas mundi post mortem Domini, sicut factum fuit tempore Imperatorum Vespasiani & Titi.

Allegorica expositio Auctoris.

DE

DE IOSEPHO DVCTO IN AEGYPTUM, qui dilectus fuit a Domino suo. De accusatione falso ei data ab vxore Domini sui, quapropter inclusus fuit in carcere, vbi a Domino carceris dilectus fuit.

Caput Quartum.



Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Phutiphar Eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus Syri, vir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitauitque in domo Domini sui, qui optime nouerat Dominum esse cum eo: & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo & ministrabat ei, a quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum. & vniuersa, quæ ei tradita fuerant: Benedixitque Dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in Agris cunctam eius substantiam: nec quidquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit Domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Huiuscemodi verbis per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: & illa appræhensa lacinia vestimenti eius diceret, dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio

pallio fugit, & egreſſus eſt foras. Cumque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cumque ego ſubclamaſſem, & audiſſet vocem meam reliquit pallium, quod tenebat, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum, & ait ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti, vt illuderet mihi, cumque audiſſet me clamare reliquit pallium, quod tenebat, & fugit foras. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valde: tradiditque Ioſeph in carcerem vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius, dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos, qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat: Capitulo trigeſimonono Geneſ.

Perer. Duo in ſacris literis traduntur inſigna caſtitatis exempla ait Pererius in præfatione ſuperioris capitis Gen. Alterum Ioſeph, alterum in Suſanna. Sed illud Ioſeph plura habuit incitamenta ſcilicet iuuenilem ætatem, ſecretum loci, ſecuritatem criminis, fragrantiſſimam Dominę ſuæ voluntatem: cui ſi aſſentiretur ingentia ſperare commoda potuit. Sic ex ipſo auctore. Verum excellens caſtitas apud Ethnicos etiam ſemper magno in honore fuit. Memorabilia exempla caſtitatis apud Antiquos hæc fuerunt, Amabęus Citharedus inquit Elianus libro de varia Hiſtoria tanta fuit caſtitate, vt vxorem, quam formoſiſſimam habebat, nunquam attigerit. Et paulo inferius inquit ille. Architas adeo modeſtus, & continens erat, vt verba parum decora abhorreret. Valerius Maximus libro quarto, inquit de quodam iuuene pulcherrimo Spurina nomine appellato, ſui oris decorem vulneribus cõfodiſſe, vt ſuſpectum leuaret viris, ac parentibus fęminarum Illuſtrium, quæ oculos in eum tenebant. Rupertus libro octauo Commentariorum ſuorum in Geneſ. capitulo trigeſimotertio, quatuor inſignes Virtutes tribuit Sancto

Exẽpla, Memorabilia caſtitatis. Elianus. Valerius Maxim⁹ Rupert⁹

Iuueni

Iuueni Ioseph; scilicet Temperantiam, Iustitiam, Fortitudinem, & Prudentiam. *Nec quidquam aliud nouerat, nisi panem, quo vescebatur, versiculo sexto.* Putipharem adeo curam omnium rerum suarum contulisse in Ioseph, vt ipse nihil prorsus curaret nisi edere, & bibere interpretatus est Pererius super verba prænarrata. Beatus Chrysostomus tractans hunc locum homilia sexagesimasecunda in Genes. inquit malam bestiam diabolum esse: insanit, fremit dentibus, nec videre potest iustum in dies magis durescere. Quocirca profundum Baratrum effodit, quo illum maximo damno præcipitet & naufragium faciat. Sic ex Chrysostomo. In eadem ferè sententia videtur locutus esse Pererius libro de seruitio Ioseph in Aegypto super versiculo septimo Genes. huius capitis; verba illius sunt hæc. Non enim patitur Diabolus Sanctos Dei seruos quiete agere, sed infestat, & vexat illos, vt assidua tentationis molestia inquietans eos de proposito & studio colendæ virtutis detrahat: nam quo magis crescit eorum virtus, eo magis crescit eius inuidia, & cupido perdendi bonos. Sic ipse. Ambrosius libro de Ioseph capitulo quinto, admonens nos cauere oculos fœminarum. Sic locutus est. Discant etiam viri cauere oculos fœminarum: adamatur enim etiam, qui voluit amari: denique adamatus est Ioseph, qui amantem contempserat. Sic Ambrosius. Quomodo ergo possunt hoc malum facere? Viri Sancti Promptissimi sunt ad faciendum bonum; malum autem facere videtur illis nec scire, nec posse. Tria vincula sunt quibus viri sancti fortissimè constrictos se sentiunt, ne possint Deum offendere. Primum vinculum est Reuerentia Diuinæ Maiestatis vbique præsentis. Alterum vinculum est timor Dei, quem generat in animis nostris. Tertium est recordatio seuerissimi iudicij Dei incredibili rigore vindicantis peccata. Sic ex Pererio loco superius citato super ipsa verba Genes. Iosephus libro primo antiquitatum scripsit super hac re satis diffusè, narrans elegantem orationem, quam fecit mulier Ioseph pro inducendo eo ad perpetrandum crimen: fingens se esse infirmam cum lachrymis, &

Chrys.

Amb.

Ioseph.

blanditijs quærebat flectere voluntatem iuuenis, quando ille aufugit ab ea relinquens palium in manu illius. Beatus
Chrys. Chrysostomus admirans continentiam, & castitatem Ioseph ait non tam admirabile fuisse illos tres iuuenes illæsos fuisse in fornace ardenti Babiloniæ, atque intactos permansisse, quam admirabile & rarum est hoc quod dicitur
Ioseph⁹. de Sancto viro Ioseph. Iosephus loco superius citato inquit, Phutiphar victus oratione ac lachrymis mulieris plus equo, ei tribuens omissa veritatis inquisitione Ioseph damnatum in carcerem coniecit. Ioseph verò innocentiam suam Deo committens, neque se defendere curauit, neque rem vt gesta erat indicare voluit. Sic ex Iosepho. Cur verò Domi-
Chrys. nus Ioseph non iusserit occidi: Chrysostomus homilia sexagesimasecunda in Genes. inquit hoc dispensatum fuisse à Deo, & ita superna manus Dei Barbarum illum detinuit,
Amb. ne in iusti cedem rueret. Sanctus Ambrosius libro de Ioseph, capitulo quinto, super hanc rem ita scriptum reliquit. Non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetuntur, & oppressà iustitia detruduntur in carcerem: Visitat Deus in carcere suos; & ideo ibi est plus auxilij, vbi est plus periculi.
Allegorica auctoris. Sic Beatus Ambrosius. Nunc dicemus secundum sensum allegoricum quid significari videtur Ioseph detrusus & coniectus in carcerem propter calumniam illius iniquæ mulieres illatam. Ioseph autem figura fuit insignis Christi Domini, qui veniens in mundum a Synagoga præfigurata in muliere calumniatus est, & deiectus in carcerem. At ipse à Domino Deo factus fuit princeps carceris, idest punitor & liberator omnium scelerum & peccatorum, & inde egressus factus fuit secundus in Regno apud Regem Pharaonem, idest post passionem illius deuicta Morte, Peccato, & Inferno data ei fuit omnis potestas in Cœlo, & in terra, & secundus in Regno fuit apud Regem gloriæ; & sic in æternum permansurus est.

DE

DE IOSEPH, QVI CVM ESSET præsidens carceri duo somnia interpretatur, alterum Pincernæ Regis Pharaonis, alterum pistoris: de quibus sicut prædixerat manifeste apparuit veritatem dixisse.

Caput Quintum.

Is itaque gestis, accidit vt peccarent duo Eunuchi; Pincerna Regis Aegypti, & pistor, Domino suo. Iratusque contra eos Pharao (nam alter Pincernis præerat, alter Pistoribus) misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus, et Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte vna iuxta interpretationem congruam sibi, ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicens: cur Tristior est hodie solito facies vestra? qui responderunt, somnium vidimus & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph. Nunquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior Præpositus Pincernarum somnium suum: Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores, vuas maturescere: calicemque Pharaonis in manu mea: Tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij tres propagines tres adhuc dies sunt: post quos recordabitur Pharao ministerij tui & restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem iuxta officium, sicut ante facere consueueras. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere: quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in

a cum missus sum. Videns Pistorum Magister, quod prudenter omnium dissoluisset, ait: & ego vidi somnium: quod tria canistra farinæ haberem super caput meum: & in vno canistro, quod erat excelsius portare me putabam omnes cibos, qui fiunt arte pistoria auesque comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio Somnij: Tria canistra Tres adhuc dies sunt: post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius Natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas Magistri Pincernarum, & Pistorum Principis. Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum: alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Genes. capitulo quadragesimo. Pererius libro de interpretatione somniorum à Iosepho in carcere super verba. *Nunquid non Dei est interpretatio*, inquit; His verbis significatur somnia illa non potuisse ratione humana exponi, sed eorum interpretationem ex Deo euenire necessum esse. Significauit etiam Ioseph istis verbis se non more aliorum coniectorum, vel sugestu diaboli; sed reuelatione Dei somnia illa interpretaturum. Putauit Sanctus Augustinus in sermone octuagesimosecundo, de tempore quod Ioseph peccaret, dicens memento mei cum tibi bene fuerit, & supplica Pharaoni, vt educat me de isto carcere, pro qua re, inquit ille, additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, & quamuis Ioseph Sanctus fuerit, attamen tunc sine peccato esse non poterat, ideo tanto tempore fuit in carcere clausus: vt in eo impleretur quod scriptum est: ego quos amo arguo, & quos diligo castigo. Sic ex Beato Augustino supplicium Crucis antiquissimum est semperque habitum atrocissimum, & ignominiosissimum: sicut antiqua superstitio hæc apud Principes fuit diem suum Natalem ingenti magnificentia celebrare. Legitur in Plinio libro tertio Epistolarum Silium Italicum adeo memoriam Virgilij coluisse, vt natalem eius celebraret Neapoli, vbi monumentum eius adire vt templum solebat. Atècontra in libro Iob legitur illum

Aug.

Supplicium crucis antiquissima

Plinius.

Honor exhibit⁹ a Silio Italico Virgilij memorię.

Iob.

lum dixisse, pereat dies in qua natus sum, reputantem se esse in peccato conceptum. Verum Ecclesia Catholica tres duntaxat natales dies celebrat scilicet Christi Domini, Deiparæ Virginis, & Præcursoris Domini Ioannis Baptistæ. Cur autem id faciat & permittat Ecclesia, dicemus hoc factum esse, quia in Natiuitate Christi exultabant Angeli Dei fuit: in Beatæ Virginis Natiuitate gaudium annũciatũ vniuerso mundo: & de Ioanne Baptista dicitur, & multi in Natiuitate eius gaudebunt. Si igitur Angeli exultant, & gaudent in Natiuitate Domini, & in Natiuitate Beatæ Virginis, & Percursoris Domini dictum est, & in Natali eorum gaudium magnum annunciatum est vniuerso mundo, rationabiliter Sancta Ecclesia celebrat Natales eorum. Philo super interpretatione duorum somniorum Ioseph inquit vitam hominum, resque mortalium esse quasi somnia. Rupertus exponens allegoricè ista duo somnia Ioseph ad mysterium prædestinationis & reprobationis hominum super hac re in hunc sensum locutus est. Ambo quippe in eum peccauerunt: ambobus iratus ille fuit: ambos in carcerem misit. Exinde recordatus amborum: Alterum eorum restituit in pristinum gradum: alterum in patibulo suspendit, & paucis interpositis sic inquit ille. Ergo duo sunt rei, sed vnus assumitur, & alter relinquitur. Tum igitur ò homo quis es vt respondeas Deo, cum Pharaoni similiter facienti respondere non possis? Sic Rupertus; qui quidem auctor adiecit eandem historiam Pincernæ, & Pistoris figuram fuisse, quod successit Christo in Cruce inter duos latrones pendenti. Nam inquit ille, sicut Pincernam Pharao restituit in pristinum ministerium, & honoris gradum: Magistrum autem Pistorum, suspendit in patibulo, & sicut latronum alter confitens Paradisum cum Domino introiuit, alter verò non credens mortuus est in peccato suo; sic per Christi passionem gentilis populus in gratiam recipitur, & Iudaicus in iram missus est.

Tres natales dies ab Ecclesia celebrati.

Philo.

Rupert⁹ Allegorica expositio.

DE LIBERATIONE IOSEPH E carcere, & de interpretatione duorum somniorum Pharaonis. Quamobrem valde honoratus a Rege præpositus in vniuerso Aegypto Annonæ ducta vxore Aegyptia, ex ea duos filios procreauit.

Caput Sextum.

Post duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus, Aliæ quoque septem emergebant de flumine fędę, confectæque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus: deuorauerunt que eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao rursum dormiuit, & vidit alterum somnium: septem spicæ pululabant in culmo vno plenæ atque formosæ: aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, & facto mane pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctosque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens Pincernarum Magister ait: confiteor peccatum meum: iratus Rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vterque vidimus somnium præsagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus Ducis militum famulus: cui narrantes somnia audiuimus quicquid postea rei probauit euentus. Ego enim redditus sum officio meo; & ille suspensus in cruce. Protinus ad Regis Imperium eductum de carcere Ioseph totunderunt, ac veste mutata, obtulerunt ei, cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat; quæ audiui te sapientissimè conijcere. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat.

rat. Putabam me stare super Ripam Fluminis, & septem Boues de amne conscendere pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastum, paludis virecta carpebant. Et ecce, has sequebantur aliæ septem boues in tantum difformes, & macilentæ, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim: quæ deuoratis & consumptis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie, & squalore torpebant. Euigilans rursus sopore depressus vidi somnium: septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septem tenues, & percussæ vredine oriebantur e stipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est, qui edisserat. Respondit Ioseph somnium Regis vnum est: quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt, eandemque vim somnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues & vento vrente percussæ septem anni venturæ sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Aegypti, quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. Quod autem uidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei; & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Aegypti: qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis; qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, Seruetúrque in vrbibus. Et præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Aegyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius: Locutusque est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum qui spiritu Dei plenus sit? dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? tu eris super domum meam, & ad oris tui imperium cunctus populus obediet: vno tantum Regni solio te præcedam. Dixitque rursus

Pharao

Pharao ad Ioseph. Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti: tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamarte pracone, vt omnes coram eo genuflecterent, & pra positum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque Rex Aegypti ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo Imperio non mouebit quisque manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi: Deditque illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti: Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coequaretur, & copia mensuram excederet. Nati sunt Ioseph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis Sacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti Manasses, dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim dicens: crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem vbertatis annis, qui fuerunt in Aegypto: cęperunt venire septem anni inopiæ: quos prædixerat Ioseph & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem Aegypti terra, panis erat, Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: ite ad Ioseph, & quidquid vobis dixerit facite: crescebat autem quotidie fames in omni terra. Aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptijs: Nam & illos oppresserat fames, omnesque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent. Capitulo quadragesimoprimo Genes. Verum an Pharao fuerit Propheta nec ne Beatus Gregorius super Verba Iob, capitulo decimotertio, libro vndecimo Moralium de hac re sic scripsit. Vidit enim Pharao per somnia, quæ erant Aegypto ventura, sed quia nequiuit intelligere quod vidit, pro- *Greg.*

pheta

pheta non fuit. Sic Balthassar aspexit articulum manus scribentis in pariete, sed Propheta non fuit, quia intellectū rei, quam viderat, non accepit; Sic Beatus Gregorius: & hęc fuit pariter sententia Beati Thomæ. An vero illa vbertas, & sterilitas Ægypti naturaliter, an præter naturam facta sit, ad hanc dubitationem respondet Pererius libro de interpretatione somnij Pharaonis, & Ioseph prima disputatione, numero octauo, dicens fecisse Deum pręter vim, & ordinem naturæ, vt illo tempore incrementum Nyli, quod est causa abundantiæ, & sterilitatis Ægypti per septem annos continuos fuerit vltra sexdecim, vel decem, & octo cubita: Vnde tanta fertilitas illa Aegypti secuta est. Contra vero, vt per annos septem proxime subsequentes, perexiguus Nyli esset auctus; infra duodecim cubita, aut etiam quinque, ex quo famem summam accidere necesse fuit. Sic Pererius. Duo somnia, quæ vidit Pharao, dicuntur vnum esse, quia eandem significationem habet tam vnum, quam alterum: Nam ad maiorem certificationem veritatis illius somnij geminata fuit visio missa a Deo. Tales vero geminatæ visiones interdum significare videntur celerem rei euentum, immo instantem, & propinquum: Lyranus facit duplicem causam fertilitatis terræ, altera est, quæ procedit ex seminatione bona tritici, quā denotabant spicæ illæ multiplices, & plenæ: altera est bona terræ arratio, & cultura, quod præfigurauit visio pinguium bouum. Contrariæ res causa sunt sterilitatis, mala sementis seminatio, quam significabant spicæ illæ siccæ, & vento vrente percussæ: & mala terræ arratio, quod prænotabatur in illo somnio per vaccas macilentas. Sic ex Lyrano. *Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius.* Hinc videtur morem antiquissimum fuisse vsum annulorum. Nam inquit Pererius libro superius citato. Alexander Magnus post debellatum Darium, & Asiæ Imperium comparatum duobus annulis signandi gratia vtebatur. Literas enim suas in Europa scriptas veteris annuli sui obsignabat. Quas vero in Asiam mittebat his Darij annulus imponebatur. Byssus est tenuissimum, atque candidissimi genus

Thom.

An vbertas, & sterilitas Aegypti naturaliter facta sit an præter naturam.

Lyran. Duplex causa fertilitatis.

Perer. Annulorū vsus antiquissimus.

Lini olim maximo in prætio, & honore habitum, & principibus, viris, & Sacerdotibus vsitatum, in cuius locum postea videtur successisse purpuræ vsus. Sic ipse Auctor. *Clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent.* Targus Hierosolymitanus explanans hunc locum, sic inquit. Et ecce præconizabant coram Ioseph, & dicebant. Viuat pater Regis, qui est princeps in sapientia, & tener in annis. Opinio Hebræorum, Sancti Hieronymi, Ruperti, & Tostati fuit, vt Phutiphar socer Ioseph fuerit ille, qui emit eum ab Ismaelitis. Atè contra Augustini, Lyrani, Lippomani, & Oleastri fuit opinio, vt alius fuisset: & sic credendum est. Sanctus Hieronymus libro de locis Hebraicis declarans, quæ fuerit Ciuitas Heliopolis, sic tradit. On est Vrbs in Aegypto, quæ Eliopolis Græce dicitur, idest Ciuitas Solis, quam ædificauerunt filij Israel. De ista Ciuitate in Libello Terræ Sanctæ, hæc tradit Borcardus. Heliopolis est opulenta, & diues; sed immunita: Abundat autem omnibus mundi delitijs: Sic ipse Borcardus. Ioseph post explanationem illorum duorum somniorum Pharaoni, data fuit potestas super omnem terram Aegypti, & secundus in Regno creatus est, qui quidem tempore abundantiæ redactas segetes in manipulos, congregauit eas in horrea Aegypti, & vendebat Aegyptijs, & hoc modo facile prouisum fuit illis gentibus, ne fame perirent. Ioseph, qui vocatus fuit a Pharaone Saluator mundi fuit Illustris figura Christi Domini; nam Saluator mundi tempore accepto prædicationis docuit eam palam, omnes gentes: & fortitudine illius introduxit in homines abundantiam virtutum, & expulit vitia, quæ in vinculis tenebant tunc vniuersum mundum, pro qua prædicatione expulsa fame, facta est abundantia in vniuersa terra Aegypti, idest toto orbe terrarum. Data fuit Ioseph vxor filia Sacerdotis Heliopolæos a Pharaone, in qua præfigurata fuit Gentilitas, quam sibi Christus Dominus sociauit in vxorem filiam Sacerdotis Heliopolæos, idest Solis. Nempe filia, quam accepit in vxorem Dominus Iesus, fuit filia Sacerdotis maximi, idest Solis iustitiæ. Quæ ab illo æterno Rege or-

nata

Targus Hierosolymitanus. *Hier.* *Rupert.* *Tostat.* *Aug.* *Lyran.* *Lippomanus.* *Oleaster* *Hier.* *Borcardus.* *Allegorica interpretatio Auctoris.*

nata suo sponso, & decorata tot donis, & virtutibus fuit, vt quis non viderit, nec intelligere, nec capere potest. Ab anno trigesimo deinceps per totam vitam, quam vixit Ioseph, in perpetua gloria, ac prosperitate fuit: & per hoc declaratur, quod Sanctis viris in hac vita contingit, quorum nempe labores valde breues; præmia vero in altera vita sempiterna sunt.

DE MISSIONE FILIORVM IAcob in Aegyptum pro habendis alimentis, quibus viuere possent: vbi a Iosepho dure tractantur, qui dimissi sunt relicto Simeone, tamquam obside.

Caput Septimum.

Vdiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? audiui quod triticum venundetur in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consummamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin Domi retento a Iacob, qui dixerat fratribus suis: ne forte in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram Aegypti cum alijs, qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioseph Princeps erat in terra Aegypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur interrogans eos: Vnde venistis? qui responderunt de terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. Recordatusque somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: exploratores estis, vt videatis infirmiora terræ venistis. Qui dixerunt: Non est ita Domine, sed serui tui venerunt, vt emerent cibos.

bos. Omnes filij vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui mach. nantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est immunita terræ huius considerare venistis. At illi dixerunt: Duodecim, inquiunt, serui tui fratres sumus, filij viri vnius in terra Chanaan, minimus cum patre nostro est alius non est super. Hoc est, ait quod locutus sum: exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus; Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur, quæ dixistis vtrum vera, an falsa sint, alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis: tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait facite, quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici estis; frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta, quæ emistis in domos uestras: & fratrẽ uestrũ minimũ ad me adducite, vt possim uestros probare sermones, & nõ moriamini: fecerunt vt dixerat, & locuti sunt ad inuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum: videntes angustias animæ illius dum depretaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audistis me. En sanguis eius exquitur. Nesciebant autem quod intelligeret Ioseph: eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos. Tollensque Simeon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris, vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibarijs in via, qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in Asinis suis profecti sunt: Apertoque vnus sacco, pro ut daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus, pecuniam in ore sacculi; dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuo dixerunt: quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Veneruntque ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia, quæ accidißent sibi, dicentes: Locutus est nobis Dominus terræ duræ, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respondimus: pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus; Vnus non est super, minimus

cum patre nostro est in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quod pacifici sitis: fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite; fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam, quod non sitis exploratores: & istum qui tenetur in vinculis recipere possitis: ac deinceps, quæ vultis habeatis licentiam emendi His dictis cum frumenta effunderent, singuli reperierunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus, dixit pater Iacob: absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben. Duos meos filios interfice, si non reduxero illum tibi. Trade illum in manu mea, & ego illum tibi restituam. At ille non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit: si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos, Capitulo quadragesimosecundo Genes. Cur vero tantopere Ioseph celauerit patrem suum, vel seruitutis suæ in Aegyptum vel prosperitatis, & gloriæ statum, super hanc dubitationem sic respondet Pererius in præfatione huius capitis assumendo responsum a Beato Augustino, dicens hoc esse factum singulari consilio, & voluntate Dei, qui voluit tamdiu Iacob in eius ignoratione versari, quod diuturniori dolore affligeretur a quotidianis delictis, quibus etiam Sanctissimorum virorum vita non vacat, magis purgaretur: & tanquam aurũ purificatũ igne, augesceret merita in terris, & prẹmia in Cœlis ampliora fierent. Sic ex ipso Auctore. Beatus Augustinus in sermone octuagesimosecundo de tempore, inquit, ab initio Mundi consueuisse Deum seruos suos per varias tribulationes a peccatis purgare. Putauit Pererius loco superius citato, Deum indicasse Ioseph per singularem aliquam reuelationem, quod ipse fieri constituisset in omnibus, quæ ipse gessit, & quemadmodum vellet, vt Ioseph gereret se erga patrem, & fratres suos. Beatus Augustinus in sermone octuagesimosecundo de tempore, tradit Ioseph, tam dure, & aspere fratribus suis locutum esse, vt illi ad pœnitentiam, & agnitionem peccatorum suorum traherentur

Perer.
Aug.
Aug.
Aug.

& libe-

Theodoretus. & liberarentur. Theodoretus in quæstione centesima in Genes. hæc scribit. Cur statim visis fratribus se duriorem præbuit? Memor Ioseph eorum, quæ in ipsum commiserant, cum non viderit Beniamin vna cum ipsis venisse, suspicatus est tale quidpiam in illo eos perpetrasse. At vbi cognouit illum superesse, tum venia; tum omni subuentione illos excepit. Sic Theodoretus. Cur autem Ioseph non sit agnitus a fratribus suis, Respondit Pererius libro de profectione filiorum Iacob in Aegyptum: fuisse sequentes causas. Mutatio staturæ, quæ prius erat parua, nunc autem grandis, & procera erat. Aetas vero, in qua reperiebatur multum differens erat ab illa parua ætate, in qua fuit ductus in Aegyptum: imberbis erat eo tempore, tunc autem barbatus; varietas etiam vestimenti, & ornatus eius, valde dissimilem reddebat eum. Postremo lingua, & sermo, quo vtebatur non sinebat eum agnosci a fratribus suis. Porro Ioseph facile potuit cognoscere fratres suos, quia nec habitu, nec statura, facie, & voce, magna fuit mutatio. Sic ex ipso Auctore, An vero Ioseph mendacio peccauerit dicens fratribus suis: exploratores estis, vt videamini infirmiora terræ venistis. Respondet

Cur Ioseph nō sit agnitus a fratribus suis.

Bonau. Diuus Bonauentura in tertio Sententiarum, distinctione trigesima octaua, aiens: Verba Ioseph non fuisse asseuerando dicta, sed tentando, & inquirendo. At ego arbitratus sum, vt sic Ioseph locutus sit fratribus suis, vt agnoscerent illi, quam impie egissent eum vendendo Ismaelitis: & manifeste aspicerent, quomodo incaute in foueam ceciderint, vbi peccata eorum illuc adduxerint: & quomodo potuit ille si voluerit eos punire scelera eorum contra ipsum patrata. Potuit etiam hoc factum esse a Ioseph, & dictum per derisum, & iocum declarando eius potentiam ipsis incognitam: Thomas Anglicus declarans iuramentum Ioseph qualis fuerit super hac re: sic locutus est. Iurauit Ioseph per salutem Pharaonis, tanquam in Pharaone venerans Regiam potestatem ipsi a Deo datam: & tamquam per quendam notabilem Dei effectum, qualis profecto erat Pharaonis vita, & salus, quam vtique secundum Deum erat sibi cara, amabilis, & venerabilis.

Thomas Anglicus.

nerabilis. Hunc autem modum iurandi signanter assumpsit Ioseph, quo magis occultaret se ipsis, magisque terreret eos per auctoritatem,& familiaritatem Pharaonis,quam tali iuramento vtens,habere se demonstrabat. Sic Thomas Anglicus. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustias animæ illius,dum deprecaretur nos,& non audiuimus:idcirco venit super nos tribulatio.* Vera est Beati Gregorij sententia dicentis,oculos, quos culpa claudit, pœna aperit. Pulchra est pariter sententia Beati Augustini dicentis. Tribulatio excitat torpentem, humiliat superbientem, purgat pœnitentem,illuminat cæcutientem, coronat innocentem. Verum ex aduerso prosperitas,sicut nimia pinguedo est obscurans visum, vel est vt nimius lucis splendor perstringens acies oculorum,inquit Pererius. De Nabuchodonosor legitur apud Danielem capitulo quarto,post transformationem eius in bestiam, eum in se reuersum dixisse. *Nunc ego Nabuchodonosor laudo,magnifico,& glorifico Regem Cœli; quia omnia opera eius vera,& omnes viæ eius iudicia,& gradientes in superbia potest humiliare.* De filio Prodigo in Lucę capitulo decimoquinto, sic scriptum est. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus;Ego autem hic fame pereo? Surgam,& ibo ad patrem meum, & dicam ei, peccaui in Cœlum, & coram te: Iam non sum dignus vocari filius tuus,fac me sicut vnus de mercenariis tuis:& surgens venit ad patrem suum.* Et sic vocatio hominum ad Deum per tribulationem est frequentissima,vt iudicari potest Lucæ capitulo vigesimo, quod qui inuitati fuerunt, cum noluerint venire, loco eorum tantum venerunt cæci,claudi,debiles,qui compulsi fuerunt intrare. Sed quænam de mundo docet tribulatio? Pererius libro de profectione filiorum Iacob in Aegyptum ob famem quarta disputatione,numero vigesimooctauo inquit: quinque videlicet,quam sit vanus, quam fallax, quam instabilis, quam amarus,quam malus. Sic ipse Auctor.

Sententia Gregorij.

Augustini sententia.

Effectus tribulationis. Perer.

DE

DE FILIIS IACOB, QVI DENVO ducto secum Beniamin in terram Aegypti reuersi sunt ad Ioseph, a quo accepti humaniter sumptuoso conuiuio honorati sunt.

Caput Octauum.

Nterim fames omnem terram vehementer præmebat: consumptisque cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas: Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iuris iurandi dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobiscum pergemus pariter, & emenus tibi necessaria: Si autem non vis non ibimus: Vir autem, vt sape diximus: denuntiauit nobis dicens; non videbitis faciem meam, absque fratre vestro minimo. Dixit eis Israel: in meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem. At illi responderunt: interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem, si pater viueret, si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id, quod fuerat sciscitatus: Numquid scire poteramus, quod dicturus esset adducite fratrem vestrum vobiscum? Iudas quoque dixit patri suo, Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere, ne moriamur nos, & paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore, si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum Resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & Terebynthi, & Amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum, & illam, quam inuenistis in sacculis reportate ne forte erro-

re

re factum ſit: ſed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum, Deus autem meus Omnipotens faciat eum vobis placabilem, & remittat vobiſcum fratrem veſtrum, quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin. Ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin. deſcenderuntque in Aegyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium, quoniam commeſturi ſunt mecum meridie. Fecit ille, quod fuerat ſibi imperatum, & introduxit viros domum. Ibique exterriti dixerunt mutuo: propter pecuniam, quam retulimus prius in ſaccis noſtris introducti ſumus, vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubijciat ſeruituti nos, & aſinos noſtros. Quam obrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem domus locuti ſunt: Oramus Domine, vt audias nos. Iam ante deſcendimus, vt emeremus eſcas, quibus emptis cum veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorum; quam nunc eodem pondere reportauimus; ſed & aliud attulimus argentum, vt emamus, quæ nobis neceſſaria ſunt, non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupijs noſtris. At ille reſpondit: Pax vobiſcum: Nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris, nam pecuniam, quam dediſtis mihi probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon. Et introductus domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum. Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierant enim quod ibi commeſturi eſſent panem. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram. At ille clementer reſalutatis eis interrogauit eos, dicens; ſaluus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi, adhuc viuit? qui reſponderunt, ſoſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit: & incuruati adorauerunt eum. Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum; & ait, iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? & rurſum: Deus inquit, miſereatur tui fili mi. Feſtinauitque quia commotæ fuerunt viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachry-

mæ: & introiens cubiculum fleuit. Rursumque lota facie egressus continuit se, & ait: ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptijs quoque, qui vescebantur simul seorsum (illicitum est enim Aegyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant huiusmodi conuiuium) sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, sumptis partibus, quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet; biberuntque, & inebriati sunt cum eo, quadragesimotertio capitulo Genes. Ioseph (vt diximus) insignis figura fuit Christi Domini: & bene equidem videtur conuenire figura cum figurato, nam Christus Dominus humillimus dum in terra fuit, omnibus profuit, tam amicis, quam hostibus, omnibus abundanter largiebatur terrena bona, & cœlestia. Ioseph pariter quamquam venditus fuerit a fratribus suis, nihilominus eos recepit in domo, fecit ei conuiuium, dedit cibaria, & alimonia pro tota domo eius: & denique associauit eos sibi, vt essent vna domus, & familia. In conuiuio a Ioseph parato fratribus, ait Pererius prima disputatione super conuiuio, quod Ioseph fecit fratribus suis, quamuis eos dure, ac seuere prius tractasset, se tamen nec odio ipsos, nec contemptui habere: & hac ratione, & causa a Ioseph illud conuiuium ordinatum esse. Qui quidem tradit sic fuisse dispositum illud conuiuium, vt vna in mensa solus, & separatus Ioseph sederet, tamquam Princeps, & Dominus: & vt hac ratione occultaret se fratribus suis. In altera mensa seorsum erant Aegyptij honorati, & primarij, qui officij, & honoris gratia assectabantur Ioseph. Tertia mensa fuit in qua erant fratres Ioseph, & hanc mensam coram se Ioseph apponi iussit. Erant porro fratres Ioseph ordinati secundum ordinem ætatis cuiusque, vt senior sederet prius in mensa. Cur autem Aegyptij auuersabantur conuiuia Hebræorum, dicendum est tantopere Aegyptios abhorruisse comestionem cum Hebræis, quod Aegyptij non vescerentur carnibus pecorum, quia quasi Diuino cultu eas venerarentur: ob idque eorum occisionem perhorrescerent. *Sederunt coram eo.* In hisce

Auctor operis.

Perer.

Cur conuiuium Hebræorum auuersabantur Aegypti.

sce verbis videtur mos antiquus fuisse sedere ad mensam, potuisseque accumbere, & sic confirmatum est ab Homero, qui inducit Heroes sedentes in conuiuijs. Idem confirmat Isidorus libro vigesimo Ethymologiarum, capitulo vndecimo, & ita sentiunt Seruius, & Varro. Sic ex ipso Auctore. *Maiorque pars venit Beniamin: ita vt quinque partibus excederet.* Quomodo intelligenda sint hæc verba; Pererius ait data esse a Ioseph quinque fercula, sed hoc discrimine, vt quodlibet ferculum Beniamin duplo maius esset quodlibet ferculo aliorum fratrum. Verum arbitror ego, vt hæc verba obscuram habeant intelligentiam: nam si pars Beniamin excederet quinque partibus partem fratrum suorum, aut intelligendum est, vt Beniamin haberet quinque fercula plura aliorũ fratrum, aut quod pars ipsius Beniamin facta comparatione cum partibus aliorum fratrum pars ipsius superesset partibus fratrum portione quinta. Cur autem voluerit Ioseph in prandio quintuplas germano suo Beniamin partes apponi. Respondit ad hanc quæstionem Lyranus dicens, idem factũ esse a Ioseph, vt tentaret animos fratrum suorum erga Beniamin, an inuiderent ei, ægreque ferent sibi esse prælatum in conuiuio. Verum respondit Pererius libro de reditu filiorum Iacob in Aegypto, prima disputatione, numero vigesimonono, dicens: Similius vero est id fecisse Ioseph, quod Beniamin sibi coniunctior esset, & carior cæteris fratribus cum esset frater suus vterinus, & vnicus eodem patre, matreque generatus. *Biberunt & inebriati sunt cum eo.* Beatus Augustinus super Genesim, quæstione centesimaquadragesimaquarta, tradit verbum inebriandi per satietatem in Scripturis solere poni. Plinius libro decimoquarto, capitulo vigesimosecundo, de malis ebrietatis nonnulla scripsit, quæ nos hic breuiter apponimus, vt sunt vlcera oculorum, tremulæ manus, labantes pedes, furiales somni, inquies nocturna, libido portentosa, halitus fœtidus, omnium rerum obliuio.

Homer. *Isidorus* *Seruius* *Varro.* *Opinio Auctoris operis.* *Liran.* *Aug.* *Plin.* *De malis ebrietatis.*

DE SCYPHO ABSCONDITO IN Sacco Beniamin Ioseph iussu, quo diligenter quesito, & inuento in marsupio illius cum tamquam reum furti detinere Ioseph voluit: sed vehementer Iudas laborat apud Ioseph pro liberatione fratris.

Caput Nonum.

Ræcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ dicens: imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, & prætium, quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris: factumque est ita, & orto mane, dimissi sunt cum Asinis suis. Iamque vrbem exierant, & processerant paululum: Tunc Ioseph accersito dispensatore domus, surge inquit, & persequere viros, & apprehensis dicito. Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis. Fecit ille, vt iusserat, & apprahensis per ordinem locutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur Dominus noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint? pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo consequens est, vt furati simus de domo Domini tui aurum, vel argentum? apud quemcumque fuerit inuentum, seruorum tuorum, quod queris, moriatur, & nos erimus serui Domini Nostri. Qui dixit eis: fiat iuxta vestram sententiam: apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. Itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli. Quos scrutatus incipiens a maiori, vsque ad

minimum,

minimum, inuenit Scyphum in sacco Beniamin. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum Asinis reuersi sunt in oppidum. Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (nec dum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis? an ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia? cui Iudas; Quid respondebimus, inquit, Domino meo? vel quid loquemur, aut quid iuste poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus Domini mei, & nos, & apud quem inuentus est Scyphus. Responditque Ioseph: absit a me, vt sic agam, qui furatus est Scyphum, ipse sit seruus meus: Vos autem abite liberi ad patrem vestrum. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait: oro Domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem Dominus meus: interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem, aut fratrem? & nos respondimus tibi Domino meo: est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua; pater vero tenere diligit eum. Dixistique seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. Suggessimus Domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: Si enim illum dimiserit morietur. Et dixisti seruis tuis: nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia, quæ locutus est Dominus meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. Ad quæ ille respondit: vos scitis, quod duos filios genuerit mihi vxor mea: egressusque est vnus, & dixistis, bestia deuorauit eum: & hucusque non comparet. Si tuleritis, & istum, & aliquid in via ei contigerit deducetis canos meos cum mærore ad Inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cum anima illius ex huius anima pendeat) videritque non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui Canos eius cum mærore ad Inferos. Ego proprie seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem,

& spo-

& spopondi dicens, nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio Domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum testis assistam. Capitulo quadragesimoquarto Genes. Quæritur qua ratione, & ad quem finem Ioseph calumniatus sit fratrem suum Beniamin, imperans seruo suo, vt apponeret in Marsupio illius Scyphum argenteum. Ad hanc quæstionem respondet Theodoretus in quæstione centesimaquinta, in Genes. sic scribens, experiri volens Ioseph animum fratrum erga Beniamin, & liquido nosse si diligerent eum an non, ob id in eius saccum abscondi Scyphum imperauit. At vbi eos patrocinari illi, & etiam pro eo vehementer certare, ac se ipsos offerre prospexit, persona principis deposita fratris sui vultum induit, iussitque ipsos bono animo esse, nec timere quod eum vendidissent: nam misit eum Deus illuc pro salute illorum. Sic ex Theodoreto. In eadem sententia videtur locutus esse Philo. An vero peccauerit Ioseph, furti calumniatus Beniamin, ad hanc quæstionem respondet Caietanus excusans Ioseph penitus à peccato mortali: Quia inquit ipse nulla fuit ibi calumnia formaliter, hoc est intentio calumniandi, sed tantum intentio explorandi an fratres sui paruifacerent seruitutem Beniamin. Pererius libro de Scypho apud Beniamin reperto super hac re tradit à Ioseph non ista ex animo, & serio, & asseuerando, sed cunctando & interrogando tantum dicta fuisse: & ideo Ioseph non peccasse. Quomodo verò Aegyptij per Scyphum diuinarent, proferam quid scripsit super hac re Pererius loco superius citato prima disputatione numero nono, ipse autem ait legisse apud quendam auctorem, cui nomen non facit, in hunc sensum scribentem. Assyrios, & Aegyptios solitos esse peluesaquis replere (idem fecisse eos in Scyphis non timere existimari potest) in quibus argenteas laminas lapidesq; pretiosos certis caracteribus signatos ponebant & quibusdã versibus dęmon aduocabatur: qui vocem instar sibili, ex aqua edebat responsa eorum, de

Theodoretus. *Philo.* *Caiet.* *Perer.* *De diuinatione Aegyptiorũ.*

quibus

quibus consulebatur, reddens. Sic ipse auctor. Verũ verba vbi incipit, & claudit parentesis apposita sunt à Pererio non autem ab auctore ab illo citato. Nostris temporibus, hoc simile videtur quod mulieres superstitiosæ faciunt: quæ reponentes aquam in phialis, & vasis vitreis susurrando non nulla verba incognita prope vasa illa statim apparent in aqua imagines hominum, & rerum, quæ ab ipsis mulieribus requisitæ sunt: & hoc factum esse à Dęmone pactum habente tacitum, aut expressum cum muliere illa, manifestum est. *Auctor operis.*
Rupertus libro nono. Genes. decimo arbitratus est verba prolata à Ioseph quod non sit ei similis in augurandi scientia, non accipienda esse propriè pro superstitiosa auium obseruatione, sed in vniuersum pro eo, quod est diuinare, & futura prædicere. At vero putauit Tostatus verba illa dicta fuisse fingendo, & simulando: & sic peccasse Ioseph peccato veniali. *Rupert⁹* *Tostat⁹.*
Antiquiorum diuinandi artes (vt reperi) in annotationibus cuiusdam Mathematici fuerunt sequentes. Ponebat ille has artes diuinandi sub Aritmeticam, & Geometriam, vt partem illarum scientiarum. Quæ quidem artes quã sint vanæ, & fallaces viri illi, qui eas exercuerunt rationem reddunt, & asseueranter confirmant meam veram esse opinionem. Hæ artes sunt septem sequentes, quæ etiam Sortilegia nuncupantur. Scilicet Geomantia, Hieromantia, Idromantia, Pyromantia, Capnomantia, Necromantia, Axinomantia; Geomantia erat diuinatio ratione quarundam figurarum in terra factarum; Acromantia erat diuinatio, quæ fiebat in aere per garitum, aut volatum auium; Idromantia fiebat in aqua modo vt supra diximus; Pyromantia erat diuinatio, quæ fiebat in igne, aut per motum illius, aut per responsum Dęmonis illic assistentis, sicut in caligine ignis fiebat; Capnomantia, & Necromantia erat diuinatio per cadauera mortuorum; At vero Axinomantia per signa spatularum fiebat. Artes prædictæ cum sint variæ & fallaces contrariæ constitutionibus Ecclesiæ & plenè superstitionibus pactum habentes cum dęmone, illi, qui eas exercent, committentes peccata mortalia dum illis vtuntur, *Auctor operis.* *De sortilegijs.*

tur,

tur, & stulti sanè & sine vllo consilio reperiuntur illi, qui student & laborant in illis artibus, quæ ducunt homines manifestè ad æternam maledictionem, & interitum.

DE MANIFESTATIONE IOseph fratribus suis: & de remissione illorum in patriam suam. Et de instantia nominis Regis Pharaonis, & Ioseph, vt pater cum omni familia in Aegyptum venire properaret.

Caput Decimum.

On se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij omnisque domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit? non poterant fratres respondere nimio terrore perterriti: ad quos ille clementer: Accedite inquit ad me. Et cum accessissent prope, ego sum, ait, Ioseph, frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, nec durum vobis esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Biennium est enim quod cæpit esse fames in terra, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arrari poterit, nec meti. Præmisitque me Deus, vt resserueminii super terram, & escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum vniuersæ domus eius, ac Principem in omni terra Aegypti. Festinate & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me Dominum vniuersæ terræ Aegypti, descende ad me ne moreris: & habitabis in terra Gessen, erisque iuxta me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ,

& ar-

& armenta tua, & vniuersa quæ possides. Ibique te pascã (adhuc enim quinque anni residui sunt famis,) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ possides. En oculi vestri, & oculi fratris mei Beniamin vident quod os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta, quæ vidistis in Aegypto: festinate, & adducite eum ad me. Cumque amplexatus ceci disset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius : Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: postquam ausi sunt l. qui ad eum. Auditumque est, & celebri sermone vulgatum in aula Regis: uenerunt fratres Ioseph: et gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. Dixitque ad Ioseph, vt imperaret fratribus suis dicens: Onerantes iumenta ite in terram Chanaan: & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti; ad subuectionem paruulorum suorum, & coniugum & dicito: tollite patrem vestrum, & properate quantocius venientes. Nec dimittatis quicquam de suppellectile vestra: quia omnes opes Aegypti vestræ erunt; Feceruntque filij Israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis Imperium : & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri iussit binas stolas : Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens, & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diui tijs Aegypti : & totidem asinas, triticum in itinere, panesque portantes. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait, ne irascimini in via. Qui ascendentes ex Aegypto venerunt in terrã Chanaan ad patrem suum Iacob, & nunciauerunt ei dicentes: Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis, illi è contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra, & vniuersa, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait : sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar, quadragesimoquinto capitulo Genes. Non poterant respondere fratres

Arist. *nimio terrore perterriti*. Aristoteles in problematibus, tradit timorem euenire ex imaginatione alicuius mali eminentis, quod difficulter repelli potest: Et hoc prouenit ex debilate virtutis non ex imaginatione; quæ facit timorem, sequitur quædam contractio caloris, & spiritus; & hinc retentio vocis, sic ex ipso Auctore. *Et gauisus est Pharao, & omnis familia eius*: Putauit Pererius gaudium Aegyptiorum sincerum, & verum fuisse, similiter & Regis, tum propter amorem Regis erga Ioseph, tum propter virtutes eius morales, & supernaturales. *Omnes opes Aegypti vestræ erunt*. Opinio Hebræorum fuit, Pharaonem sic loquentem inscienter tamen a Spiritu Sancto motum prophetasse spoliationem bonorum Aegypti, quam post ducentos, & quindecim annos facturi erant Hebræi. *Ne irascimini in via*. Ex istis verbis Ioseph videtur fuisse vir amator pacis, & quietis, & vnionis fratrum, sic eam commendans fratribus suis. At Iacob cum vidisset plaustra reuixit spiritus eius, idest anima illius, quæ ex continuo mœrore, & tristitia, quasi spoliata erat respirauit, & alacris facta fuit, idest deposito habitu doloris, & mœstitiæ, induit se lætitia, & iucunditate.

Perer.

Opinio Hebræorum.

DE

DE PROFECTIONE IACOB. CVM tota familia eius in Aegyptum. Et de animabus, quæ cum illo illuc intrauerunt. Præcepitque Ioseph fratribus, vt profiterentur apud Regem non aliam, nisi pastoralem artem colere.

Caput Vndecimum.

Rofectusque Israel cum omnibus, quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi, Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus. Ego sum fortissimus Deus patris tui noli timere, descēde in Aegyptū quia in gentem magnam faciam te ibi, &c. cum toto capitulo quadragesimosexto. Beatus Augustinus *Aug.* libro decimooctauo de Ciuitate Dei, capitulo quarto, & quinto, scribit secundo anno septennis sterilitatis Aegypti, quæ septennem fertilitatem proxime subsecuta est, Iacob cum omnibus venit ad filium suum Ioseph, natus annos centum, & triginta. His porro temporibus Rex Argiuorum Apis nauibus transuectus est in Aegyptum, & cum ibi mortuus esset, factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorum Deus. Et quibusdam interpositis, ait ille, quo bene mortuo, quoniam quærebatur, & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est albis quibusdam maculis similiter insignitus, mirum quidam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant Aegyptij. Sic ex Augustino. Veneratio ergo, & cultus illius Bouis, qui vocabatur Apis, recens erat tempore Iacob, quando intrauit in Aegyptum, valde Religiosus, & ce- *Apis Rex aratus.*

lebris fuit, vnde in exitu Hebræorum ex Aegypto cum peruenissent ad montem Sinai prolapſi ſunt in Idolatriam adorantes caput aurei Vituli. Sic ex Pererio in præfatione huius capitis. *Profectuſque Iſrael cum omnibus, quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, verſiculo primo*, puteus iuramenti vocabatur nomine Berſabææ, & ſic etiam appellatus eſt, quia illo in loco Abraham, & Abimelech fœdus percuſſerunt adhibito iureiurando. *Noli timere, deſcende in Aegyptum, quia in gentem magnam te faciam ibi, verſiculo tertio.*

Perer.

Rupert⁹ Rupertus in Commentarijs ſuis ſuper hunc locum inquit. aſperam, & tyrannicam ſeruitutem, ſimulque diuturnam, quam poſteri Abrahæ ſeruituri erant in Aegypto cum præuidiſſet Iacob valde timebat, ne ſui ob diuturnam conuerſationem cum Aegyptijs in eorum uaniſſimas ſuperſtitiones, & malos mores inciderent. *Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* Cur morientibus clauduntur oculi? Toſtatus de hac re rationem reddit dicens, hoc factum eſſe, quia poſt mortem membra corporis frigeſcunt, & dureſcunt; ita ut commode flecti, & plicari non queant. Ne igitur partes corporis deformes ſint, ſtatim ut quis moritur clauduntur oculi a circumſtantibus, & alia membra apte componuntur. Sic ex Toſtato. Moyſes in deſcriptione animarum, quæ in Aegyptum intrauerunt, ait prius fuiſſe ſexaginta ſex, deinde in uerſiculo ſequenti fuiſſe ſeptuaginta. Pererius hanc quæſtionem ſoluens libro de profectione Iſrael in Aegyptum, prima diſputatione, numero uigeſimo, in hunc ſenſum locutus eſt. Cum Moyſes inquit egreſſæ ſunt de femore illius animæ ſexaginta ſex, illud egreſſæ animæ de femore illius excludit Iacob, & tantum compræhendit eius poſteros. At in illum numerum ſeptuaginta includitur Iacob, & omnes animæ domus illius, ſcilicet Ioſeph, & duo filij eius Manaſſes, & Ephraim. Legitur in libro ſeptimo Plinij, capitulo decimotertio, Tempore Auguſti C. Criſpum hilarum cum filijs nouem, in quo numero duæ filiæ erant, nepotibus uiginti ſe-

Toſtat⁹. *Cur morientibus clauduntur oculi.* *Perer.* *Plin.*

ti septem, pronepotibus uigintinouem, neptibus nouem prælata pompa cum omnibus his in Capitolio immolasse. *Cumque vocauerit, & dixerit, quod est opus vestrum? respondebitis viri pastores sumus, versiculo trigesimotertio Genes. capitulo quadragesimosexto.* Cur Ioseph uellet suos haberi pastores, ad hanc dubitationem respondet Iosephus libro primo Antiquitatum, ita scribens: Percunctatus est Rex Iosephum, quibusnam studijs fratres eius potissimum declararentur, respondit pastoralem artem colere eos, & nihil aliud exercere: id autem cum consilio respondit, tum ne distraherentur inuicem, sed ut degentes una curam patris haberent: tum ne qua illis æmulatio cum Aegyptijs interueniret, si circa eadem cum illis studia uersarentur: nam ei genti non erat licitum greges, aut pascua curare. Sic ipse Auctor. *Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.* Longitudo terræ Gessen ab urbe, ubi habitabat Pharao: Abundantia illius terræ pro alendis pecoribus, causæ erant, ut tantopere Ioseph cuperet terram illam tradere Hebræis: eaque omnium terrarum Aegypti intacta fuit decem illis atrocissimis plagis Aegypti. Eratque illa terra quasi in introitu Aegypti. Cur uero Aegyptij detestabantur omnes pastores; dicemus hoc esse nempe tamquam impij essent pastores, & religioni Aegyptiorum contrarij, sic ex Pererio. *Iosephus.*

DE

DE INTRODVCTIONE IACOB ante Regem Aegypti, a quo data fuit pro habitatione terra Geſſen. Et de poteſtate data Ioſeph in omnem terram Aegypti. Adiuratque Iacob filium ſuum Ioſeph de ſepultura in terra Chanaan.

Caput Duodecimum.



Ngreſſus ergo Ioſeph, nunciauit Pharaoni dicens. Pater meus, & fratres, oues, & armenta, & cuncta, quæ poſſident venerunt de terra Chanaan, & ecce conſiſtunt in terra Geſſen: Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram Rege: quos ille interrogauit: quid habetis operis? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus ſerui tui; & nos & fratres noſtri, ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum ingraueſcente fame in terra Chanaan petimus, vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaque Rex ad Ioſeph. Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen. Quod ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios conſtitue illos magiſtros pecorum meorum, & cætera toto capite quadrageſimoſeptimo. Ioſephus libro ſecundo Antiquitatum deſcribens prudentiam Ioſeph in diſtributionem frumenti maxima vtilitate Regis in hunc modum ſcripſit. Fames in Aegypto creſcebat in dies nullumque remedium aderat fluminibus agros non rigantibus, neque vllis de Cœlo pluuijs, Ioſeph autem frumenta non dabat niſi numerata pecunia, quæ poſtquam defecit pecudes, ac mancipia pro frumento permutabat. Sic ille. Qui quidem ſcripſit vendidiſſe Aegyptios Ioſeph pro alimentis haben-

Ioſeph.

dis

dis omnem terram eorum: & ille deinceps restituit Aegyptijs agros, & possessiones illorum: habita promissione ab illis Regi soluendi ius quintæ partis frugum, etiam per Regum posteros, & successores. Et sic consuetudo permansit. *Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram Rege.* Constitutio quinque fratrum a Ioseph in conspectu Regis duplicem habet intelligentiam, vel vt primos eorum in pulchritudine, & forma elegerit, vel loquendi prudentia, & facundia; & ex hac opinione Lyranus, & Tostatus fuit: aut per externos intelligendum est infimos ætate, vel alijs qualitatibus contrarijs superioribus narratis, *Dies peregrinationis vitæ meæ centum & triginta annorum sunt parui & mali.* Pererius libro de Rebus gestis Iacob in Aegyptum prima disputatione, numero septimo, percenset decem labores, & afflictiones illius, quibus afflictatus est: & hæ sunt. Prima fuit cum ex domo patris sui ob dissidias Esau fratris sui præcauendas coactus fuit patriam relinquere: solusque pauper longum iter in Mesopotamiam conficere. Secunda fuit in Mesopotamia per viginti annos asperrima seruitute socero suo Laban seruire. Tertia fuit timor fratris sui Esau. Quarta timor Sichimitarum ob cædem a filijs factam. Quarta fuit dolor mortis suæ Rachelis. Septima venundatio Ioseph per quem stetit in luctu, & mœrore per vigintitres annos. Octaua fuit separatio filij sui Beniamin quando profectus est in Aegyptum. Nona fuit inclusio in carcere filij sui Simeonis. Decima fuit coactio eundi in Aegyptum ob famis necessitatem. *Ioseph verò patri, & fratribus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo terræ loco Ramesses, vt præceperat Pharao.* An vero Ramesses fuerit eadem, ac terra Gessen. Putauit Caietanus fuisse partem terræ Gessen, sed vberiorem cæteris. Tostatus fuit in eadem opinione, sed addit Ramesses fuisse Ciuitatem multis annis post egressum Iacob in Aegyptum ædificatam ab Hebræis. Pererius putauit, vt simul habitassent Aegyptij, & Hebræi in terra Gessen: probans hanc suam opinionem ex Exodi capitulo quinquagesimo-

Liran. *Tostat⁹.* *Numerus afflictionum Iacob.* *Caiet.* *Tostat⁹.*

primo.

primo, vbi videtur Hebræos, & Hebræas mulieres petijsse vasa aurea, & argentea, & vestes ab Aegyptijs. In versiculis vigesimo, vigesimoprimo, vigesimosecũdo, in hoc capitulo Genes. quadragesimoseptimo legitur, quod statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur Sacerdotibus: & idcirco eos non esse compulsos vendere possessiones suas: ex quibus videtur quanti facerent Rex, & Aegyptij Sacerdotes, qui dicati erant Deorum suorum cultui, præbentes illis gratis ex publicis bonis statuta cibaria. Sanctus Hieronymus sermonem habens libro primo aduersus Iouinianum de continentia Veterum Aegypti Sacerdotum, in hunc sensum scripsit ex Cheremone depromptum. Antiqui Sacerdotes omnibus mundi negotijs post positis semper in Templo manebãt, & rerum naturas, rationesque Syderum contemplabantur: numquam cognatos & liberos quidem videbãt: numquã se mulieribus miscebãt, carnibus, & vino semper abstinebant. Raro vescebantur pane. Ouum etiam, & lac vitabant. Cubile de folijs palmarum, Bidui triduique inediam sustinebant. Sic ex Sancto Hieronymo. *Factique sunt omnes dies vitæ illius centum & quadraginta septem annorum.* Pererius in capite de Cronologia Patriarchæ Iacob, tertia disputatione, inquit eum natum esse post mundum conditum bis mille centumque octo. Hoc tempore inquit ipse Auctor Diluuium Ogygis contigisse ætate Iacob octuagesimum annum agente. In hoc tempore inquit M. Varro libro de gente populi Romani Stellam Veneris pulcherrimam mutasse colorem, magnitudinem, figuram, visumque: quod neque factum ita, neque antea, neque postea sit, sic Varro. Mors vero Iacob centum, & nonaginta octo annis præcessit egressum Hebræorum ex Aegypto. Cur vero tam curiosus fuerit Iacob sepulturæ corporis sui in terra Chanaan. Beatus Augustinus in quæstione centesimasexta in Genesim, exponit hunc locum secundum sensum mysticum scribens sepelienda esse corpora Patriarcharum in illa terra, vbi Christus crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum. At

Hier.

Varro.

Aug.

vero

vero Theodoretus reddens causam literalem scribit, vt familiam suam consolaretur, & doceret, Deum illos omnes traducturum ex Aegypto, & daturum terram promissam pro huius rei declaratione hoc factum esse. Pererius quinta disputatione de rebus gestis Iacob in Aegypto super cap. An homini Christiano valde optanda sit sepultura corporis sui. & solicite curanda, quia neque sensus vllus est in cadauere, neque quicquam attingit animam a corpore separatam, videtur ipsum auctorem propensiorem esse in hanc opinionem, vt paruifaciamus sepulturam corporis, quam circa eam multam curam habeamus: quamuis visum sit in Sacris literis nonnullos circa sepulchrum corporis sui valde solicitos esse. *Et adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput Genes. versiculo vigesimoseptimo*. Beatus Augustinus ex tractatu quæstione centesima sexagesima secunda in Genesim vult, vt adoratio illa Iacob facta fuisset in capite virgæ, vel in cacumine Virgæ Ioseph, Deum adorando. Verum Chrysostomus homilia sexagesima sexta in Genesim putauit, vt Iacob adorauerit Ioseph, & sic adimpleta esse somnia Ioseph. Verba Chrysostomi sic se habent. Vide decrepitum Patriarcham adoratione sua honorem exhibere filio suo Ioseph, & re ipsa implere visiones eius euentum. Sic Chrysostomus. Cui simile Theodoretus sic scripsit. Iacob cum esset senex, & infirmus decumbebat in lecto: sed vbi filium aduentare audiuit, surgens sedit, & baculo vtebatur: dexteraque appræhendens summitatem eius, & vultum conuertens versus filium suum, promissione de sepultura sui corporis a filio sibi facta, adorauit inclinans caput ad virgam.

Theodoretus.

An valde optãda corporis sepultura.

Aug.

Chrys.

Theodoretus.

DE IACOB, QVI IAM MORTI proximus adoptauit sibi in filios Manassem, & Ephraim, quibus benedicens, præposuit Ephraim Manasse, qui quidem partem hereditatis illius Ioseph donauit.

Caput Decimumtertium.

His itaque transactis, nuntiatum est Ioseph, quod ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus filijs Manasse, & Ephraim, ire perrexit. Dictumque est seni: ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph, ait: Deus Omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan. Benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam huc venirem ad te mei erunt Ephraim, & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabantur mihi. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrem suorum, vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere eratque vernum tempus, & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem filios eius, dixit ad eum: Qui sunt isti? respondit filij mei sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco: Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis: Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clare videre non poterat. Applicatosque ad se deosculatus, & complexus eos, dixit ad filium suum: Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Cumque tulisset Ioseph

eos de gremio patris, adorauit pronus in terram. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel: Manassem vero in sinistra sua ad dexteram scilicet patris; applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris: Sinistram vero super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Iacob filios Ioseph & ait Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea, vsque in præsentem diem: Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac; & crescant in multitudinem super terram. Videns autem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit: & appræhensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manaße. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit pater, quia hic primogenitus: pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens, ait: Scio fili mi, scio: & iste quippe erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in tempore illo dicens: in te benedicetur Israel, atque dicetur: faciat tibi Deus, sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassem: & ait ad Ioseph filium suum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo, quadragesimooctauo capitulo Genes.

De impositione manus dexteræ super caput Ephraim filij Ioseph minoris: & sinistræ super caput Manasse filij maioris: Theodoretus in quæstione centesimaoctaua in Genesim, sic locutus est. Animaduertendum est passim primogenitis præferri natu posteriores: etenim ipsi Caim præpositus est Abel, & ipsi Iapheth antepositus est Sem, cum hic esset secundus, & Ismaeli prælatus est Isaac, & ipsi Esau antelatus est Iacob, & Iudas, atque Ioseph antepositus est ipsi Ruben, & Ephraim constitutus est iste Manassem: Moyses quoque prælatus est Aroni, & Dauid septem fratribus, licet omnium esset postremus natu. Sic Theodoretus. Cur ve- *Theodoretus.*

Cur De⁹ abiecerit primogenitos, & posteriores elegerit. ro ita factum ſit, vt Deus abiecerit primogenitos, & poſteriores elegerit. Pererius libro de adoptione Manaſſes, & Ephraim a Iacob in hunc ſenſum locutus eſt. Primum myſterium fuit Diuinæ electionis hominum ad vitam æternam, quam electio nullo eorum hominum proprio merito, ſed gratuito hoc factum eſt ex benignitate, ac mera Dei voluntate. Alterum myſterium fuit, vt ſignificaretur ea ratione, quam diuerſa ſint iuditia Dei a iuditijs hominum. Tertium *Perer.* myſterium vt ſic prænotaretur fore, vt gentilitas, quæ poſterior ad gratiam, & Dei cultum vocata eſt, præponenda eſſet Hebræo populo. Quartum myſterium fuit, & ſic præſignatum, quod euenit in creatura intellectuali, quæ duplex eſt Angelus, & homo, ſiquidem propter Incarnationem Filij De. prælatus eſt Angelo: Verum tranſlationes rei alicuius vna ex perſona ad aliam in his ſequentibus modis eſſe factas reperimus: prima tranſlatio fuit primogenituræ è maiori filio ad minorem, vt narrat Scriptura de Eſau, & Iacob. Altera tranſlatio fuit Pontificalis, qualis illa fuit Abiatar ad Sadoc. Tertia tranſlatio fuit nuptialis connubij, qualis a Regina Vaſti ad puellam Eſter factam eſſe videtur in libro Eſter. Quarta fuit Regalis Solij, & Principatus ex Saule in Dauid. Quinta fuit primariæ poteſtatis, & dignitatis apud Regem ab vna perſona ad aliam: vt fuit ab Aman ad Mardochæum. Declaratur per impoſitionem dextræ manus a Iacob ſuper caput Ephraim exuberantia quædam honoris, & gloriæ: & ſapientis viri cogitationes, actiones, & verba dexteras eſſe: ideſt honeſtate innocentia, ac prudentia plenas. Contra vero ſtulti ſicut Luna mutantur, omnia ſiniſtra ſunt eis mens, lingua, manus incautæ, & intempeſtiuæ. Sic

Translationes ex vna ad aliã perſonã.

Rupert⁹ ex ſupradicto auctore. Rupertus in libro nono, in capitulo vigeſimoquarto ſuper Geneſim, inquit; impoſitio manus a Iacob ſuper caput Ephraim in ſigno Crucis, vt propheta ab illo ſic factum eſt figurando Crucem Chriſti, quod per eam componenda eſſet benedictio, quam venturus legiſlator da- *Iſidorus* ret, & ſic in eadem ſententia Iſidorus locutus eſt. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio,*

gladio, & arcu meo, verſiculo vltimo. Verba Geneſ. ſuperius citata habent obſcuram ſignificationem circà partem, quã dedit Iacob filio ſuo Ioſeph: nã cum fuerit Iacob vir pacificus, & belli inimicus, quomodo de eo dici poteſt, quod acquiſierit de manu Amorrhæi partem vnam in gladio, & arcu? Beatus Hieronymus in traditionibus Hebraicis refert Septuaginta Interpretes hunc locum ſic expoſuiſſe: partem illam, quam dedit Iacob filio Ioſeph fuiſſe Sichem, quæ acquiſita fuit a filijs in gladio, & arcu: & ſic facinus illud quaſi ſuum reputaſſe Iacob. Verum ipſe Auctor declarans ſuam ipſam opinionem, inquit: Do tibi Sichimam, quam emi fortitudine mea, hoc eſt in pecunia, quam multo labore, & ſudore acquiſiui. Sic Beatus Hieronymus. Pererius libro de adoptione Manaſſes, & Ephraim, ſecunda diſputatione, numero decimonono, & vigeſimo, declarans ſuam opinionem ſuper hunc locum referens verba Sancti Ioannis, capitulo quarto, quæ dicunt. *Venit Ieſus in Ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sichar iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo:* Videtur per ipſa verba auctor ipſe putaſſe, prętium datum Ioſeph a Iacob fuiſſe partem illam, de qua nunc diſputamus. Si autem figurate, aut metaphorice id accipiatur referri poteſt ad orationes, & virtutes Iacob, quibus acquiſiuit in arcu, & gladio partem illam: ideſt arripuit ſua viitata arma, hoc eſt ardentes orationes, cum quibus euaſit periculum perdendi agrum illum, vitamque ſimul, & hoc propter cædem Sichimitarum. Sic ex ipſo Auctore.

Hier.
Septuaginta interpretes.
Perer.

DE

DE DIVINA PRAEDICTIONE

Iacob iam morti proximi filijs suis, eiusque posteris, eorum quæ longe post ventura erant.

Caput Decimumquartum.

Ocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in Imperio, Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea; quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda: ad predam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt Leo, & quasi Leena, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ò fili mi, asinam suam. Lauabit ex vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in Littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Issachar Asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiē quod esset bona, & terram quod optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor

eius

eius retro. Salutare tuum expectabo Domine. Gad, accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus. Nephtali Ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, decorus aspectu; filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula: sedit in forti arcu eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus Cæli desuper, benedictionibus Abyssi iacentis deorsum, benedictionibus huberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Beniamin Lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Omnes hi in tribubus Israel duodecim: hæc locutus est ei pater suus, benedixitque singulis benedictionibus proprijs. Et præcepit eis dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre, in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri: Ibi sepelierunt eum & Saram vxorem eius: vbi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obijt: appositusque est ad populum suum. Capitulo quadragesimonono Genes.

Mos fuit priscis patribus veteris testamenti; cum se præsentirent vicinos morti conuocatis filijs, & posteris suis, vel amicis suprema verba loqui, quorum ipsi gerebant curam, quibus aut ventura ipsis prænunciarent, aut salutaria bene viuendi præcepta traderent. Moyses, Dauid Mathatias, Christus Dominus, Antonius, Benedictus, Franciscus, Dominicus, & multi alij viri Sancti in extremo vitæ illorum id fecerunt, sic ex Pererio libro duodecimo de benedictionibus Patriarcharum. Plato arbitratus est, quod tempore mortis homines maxime solent ventu- *Plato.*

ra

ra prædicere, quod a prædicto auctore reprobatum est. *Vocauit Iacob filios suos, & ait illis: Congregamini vt annunciem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis.* Traditio Latina Targi Hierosolymitani super hæc verba sic se habet, Congregamini,& docebo vos finem reconditum,arcana,ac abscondita, & præmium,quod manet iustis, pœnam item impiorum, atque fœlicitatem horti Eden quænam illa sit.

Targus Hierosolymitanus.

Ruben primogenitus meus prior in donis, maior in Imperio. Septem primigenitorum antiquitus memorantur prærogatiuę. Prima erat Sacerdotum. Secunda primogenitus sedebat in mensa, maiorque ei portio dabatur. Tertia benedicebat ille alios fratres,& ipsi submittebant se illi. Quarta habebat Imperium, & dominium in fratres. Quinta accipiebat duplices partes paternorum bonorum. Sexta vtebatur singulari quodam vestitu genere præ cæteris fratribus precioso. Septima singulariter a patre benedicebatur iam moribundo. Sic ex Pererio super prima prophetia de Ruben, libro superius citato, numero vigesimoquarto. *Effusus es sicut aqua non crescens: quia ascendisti cubile patris tui.* Hunc locum secundum sensum allegoricum Glossa ordinaria exponit, ad Luciferum eum adaptans. Nam Lucifer fuit quasi primo genitus inter Angelos amplissimis Dei muneribus ornatus: qui tamen de sua fœlicitate elatus, effusus est, sicut aqua de Cœlo deiectus pro sui superbia, quia ascendit cubile Dei, gloriam Dei affectans. At secundum sensum tropologicum Pererius hæc accommodat ad pseudoprophetas, & hæreticos. Ruben quippe typus est Hæreticorum, qui gloriantur se spiritu,& Verbo Dei,de donis eloquentiæ:& sic polluunt cubile patris, idest Ecclesiam,& conscientias simplicium maculant, merito diuinis pœnis plectuntur. Sic ex ipso Auctore. Quæritur quomodo Iacob vocauit Simeon,& Leui vasa iniquitatis bellantia propter cędem Sichimitarum; cum sit quod in libro Iudith, capitulo nono, videtur eam laudasse cędem illam. Ad hanc quæstionem respondit Dionysius Carthusianus dicens hãc cędem iustam fuisse ex parte Dei, & ex parte Sichimitarum pro peccatis ab illis patratis in raptu,

Octo primogenitorum prærogatiuæ.

Expositio allegorica.

Glossa ordinaria.

Perer.

An iusta fuerit cędes Sichimitarum.

Dionysius Carthus.

ptu, & stupro Dinæ. At ex parte Simeonis & Leui iniustam fuisse, quia cum dolo & contra datam fidem, & post fœdus factum id commissum fuit: & hac ratione eam Iacob damnauit & detestatus est; Contra ob causas primas laudasse eam Iudit. Ambrosius, & Rupertus tradunt Iacob in spiritu prophetico vidisse concilium in quo Scribæ & Sacerdotes de necando Messia deliberaturi erant, & hac ratione dixisse *in consilium eorum non veniat anima mea*. Pererius libro superius citato secunda Prophetia de Simeone & Leui numero trigesimooctauo, inquit, repellendam, & repudiandam esse vindictam, quæ fieri potest per dolum & fraudem: aduersus homines incautos inermes, & ad resistendum inualidos, & qui versantur in erumnis, & calamitatibus corporisque doloribus, & præsertim cum ea sit in contemptũ, & iniuriam religionis. *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum adorabũt te filij fratris tui. Catulus Leonis Iuda.* Nẽpe laudauerunt Iudam fratres eius, cum ex illa Tribu datus fuit Principatus Dauid, cui omnes tribus adorauerunt, vel se incuruauerunt ipsi: Recte Iudas vocatus est Catulus Leonis, quia Iudas filius Iacob fuit fortissimus. Dauid vero de ipsa Tribu Leones, & Vrsos superabat, Goliat quoque Giganti caput amputauit. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est.* Omnes Doctores Ecclesiæ censuerunt, vt hic locus Scripturæ intelligendus sit de aduentu Domini. Sic ergo exponemus eum: Non auferetur regale Dominium, & sceptrum ex Tribu Iuda, donec ipse Messias appareat, & manifestet se mundo, qui Dei consilio ante mundi creationem constituit mitti ad saluandum genus humanum. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam.* Pullus significat populum Gentilem. Asina Iudaicum: Vitis est ipse Christus, Vinea Ecclesia. *A* tempore quo Iacob edidit Vaticinium, idest ab eius morte ad id temporis, quo defecit omnino Principatus Iudaicus, & ad alienigenas gentes translatus est, præterijsse annos mille sexcentum nonaginta octo fertur, Principatus Iudaicus fuit penes duces annis sexaginta sex, penes

Amb. *Rupert.*

Auctor operis.

Iudices annis tercentum triginta, penes Reges annis quingentesimi decimi tertij, penes Pontifices, vsque ad Herodē annis quingentis viginti, sic ex Pererio de Benedictionibus Patriarcharum: qui quidem in disputatione contra Iudæos satis ostendit, & sufficienter probat venisse Messiam redarguens & destruens obstinationem Hebræorum dicentium adhuc eum non venisse multis validis, & potentibus rationibus probans hoc adimpletum esse. Chrysostomus homilia sexagesimaseptima, in Genes. Athanasius quoque interpretati sunt vaticinium illud, *non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est*, intelligendum esse quod non deficerent principes ex gente & stirpe Iudaica, non autem ex peregrina, & externa donec Messias veniat. Pererius libro duodecimo, de Benedictionibus Patriarcharum, super Iudicium illius de vero sensu, & intellectu prophetiæ Iacob, numero centesimoquinto, ait. Non desinet populus Hebræus habere principes, quorum imperio regatur ex sua stirpe, gente, & sanguine, quousque veniat messias. Sic ille. *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem Genes. versiculo decimotertio, capitulo quadragesimonono*. Ex prophetia Iacob de Zabulon videtur hebræos obtinuisse terram illam non humana prudentia, nec casu, nec potentia, sed diuina gratia & ope: cui terrę tres fęlicitates contigerunt. Prima fuit Mons Tabor in ea collocatus, vbi Dominus Iesus transfiguratus est. Fuit pariter in eadem terra Ciuitas Nazareth, veneranda propter natiuitatem Deiparæ Virginis, & Conceptionē Domini nostri. Et ibi Dominus IESVS exortus est suam prædicationem. Sic ex ipso auctore. Ambrosius in libro de Benedictionibus Patriarcharum, capitulo quinto, hanc prophetiam de Zabulon secundum allegoriam ad Christi Ecclesiam accommodat. Dicitur autem Ecclesia habitare in littore maris. Significat enim Mare mundum procellis vitiorum turbatum, & agitatum prope quem est Ecclesia, & est in littore maris firma, pulsa ea quidem fluctibus mundi; sed non frangitur, quinimo quasi scopulus illos fluctus frangit. *Issachar*

Chrys. *Athanasius.* *Amb.*

asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima. Vocauit Iacob Issachar asinum fortem, quia supposuit humerum suum ad laborandum, vnde factus est vir agricola, videns requiem quia bona est, & terram, quia pinguis, sic ex Beato Hieronymo in traditionibus Hebraicis. Elegit ergo ille vitam quietem & agricolam liberam à periculis tam bellicis, quam aulicis. *Factusque est tributis seruiens.* Et sic dictum fuit, quia cum essent ditissimi Issacharitæ solebant a Regibus plus cæteris tribubus onerari tributis. Hæc prophetia ad misticam intelligentiam aptari potest, idest ad virum iustum, & mitem, de quo dicitur in Euangelio Matthæi capitulo quinto. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum.* Sic ex Pererio super prophetia Issachar numero centesimodecimooctauo. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro; Salutare tuum expectabo Domine.* De Ceraste Plinius libro octauo, capitulo vigesimotertio, inquit esse genus serpentis proferens quadraginta Corniculas, vt per medium illarum ad escam aues illectas perimat. Arbitror ego, cum verba illa protulerit Iacob, *Salutare tuum expectabo Domine*, ad considerationem messiæ conuersum sic dixisset. Expectabo Domine aduentum tuum, vt per medium illius & passionem tuam liberes me ab inferis, & transferas me ad gloriam cęlestem. Nam cum sit quod Iacob in prolatione illorum verborum conuersus fuisset ad considerationem fortitudinis Sampsonis, quippe qui figura fuit illustris Domini Nostri Saluatoris in ipsa consideratione, sic aspirauit se ad Dominum suum: & quamquam non fuit Sampson de tribu Iuda, de qua oriundus erat Messias, attamen fuit figura Christi Domini. Pererius libro de Benedictionibus Patriarcharum super sexta prophetia Dan numero centesimouigesimonono. Scripsit decem rebus Sampsonē mirificè Messiā præfigurasse, primo in conceptione, quia diuinitus per angelum parentibus nunciata fuit. Secundo vocatus fuit Naxaręus, idest consecratus Deo. Tertio duxit vxorem gentilem contra voluntatem parentum.

Plinius.

Auctor operis

Perer.

Allego rica ex positio Samps nis.

Quarto robur & fortitudo eius dicitur esse in capillis, præsertim in septem crinibus. Quinto Leonem in se ferociter irruentē manibus suis infrusta discerpit. Sexto asini maxilla mille occidit Philistęos. Septimo petenti à Deo potū, ex maxilla Asini ad bibendum aqua scaturiuit. Octauo conclusus intra Ciuitatem ab hostibus media nocte surgens euulsas ianuas Ciuitatis in apicem montis humeris suis deportauit. Nono trecentas vulpes caudis inuicem colligatas cum facibus incensis immisit in areas Philistinorum, quæ & segetes, & vineas, & aleas incendio perdiderunt. Decimo duas columnas quibus domus Philistinorum Principis sustinebatur suis manibus apprehendens atque conquassans demolitus est: eaque ruina moriens ipse plures hostium, quam dum vixerat interemit. Multi grauissimi scriptores opinati sunt in hoc vaticinio Iacob de Tribu Dan non tam ad Samsonem pertinere quam ad Antichristum secundum sensum literalem & historicum, quoniam Antichristus in extremo mundi tempore mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro, est atrocissimam persecutionem concitare. Ascensores equi principes sunt mundi, quos facilius in suam sententiam pertrahet Antichristus. Sic ex ipso auctore. Hunc secundum intelligentiam nostram, & gratiam nobis concessam à Deo declarabimus, quid sibi velint significare istæ res susceptæ per Samsonem, & per ipsum peractę in mundo in præfiguratione rerum illarum, quas perducere ad finem voluit Dominus Iesus. Annuntiatio conceptionis Samsonis per Angelum declarauit eum fore maximum virum apud Deum; sicut vocatio illius Nazaræus declarauit quod consecratus esset. Verum enimuerò Natiuitas Domini annunciata fuit per Angelum, vndè intelligeremus pręstantiam & virtutem illius super omnem hominem: Vocatusque fuit Nazaræus, sed quis fuit carior Deo, & magis illi sacratus, quam ille, qui fuit filius & splendor patris? Duxit vxorem contra voluntatem parentum: sic Iesus duxit vxorem sibi gentilitatem contra voluntatem Iudaici populi: Fortitudo Samsonis in septem crinibus pollebat, quod præfiguratum est virtutem

Allegorica expositio auctoris

Christi

Christi Domini pollere in capite eius, i. in capite, & diuinate eius: Leone irruente in eum, qui occisus est, significatur Diabolum irruentem in Iesum Dominum ab eo occisum esse: Samson occidens mille Philisteos Asini maxilla, nobis declaratum est, quam fortis sit Dominus Iesus & potens, quippe qui in ictu oculi in vno verbo potens est necare totum genus humanum, & omnia vitia repellere ex illo; In petitione Aquæ concessa Samsoni significatur quod omnia, quæ Dominus Iesus petierit patri suo dabuntur ei; Sicut conclusione illius intra ciuitatem fores vrbis in apicem montis deportatæ sunt, ita declaratur quod clausus Dominus Iesus in sepulchro tertia die resurrexit, secum ferrens ianuas Ciuitatis, ostendens nobis, quod non est alius introitus in regnum cœlorum, nisi per medium illius, scilicet per merita illius passionis. *Aser pinguis panis eius, & præbebit delitias Regibus, versiculo vigesimo,* terra illius procreabit res adeo delicatas, & preciosas, vt eas reges tamquam summas delicias expetituri sint, ait Pererius super octaua prophetia de Aser. *Nephtali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis, versiculo vigesimoprimo.* Andreas Masius in commentarijs suis super capitulo decimonono Iosue tradit, Nepthalitas in vbere collocatos regione, vt ceruos, qui in amenis & herbosis saltibus versantes pascentesque libere ludunt, ex hac ratione sic vocatos esse: & in omni sermone fore elegantes & affabiles. *Andr. Masius.* *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens.* Rectè de Ioseph dicitur filius accrescens, quoniam cum figura fuerit Christi Domini, & ille semper auctus sit in Ecclesia per prædicationem suam & operationem, & miracula: suorumque fidelium prædicationem, & operationem: & de Ioseph pariter credendum est quod semper auctus sit in honore & magnitudine apud Regem Pharaonem. Rectè conuenit figura cum figurato. *Auctor operis.* In benedictionibus sequentibus per Iacob prænunciatis Ioseph, declaratur omne bonum cœli, & terræ ei predicere, & pronunciare tam in rebus celestibus, & spiritualibus quam in bonis circa terram nascentibus: presertim
in

in procreatione, & multitudine filiorum. *Beniamin Lupus Rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia, verſiculo vigeſimoſeptimo*. interpretatio horum verborum tradi-
Hier. ta à Beato Hieronymo, Ambroſio, Chryſoſtomo, Theodo-
Amb. reto, & Ruberto declarat hanc prophetiam ſpectare ad Bea-
Chryſ. tum Paulum, qui ex ea Tribu fuit. Nempe ante conuerſio-
Theodoretus. nem ſuam fuit Lupus rapax ingenio, & animo ardens & ferox. At veſpere poſt conuerſionem eius ad fidem Chriſti di-
Rupert⁹ uiſit ſpolia, fuit bellator Chriſti; propugnator Eccleſiæ. Ve-
Toſtat⁹. rum alia interpretatio literalis præ ceteris placet Toſtato, & hæc eſt Iacob ſignificaſſe fore Beniamitas fortes & Bellicoſos, quippe qui mane comedent prædam eam rapiendo, & veſpere diuident ſpolia inimicorum, illis profligatis, & victis. Cauſæ vero cur tantopere concupiuerit Iacob ſepeliri in terra Chanaan fuerunt ſequentes, prima fuit deſiderium eſſe corpus ſuum in ea terra, quam poſteros ſuos ſciebat eſſe poſſeſſuros: & vbi verus Deus, quem ipſe coluerat, publica religione coleretur: & ſi ſciret ille Patriarcha, quod ex illa terra reſurgere debebat Dominus Ieſus poſt triduum ſuæ mortis ad vitam immortalem, & vna multos de ſanctis cum illo reſurrecturos, hoc ſi patefactum ei fuerit myſterium ſanè maximus ſtimulus ad deſiderium fuit, vt oſſa eius tranſportarentur in illam terram. *Appoſitus eſt ad populum ſuum*. Pererius in libro de Benedictionibus Patriarcharum ſub finem illius inquit, mihi non diſplicet, quod quibuſdam hebraicè doctiſſimis viris placuiſſe video congregari, vel apponi ad populum ſuum, dormire eum patribus, ingredi viam vniuerſæ carnis, vel terræ, quibus ſignificatur idem quod obire vel deſerere ſtatum viuentium, & tranſire ad ſtatum defunctorum.

DE

DE APPARATV, ET POMPA funebri, quæ ad ſepeliendum Iacob à filio facta fuit. De benignitate Ioſeph erga fratres ſuos. De Morte Ioſeph completis centum, & decem annis, qui mandauit vt oſſa eius transportarentur in terram Chanaan.

Caput Decimumquintum.

Vod cernens Ioſeph ruit ſuper faciem patris, flens, & deoſculans eum. Præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus tranſierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum; fleuitque eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao: Aſcende, & ſepeli patrem tuum, ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti: domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerant in terra Geſſen. Habuit quòque in comitatu currus, & equites: & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad aream Arad, quæ ſita eſt trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies. Quod cum vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: planctus magnus eſt iſte Aegyptijs. Et idcirco vocatum

tum est nomen loci illius planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob, sicut præceperat eis. Et portantes eum in terram Chanaan sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hetæo contra faciem Mambre. Reuersusque est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo timentes fratres eius, & mutuo colloquentes: ne forte memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi illius verbis diceremus: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt: nos quoque oramus, vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntque ad eum fratres sui, & proni adorantes in terram dixerunt: serui tui sumus. Quibus ille respondit: Nolite timere: Num Dei possumus resistere voluntati? vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: Ego pascam vos, & paruulos vestros, Consolatusque est eos, & blande, ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: Vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios, vsque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir, filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph, quibus transactis locutus est fratribus suis: post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto: Mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto. Capitulo quinquagesimo Genes. Præcepit seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Diodorus libro secundo, capitulo quinto scripsit, tres funerum fuisse species in condendis corporibus, sumptuosam, mediocrem, & humilem: In prima argenti talentum impendebatur, in

Diodor. De condẽdis corporibus.

secunda

secunda minæ viginti, in tertia perexiguus constabat sumptus eorum, qui curabant corpora mortuorum, alij erant scissores, qui lapide Aethyopico latus corporis mortui incidebant, quo aluum purgabant, Hi exosi erant apud Aegyptios. Quapropter facta scissura inde celeri fuga euadebant, valide insequentibus, qui astabant, lapides cum execratione in eos iacentibus. Sic ex ipso Auctore, Cur vero Aegyptij non cremarent cadauera. Herodotus libro tertio tradit non fuisse apud Persas, nec apud Aegyptios moris cremari cadauera, quoniam arbitrantes ignem esse Deum, nefas ducebant cadaueribus pasci Deum Nam putabant illi ignem animatam esse bestiam, & omnia, quæ nascuntur, deuorare, & postquam deuorando fuerit expleta, ipsam quoque emori vna cum rebus deuoratis. Sic ex Herodoto. *Transierunt quadraginta dies; iste quippe mos erat cadauerum condendorum, versiculo tertio.* Petrus Comestor super Genes. historiæ suæ capitulo centesimodecimoquarto, super corpora condenda in hunc sensum scripsit; seruabant incondita corpora nouem diebus per singulos dies plangendo, eaque fouendo calida aqua, quo explorarent vtrum anima penitus egressa corpore, an tantum in eo sopita esset; condita vero per dies quadraginta seruabant, sic ex ipso auctore. *Fleuitque eum Aegyptus septuaginta diebus.* Herodotus libro secundo, inquit morem esse Aegyptiorum vtriusque sexus lugere mortuos suos, præsertim mulieres vultus oblinentes lutu: relicto cadauere, domi vagientes per vrbem plangunt succinctæ, nudatisque mamillis. Viri autem se verberantes lugentesque Ciuitatem quoad mortuus sepeliatur circumeunt neque lauantur: neque vinum, neque cibum sumunt, nisi vilem. Tostatus inquit fuisse sepulchrum in agro extra Ciuitatem, quia numquam fuit mos sepeliri corpora mortuorum intra ciuitates, nisi apud Christianos, qui sepeliunt eos in Ecclesia: ex quo illud boni accidit, vt fideles, qui Ecclesias visitant propter vsum sacramentorum commouentur ad preces pro illis. Apud

Herodotus.

Cur Aegyptij cadauera non cremarent.

Petrus Comestor.

Herodotus.

Tostat⁹.

Mos sepeliendi mortuos

Romanos intra vrbem sepeliri mortuos per legē prohibeba tur illorum: sed sepeliebantur extra vrbem in Agris iuxta vias publicas Flaminiam scilicet, & latinam. Erat pariter lex apud Athenienses, vt intra vrbem sepulturam non darent, quocirca Seruius Sulpitius petens ab Atheniensibus sepulchrum jn Ciuitate ab illis impetrare non potuit. Hoc præmissum & factum fuit à gentibus, scribit Pererius, ne te tro cadauerū odore homines infestarentur, & aer pestilēs exi steret: & vt illac trāseuntes ad clarorum hominum imitatio- nem accenderentur. Placuit Licurgo sepeliri mortuos intra Ciuitatem, vt iuuenes condocefaceret non timere mortem, nec putare inquinari homines propter tactum corporum mortuorum. *Quibus ille respondit, nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? vos cogitastis de me mala: sed Deus vertit illud in bonum, versiculo decimonono, & vigesimo,* in his verbis Ioseph agnoscitur bonitas, & prudentia illius, qui ignoscit fratribus suis, eos excusans. *Vixit autem Ioseph centum decem annis.* Hoc videtur ei contigisse, quod vita eius fuit breuior patrum suorum propter grauissimos labores, & curas, quarum plena est Imperij administratio. Vnde patet verum esse, quod scriptum reliquit Auctor Ecclesiast. capitulo decimo, dicens. *Omnis potentatus breuis vita.*

Licurgus.

Post mortem Ioseph, vsque ad exitum Hebræorum ex Aegypto superfuerunt anni centum quadraginta quatuor. Ad ortum Moysis sexaginta sex. Cur Ioseph non mandauit fratribus suis, vt statim post mortem suam corpus suum transferrent in terram Chanaan? Ad hanc dubitationem respondens Pererius libro de sepultura Iacob, & obitu Ioseph super hunc locum scriptum reliquit; duabus rationibus hoc factum esse, prima vt ea ratione firmaret vehementius spem promissionis Dei daturum se terram Chanaā posteris eorum. Altera causa fuit, quia si fratres Ioseph tentassent transferre in terram illam corpus eius, valde offendissent Aegyptios, quin etiam id fieri fortasse non essent passi: Verum an ossa Patriarcharum sint asportata

in

in terram Chanaan; & in Sichem sepulta; Fuit opinio Beati Hieronymi in Epitaphio Paulæ ad Eustochium, & Beati Stephani Actorum septimo, eos illic sepultos esse. Fuit quoque opinio Ioseph ossa prædicta, condita esse in Hebron. *Et conditus aromatibus repositus est in loculo in Aegypto.* Putauit Caietanus loculum illud fuisse techam marmoream, sicut Pererius capsam ligneam. Hier.

†

Finis Septimi, & Vltimi Libri.



Auctor ætatis ſuę anno quinquageſimo ſeptimo. Vincentiæ ſcripſit anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vndecimo. Sub Pontifice Maximo Paulo Quinto, & Duce inclitæ Ciuitatis Venetiarum Leonardo Donato. Laus Deo Optimo Maximo, ac Deiparæ ſemper Virgini Mariæ.

Ego Frater Vincentius Coruittus Panormitanus, Doctor Theologus, Conuentualis, & in almo gymnasio Patauino Sancti Antonij Regens, diligenter vidi huiusmodi opus, & inspexi non solum nihil admittere falsitatis, nec contra fidem, nec contra bonos mores, quinimo plurima laude dignum, ob sententiarum varietatem, interpretandi subtilitatem, & doctrinæ firmitatem: vnde eum approbo prout ad me spectare videtur.

Qua suprascripta fide stante Reuerendus Pater Inquisitor Paduæ concessit quòd dictus liber imprimatur.

Frater Zacharias de Rauena Inquisitor Paduæ manu propria.

Imprimatur Octauius Liuellus pro Serenissima Republica Veneta.

PATAVII, Apud Gasparum Criuellarium, Anno Domini. M. DC. XII.

Superiorum Permissu.

INDEX AVCTORVM, QVI IN TOTO HOC OPERE CITANTVR.



A

D. Augustinus.
D. Ambrosius.
Aelianus.
Amianus Marcellinus.
Aristoteles.
Albumazar.
Apollinaris.
Aratus.
Aulus Gellius.
Abraham Iudaeus.
Alexander Alensis.
Apollonius.
Abbas Paphnutius.
Aquila.
Auctor Quaestionum noui, & veteris testamenti.
Apuleius.
Alexander ab Alexandro.
Auctor Paraphrasis Hierosolymitanae.
D. Athanasius.
Alciatus.
Andraeas Masius.
Aristaeus.
Arias Montanus.
Athenaeus.
Accatius Episcopus Caesariensis.
Auicennas.

B

Beda.
D. Basilius.
D. Bonauentura.
Borcardus.
Boetius.
Budaeus.
D. Bernardus.

C

Q. Curtius.
Caietanus.
D. Cyprianus.
Catharinus.
Clemens Alexandrinus.
Cicero.
Cyrillus.

Cassiodorus.
Cassianus.
Cornelius Tacitus.
Cardanus.
D. Chrysostomus.
Carneades.
Clearcus.
Cornelio Facilius.

D

D. Damascenus.
Diodorus.
D. Dionysius Areopagita.
Durandus.
Dionysius Carthusianus.

E

Eusebius Emissenus.
Epiphanius.
Eugubinus.
B. Ephrem.
Euthymius.
Euripides.
Eudoxus.

F

Faustinus.
Franciscus Ribera.

G

Genedius.
D. Gregorius.
D. Gregorius Nyssenus.
D Gregorius Nazianzenus.
Calenus.
Gulielmus Parisiensis.
Genebrardus.

H

Herodotus.
Hesiodus.
Hippocrates.
D. Hieronymus.
Hermeus Chaldaeus.
Horatius.
D. Hilarius.

I

Iustinus Martir.
Iosephus.
Iuuenalis.
Isidorus.
Irenaeus.
Iulius Pollux.
Ioannes Lucidus.
Ioannes Buteo.
Ioannes Annianus.

L

Lucretius.
Ludouicus Viues.
Lactantius Firmianus.
D. Leo.
Lucanus.
Leuinius Lemnius.

M

Marsilius Ficinus.
Magister Historia Scolastica.
Moyses Bonephius.
Manethon Aegyptius.
Molus Metinus.
Maximus Lirinus.
Macrobris.
Melchior Cano.
Magister sententiarum.
Metodius Martyr.
Mattheus Beroaldus.
Moyses Aegyptius.
Mercator.

Nicolaus

N
Nicolaus Liranus.
Nicolaus Damascenus.
O
Oleaster.
Origenes.
Olaus magnus Orosius.
P
Pererius.
Petrus Apponensis.
Procopius.
Philo Hebræus.
Plutarchus.
Paulus Burghensis.
Propertius.
Philostratus.
Pagninus.
Plato.
Plinius.
Ptolomeus.
Phauorinus.
Petrus Hiacensis.
Porphirius.
Plotinus.
Philastrius.
Petrus Comestor.
Beatus Prosper.
Paraphrastes.
Pomponius Mela.
R
Rabanus.
Rupertus Abbas.
Remigius.
S
Seuerus Sulpitius.
Suidas.
Seneca.
Seruius.
Scotus.
Soto.
Solinus.
Suetonius.
Strabo.
Scaliger.
Simmachus.
T
Theophylatus.
Tarsensis.
Theodoretus.
Testatus.
Theodorus Episcopus.
Tertullianus.
Taruntius Mathematicus.
Diuus Thomas
Thomas Anglicus.
Targus Hierosolymitanus.
V
Vgo Sancti Victoris.
Varro.
Virgilius.
Vulphagramus.
Valerius Maximus.
Vatablus.
Velleius.
Vitruuius.
X
Xenophon.

INDEX CAPITVM.

Quæ in singulis Libris continentur.

CAPITA PRIMI LIBRI.

E creatione mundi. Caput primum pag. 1

De cœlis, & astris secundum sacram scripturam. An Stellę, & cœli natura constent incorruptibili? Caput 2. 8

Diuinationem astrologicam contrariam sacrę scripturæ ergo contra dictam diuinationem. Caput 3. 11

Dę paradiso. caput 4. 19

De arbore vitæ, & de arbore scientiæ boni, & mali. cap. 5. 23

De quatuor fluminibus paradisi. caput 6. 27

De creatione primorum hominum. caput 7. 30

De imperio in animalia ante, & post diluuium. caput 8. 34

An Deus dederit homini corpus naturæ eius conueniens perfectum secundum ætatem, & si Angeli concurrerint in procreatione hominis. caput 9. 38

Super verba illa: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, præcepitque ei dicens, ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas; in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* caput 10. 42

De formatione Euæ ex Adamo. caput 11. 45

An in statu innocentiæ multiplicati fuissent homines per generationem carnalem; & si in statu illo integritas muliebris corrupta esset. caput 12. 49

An

An in statu innocentiæ fuisset in vsu hominibus carnium esus, & si in exordio mundi animalia, quæ nunc sunt carniuora etiam tunc carnibus vescerentur, an solis plantis. caput 13. 51
De statu innocentiæ primorum hominum, & de sapientia, & scientia Adami. caput 14. 54
Si posteri Adæ in statu innocentiæ habuissent scientiam innatam, & si in illo statu potuisset admitti aliquod peccatum veniale. caput 15. 58
De iustitia originali, & quomodo Adam ante peccatum fuerit immortalis. caput 16. 61
De lapsu primorum hominum, & quis fuerit, qui tentauit primos homines. caput 17. 64
An maledictio serpentis ad serpentem verum, an ad diabolum referenda sit; & cur Moyses nullam fecerit mentionem Diaboli. caput 18. 68

Capita secundi libri.

DE locutione, & fallacia serpentis aduersus primos homines, & de peccatis ab illis commissis in transgressione præcepti. Caput primum. 73
An peccatum primorum hominum fuerit grauissimum omnium peccatorum, & quis magis peccauerit Adam, an Eua. Caput 2. 77
De maledictione data serpenti: & de inimicitia inter serpentem, & mulierem. caput 3. 81
De maledictione terræ, & de tunicis pelliceis datis à Deo primis hominibus, & de verbis dictis à Domino Deo. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum, & malum.* caput 4. 86
De tempore quo Adam fuerit in paradiso, & de cherubin posito ad custodiendum viam ligni vitæ. caput 5. 89
De Caim, & Abel, & de progenie, & sacrificijs eorum, & de duarum ciuitatum origine, vnam Dei, alteram Diaboli. caput 6. 92

De

De nece Abelis, & de maledictione data Caim, & de timore Caini. caput 7. 95
De Caini nece, & de filio Adam, scilicet Seth, & moribus eius. caput 8 101
De longitudine annorum, quibus vixerunt homines ante diluuium, & de causis tam longæ vitæ, & cur nullus attigerit millesimum annum. cap. 9. 105
Si Adamus sit saluus, vel ne, & de tempore ab Adamo, vsque ad diluuium. caput 10. 108
De translatione Henoch; & vbi fuerit translatus: an in paradiso terrestri, vel in alio loco, & cur Deus transtulerit eum. caput 11 111
An boni Angeli commixti fuerint cum mulieribus. Et de commixtione demonum cum illis. Et an possint generare assumpto semine virili. caput 12. 117
Si Demones possint generare assumpto corpore, congressi cum mulieribus per semen virile. caput 13. 122
De malitia hominum tempore diluuij. De gigantibus, & qui fuerunt ibi an demones sub humana specie, an verò filij Dæmonum. caput 14. 128
De malitia hominum ante tempus diluuij, & in illo tempore. caput 15. 132
De nomine Noe: de iustitia eius, & de filijs eius Sem, Cham, & Iaphet. caput 16 134

Capita tertij Libri.

DE virtutibus Noe, & de peccatis illorum hominum ante diluuium. Caput primum. 137
An omnes, qui perierunt tempore diluuij æternis supplitij damnati fuerint. caput 2. 141
De arca Noe. caput 3. 143
De mansiunculis, & de ostio, & fenestra arcæ. De forma illius secundum diuersos scriptores. caput 4. 148
De mundis, & immundis animalibus ingressis in arcam. De numero illorum animalium, & quomodo congregati

fuerunt

fuerint in Adam. Caput 5 153
De animalibus carniuoris ingressis in arcam, & de cibo carniuoris, & de Phenice vtrum fuerit in Arca. caput 6. 159
De anno, & mense, quo factum est diluuium: & an ex causis naturalibus, an vero ex alijs supernaturalibus. cap. 7 164
De magnitudine diluuij, & quanto tempore durarent, & quod ex solis causis naturalibus diluuium effici non possint. De diluuio ogygis, & Deucalionis. caput 8. 169
De cessatione diluuij, & de spiritu, quem adduxit Dominus ad exsiccandas aquas diluuij. De requie Arcæ super montes Arminiæ, & de missione Corui extra Arcam, & Columbæ. cap. 9 174
De egressu Noe ex Arca, de sacrificio, quod Noe fecit Deo, & de promissione Dei facta Noe. caput 10. 178
De esu carnium hominibus concesso. De præcepto non comedendi sanguinem, & de pœna homicidij. cap. 11 180
De arcu fœderis Domini, quod signum fuit non futuri diluuij. caput 12. 184
De inebriatione Noe, & de maledictione data Cham, & de benedictione Sem. caput 13. 188
De multiplicatione humani generis post diluuium ex tribus filijs Noe, & de origine nationum, & regnorum terræ. caput 14. 197

Capita Quarti Libri.

DE origine nationum, & regnorum terræ. De antiquitate Ægyptiorum. Caput primum. 201
Quis fuerit Nemrod, & quis conditor Babilonis, & fundator Vrbis Niniue, & de Regina Assyriorum. cap. 2. 205
De posteris Mesraim, & Chanaan, & quæ gentes ab illis deriuatæ sint, & de Ciuitate Emata. De nomine quoque Phaleg. caput 3. 211
De edificatione turris Babel, & de confusione, ac diuisione linguarum. caput 4. 215

De con-

De confusione linguarum, & numero earum, in quibus confusæ fuerunt, caput 5. 221
Quomodo facta fuit linguarum confusio, & de numero linguarum, in quas prima lingua communis omnium multiplicata esse dicitur. caput 6. 227
De progenie Sem vsque ad Abraham, & in quo tempore natus sit ipse Abraham. caput 7. 229
De Abrahæ ortu, coniugio, & de migratione in Mesopotamiam, & si Abraham fuerit primogenitus Thare, & de Sara vxore eius. caput 8. 231
De vocatione Abrahæ à Deo ex patria sua in terram Chanaan, & de peregrinatione eius in terra Aegypti. cap. 9. pag. 234
De tempore, quo Deus promissionem dedit Abrahæ, vsque ad tempus legis in Monte Sina à Deo datæ: quadringenti, & triginta anni præterierint nec ne? caput 10. 238
De descensione Abrahæ in Aegyptum, & peregrinatione illius in eo Regno, & de periculo, in quo fuit causa, vt supra, & quomodo eum Deus liberauerit, cap. 11. 141
Vbi manserit Abraham, quando venit in Aegyptum, & quanto tempore ibi steterit, & de voce Pharaonis. Caput 12. 245
De rixa, & contentione inter posteros Abraham, & inter pastores gregum Lot, & de separatione ab inuicem illorum. Caput 13. 249
De promissione a Deo facta Abrahæ daturum esse illi terram Chanaan, & quomodo intelligenda sit illa promissio. Cap. 14. 253
De Liberatione Lot debellatis quatuor Regibus ab Abramo. Cap. 15. 256
De Sacrificio Melchisedech, & de benedictione illata Abrahæ, & decimis oblatis Melchisedech. Et quis fuerit Melchisedech, & Salem Ciuitas eius. Cap. 16. 261
De promissione Dei facta Abrahæ, & quomodo intelligenda sit hic promissio; an secundum sensum literalem, vel potius secundum sensum spiritualem. Cap. 17. 269

Capita

DE iustitia Abrahę, & fide eius. Caput primum 273
De tempore, quo Hebręi manserint in Ægypto, & quomodo intelligenda sunt verba illa: *Nondum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum.* Caput secundum 278
An impletum fuerit promissum Dei posteris Abrahæ, de terra possidenda à fluuio Ægypti, vsque ad Euphratem. Caput tertium. 282
De coniugio Abrahæ cum Agar Ægyptia ancilla eius: an licitum, & legitimum fuerit. caput 4. 284
De pacto Dei cum Abrahamo, & de lege circuncisionis. caput 5. 290
De tribus Angelis in domo acceptis ab Abrahamo, & de promissione Isaac ex Sara nasciturum. Caput 6. 299
De reuelatione Dei Abrahamo, quod ipse Deus sit facturus in illis quinque Ciuitatibus Sodomorum: & de locutione Abrahæ cum Deo pro salute, & liberatione, caput septimum. 304
De Incendio exitioque Sodomę, aliarumque vrbium. De liberatione Lot, cap. 8. 307
De Ebrietate Lot, & incestu filiarum eius, cap. 9. 312
De Pęna inflicta Abimelech à Deo propter ablatam Saram Abrahæ, & de restitutione illius mulieris Abrahæ, caput decimum. 315
De Natiuitate Isaac filij Abrahæ, & Saræ, & de circumcisione illius. De conuiuio facto in die ablactationis illius. De eiectione ancillæ Agar extra domum Abrahæ, caput vndecimum. 318
De amicitia, & fœdere inter Abraham, & Abimelech Regem Philistinorum. De allegorica expositione Saræ, & Agar, Isaac, & Ismaelis. cap. 12. 322
De immolatione Isaac, & de tempore illius immolationis, & quomodo cognouerit Abraham illam esse visionem Dei; potius, quam illusionem Dæmonis, cap. 13. 325

De prohibitione diuina immolationis Isaac: & cur iusserit immolari Isaac, cuius tamen immolationem nolebat. De amplissimis benedictionibus datis Abrahæ, caput decimumquartum. 330
De morte Saræ, & de loco, & sepultura, in qua sepulta fuit, caput 15. 334
De missione ex Abrahamo in Mesopotamiam serui sui, vt ex posteris fratris sui Nachor futuram Isaac filij sui vxorem ducat. caput 16. 338
De profectione serui Abrahę ad adducēdam vxorem Isaac, & de reductione Rebeccæ in domum Abrahæ. cap. 17. pag. 345
De coniugio Abrahæ cum Cetura, & de filijs ab illa procreatis, & de morte eius. caput 18. 347
De oratione Isaac, vt Rebecca conciperet filium: & de collisione in vtero Rebeccæ propter illud conceptum. caput 19. 354
De miro Esau, & Iacob conceptu, & partu. caput 20. 360

Capita Libri Sexti.

De profectione Isaac ob famem ex terra Chanaan in Ciuitatem Gerarem ad Regem Abimelech, & de prosperitate illius dum ibi peregrinaretur. Caput primum. 366
De iuramento, & fœdere inter Isaac, & Abimelech. De effosso puteo à seruis Isaac, & de nomine eius. cap. 2. 371
De paterna benedictione occupata à Iacob per habitus, & verborum simulationem sine labe peccati. caput 3. 373
De profectione Iacob in Mesopotamiam: & de visione in itinere illius Scalæ, cuius altitudo pertingebat vsque ad Cœlum. caput 4. 384
De seruitute facta per Iacob Laban pro vxore sibi ducenda Rachele, & de suppositione facta Iacob Liæ sororis Rachelis. Caput 5. 392
De alijs filijs à Iacob procreatis ex ancillis vxorum eius, & de cau-

de causis versicolorum animalium Laban pro virgis à Iacob in canalibus positis. Caput 6. 398
De reuersione Iacob ex Mesopotamia in Chanan itidem, cum vniuersa familia,& de pacto inter ipsum, & Laban. Caput 7. 406
De timore Iacob pro aduentu Esau. De legatione missa ab ipso Iacob gratia sibi eum reconciliandi. De lucta Iacob cum Angelo. caput 8. 411
De reuerentia exhibita à Iacob fratri suo Esau: & de humanitate ipsius erga Iacob, à quo digressus iuxta Salem vrbem posuit tabernacula. Caput 9. 418
De raptu Dinæ filiæ Iacob, & de violatione illius à Sichem Principe illius ciuitatis. Et de interfectione facta à filijs Iacob Sichimitarum,& de vastatione illius Ciuitatis. caput 16, 421
De idolis repertis à Iacob apud domesticos, & subter Terebynthum defossis. De morte Delboræ nutricis Rebeccæ. De apparitione Domini Iacob mutantis ei nomen Israel, De morte, & sepultura Rachelis. De coniunctione Ruben cum Bala patris vxore. De morte Isaac, & de ætate eius. Caput 11. 425
De posteritate, & progenie Esau, & de habitatione,& diuitijs illius, De Anna, qui dicitur fuisse inuentor generationis mulorum. An verò Iob fuerit ex gente, ac stirpe Esau. caput 12. 430

Capita Libri Septimi.

DE venditione Ioseph præ inuidia à fratribus suis, & intercessione Iudæ venditi Madianitis, à quibus ductus est in Aegyptum. Caput primum. pag. 433
De spoliatione Ioseph tunicæ talaris, & de venditione ipsius. Caput secundum. 439
De coniugio Iudæ cum muliere Chananæa,& vindicta in filios ab ipsis procreatos; De incestu Thamar cum Socero

suo Iuda, & de procreatione duorum filiorum eius. Caput tertium. 442
De Iosepho ducto in Aegyptum, qui dilectus fuit à Domino suo. De accusatione falso ei data ab vxore Domini sui, quapropter inclusus fuit in carcere, vbi à Domino carceris dilectus fuit. Caput 4. 447
De Ioseph, qui cum esset præsidens carceri duo somnia interpretatur, alterum Pincernæ regis Pharaonis, alterum Pistoris, de quibus sicut prædixerat manifeste apparuit veritatem dixisse. cap. 5. 451
De liberatione Ioseph è carcere, & de interpretatione duorum somniorum Pharaonis. Quamobrem valde honoratus à Rege præpositus in vniuerso Aegypto annone ducta vxore Aegyptia, ex ea duos filios procreauit. Caput sextum. 454
De missione filiorum Iacob in Aegyptum pro habendis alimentis, quibus viuere possent: vbi à Iosepho durè tractantur, qui dimissi sunt relicto Simeone tanquam obside. Caput septimum. 459
De filijs Iacob, qui denuo ducto secum Beniamin in terram Aegypti reuersi sunt ad Ioseph, à quo accepti humaniter sumptuoso conuiuio honorati sunt. Caput 8. 464
De Scypho abscondito in sacco Beniamin Ioseph iussu, quo diligenter quesito, & inuento in marsupio illius eum tanquam reum furti detineri Ioseph voluit, sed vehementer Iudas laborat apud Ioseph pro liberatione illius. Caput Nonum. 468
De manifestatione Ioseph fratribus suis: & de remissione illorum in patriam suam. Et de instantia nomine Regis Pharaonis, & Ioseph, vt pater cum omni familia in Aegyptum venire properaret. Caput 10. 472
De profectione Iacob cum tota familia eius in Aegyptum. Et de animabus, quæ cum illo illuc intrauerunt. Præcepitque Ioseph fratribus, vt profiterentur apud regem non aliam, nisi pastoralem artem colere. Caput 11. 475
De introductione Iacob ante regem Aegypti, à quo data fuit

fuit pro habitatione terra Gessen. Et de potestate data Ioseph in omnem terram Aegypti. Adiuratque Iacob filium suum Ioseph de sepultura in terra Chanaan. Caput duodecimum. 478

De Iacob, qui iam morti proximus adaptauit sibi in filios Manassem, & Ephraim, quibus benedicens præposuit Ephraim Manasse, qui quidem partem hæreditatis illius Ioseph donauit. caput 13. 484

De diuina prædictione Iacob iam morti proximi filijs suis, eiusq; posteris eorum, quæ longe post ventura erant. Caput 14. 488

De apparatu, & pompa funebri, quæ ad sepeliendum Iacob à filio facta fuit. De benignitate Ioseph erga fratres suos. De morte Ioseph completis centum, & decem annis, qui mandauit vt ossa eius transportarentur in terram Chanaan. Caput 15. 495

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
Quæ in toto hoc opere continetur.


Byssus quid sit. 2
Abrahæ Iudæi opinio de aduentu Messiæ. 16
Abraham quo anno ætatis Thare patris sui natus sit. 230
Abraham quare coniectus fuerit in ignem apud Chaldæos. 233
Abraham quantæ virtutis, ac excellentiæ fuerit. 233
Abraham an semper veri Dei cultor fuerit. ibid.
Abraham vocatio quid significet. 234
Abraham cur tamdiu noluit Deus peregrinari. 235
Abrahæ septem bona promissa. 237
Abraham quos duxit secum discedendo de Haran. 239
Abrahæ quomodo Deus apparuit. 240
Abrahæ triplex periculum contigit. 241
Abraham cur tentatus sit a Deo. ibid.
Abraham, & Sara, an peccauerint conuentione inter ipsos facta, quod ipsa esset soror Abrahæ. 246
Abraham quanto tempore manserit in Aegypto, ibi. & seq.
Abraham quomodo diuitias sibi parauit. 249
Abraham quomodo potuit oculis proprijs totam terram promissionis conspicere. 252
Abrahæ cur promittitur terra, quam numquam possedit. 253
Abrahæ semen quomodo multiplicari potuit ad instar Stellarum, ibidem
Abraham cur sic appellatus sit. 259
Abraham an dederit decimas Melchisedech, an vero Melchisedech

lech Abrahamo. 262
Abrahæ coniugium cum Agar, an licitum fuerit. 285. & seq.
Abraham an peccauerit in fide. 298
Abraham in tribus Angelis, qui ei apparuerunt, an cognouerit dominum. 299
Abraham tria officia viatoribus offerebat. 300
Abraham cur non amplius institit rogare Deum cum peruenit ad numerum denarium. 306
Abrahæ patrimonium quale fuerit. 320
Abraham cur tam exiguum viaticum dedit vxori suæ Agari, ibidem
Abimelech cur expetiuit amicitiam Abrahæ. 322
Abraham etsi valde amaret Isaac, tamen libenter mandato Dei de immolando filio obtemperauit. 325
Abraham decies tentatus est a Deo. 327
Abrahæ, & Lot separationis causæ. 251
Abraham quomodo cognouit præceptum de immolando filio esse a Deo. 328
Abrahæ quatuor benedictiones datæ sunt, & quæ. 333
Abrahæ meritum, & virtus, an fuerit insignior merito, & virtute Isaac. ibid.
Abraham non misit Isaac ad eligendam sibi vxorem. ibid.
Abraham quomodo potuit generare cum esset ætatis centum, & quadraginta annorum. 348
Abrahamo adueniente in terram Chanaan memorabilia, quæ euenerunt. 350
Abraham, Isaac, & Iacob, an fuerint virtutibus pares. 368
Abraham, Isaac, & Iacob vxores apud puteum inuenisse, quid significetur. 393
Abel pastor ouium fuit, Caim vero agricola. 93
Abel quo genere mortis occisus sit. 98
Abrahæ, & Lot separationis causa. 251
Abraham quando mortuus est. 351
Adam, an comederit de arbore vitæ, dum stetit in Paradiso. 28
Adam, & Eua in qua ætate sunt creati. 40.105
Adam qualis staturæ fuerit. 40
Adam,

Adam, & Eua creati sunt in quinquagesimo anno. ibid.
Adam vbi fuerit sepultus. ibid. 255
Adam prius collocatus est in Paradiso, deinde formata est Eua. 42
Adæ nomen cur solum expressum est a Moyse in præcepto de non comedendo de ligno scientiæ boni, & mali. ibi.
Adæ quomodo Deus minatus est, ne comederet de ligno scientiæ boni, & mali. 44
Adæ somnus, an fuerit vere somnus, an extasis. 47
Adami, & Euæ causæ dilectionis. 48
Adamo, & Euæ, cur non præscripsit Deus potum, sicut præscripsit cibum. 52
Adami, & Euæ status qualis erat in statu innocentiæ. 53. 54
Adam a sui ortu præditus fuit omni scientia rerum naturalium. 55
Adami scientia fuit infusa non acquisita. 56
Adam an fuerit sapientior omnibus hominibus, ibid.
Adam quæ cognouerit in statu innocentiæ. ibid.
Adæ cognitio in statu innocentiæ, an fuerit clarior fide. 57
Adam an fuerit creatus cum gratia. 59
Adam, & Eua, an in statu innocentiæ committere potuissent peccata venialia. ibid.
Adæ posteri ex eo generati in statu innocentię, an fuissent confirmati in gratia. 60
Adam primus homo quomodo probetur esse creatus cum iustitia originali. 62
Adami potentia non moriendi vnde proueniebat. ibid.
Adam an debeat dici ante peccatum mortalis, vel immortalis: 63
Adam an fuerit deceptus necne. 78
Adami excusatio iniqua, & iniusta. 76
Adami, & Euæ peccatum cur fuerit grauissimum. 77
Adam cur voluit se abscondere a facie Dei. 75
Adamo, & Euæ quinque res acciderunt post peccatum commissum. ibid.
Adam vbi es? *hæc verba quomodo interpretentur.* ibid.
Adam vocem Domini, cur timuit in Paradiso. 81
Adam

Adam quanto tempore mauserit in Paradiso, & quando eiectus fuerit ab eo. 89
Adam in statu innocentiæ suapte natura erat mortalis secundum Pererium, seruabatur tamen ad infinitum tempus per fructum arboris vitæ. 26
Ad auram post meridiem, *hæc verba quid significent.* 74.75
Adorare quid sit. 336
Adorationis quot sint species. ibid.
Adorationes quomodo ab Antiquis fiebant. 419
Aetates mundi describuntur. 7
Aegyptij a quo scientias didicerint. 247
Aegyptij quo auersabantur conuiu a Hebræorum. 466
Aegyptij quomodo diuinarent per Scyphum. 470
Allegoriæ difinitio. 323
Albumazar sententia de duratione legis Christianæ. 16
Ambrosii sententia contra Astrologos. ibi.
Amor Dei, & sui duas Ciuitates condidere. 92
Ambulare cum Deo, quid significet. 111
Amorrhæorum quænam fuerunt iniquitates. 280
Anna an fuerit inuentor generationis Equi cum Asina. 431
Angelus an magis ad imaginem Dei sit factus, quam homo. 33
Animalia ante peccatum quomodo erant subiecta homini. 34
Animalia quibus modis subijciuntur Imperio hominis. 35
Angelorum ruinas cur Deus non posset reparare nouis a se creatis Angelis. 36
Animalia cernunt longinquius, homo vero melius cernit differentias colorum. 39
Animæ immortalitas ostenditur per hominem factum ad imaginem, & similitudinem Dei. 41
Animæ conditio diuersa a conditionibus aliorum animalium, quæ sit. ibid.
Anima rationalis, an natura sua sit immortalis, vel potius solùm voluntate Dei. 47
Animalia quæ nunc sunt feroia, an in statu innocentiæ fuissent eiusdem naturæ. 52
Animalia cur adducta ad Adamum. 55

Analogia inter Dominum Iesum, & Adamum. 89
Antiquorum vitæ causæ longitudinis, quæ fuerint. 106
Animalia cur deleta sint Diluuio. 135
Animalia naturaliter sunt munda, sed in comparatione melioris ali qua sunt immunda. 154
Animalium introductio in Arcam quomodo facta sit. 156
Animalium tria genera, quæ in Arcam non sunt ingressa. ibid.
Animalium, quæ generantur ex putri fex sunt genera. 157
Animalium quinque genera ingressa sunt in Arcam. ibid.
Animalis mundi descriptio. 162
Animalium mundorum numerus. ibid.
Animalia carnivora quem cibum habuerint in Arca. 163
Animalium apparatus cur designatus à Deo Abrahamo. 274
Angeli qui apparuerunt Abrahæ, an vere comederent necne. 301
Antiqui cur moti fuere ad sacrificandos filios. 331
Angelus qui dicitur loctutus cum Abrahamo, an vere fuerit Angelus, an Deus. 332
Angelus quomodo Iacob superare non potuit. 415
Angelus cur noluit nomen suum Iacob declarare. ibid.
Animæ quotquot ingressæ sunt Aegyptum cum Iacob. 476
Antiqui cur nocturno tempore tradebant sponsas viris suis. 396
Apollonius salutatus ab arbore Vlmo. 68
Aquæ an sint supra cœlos. 4
Aquila Ponticus ex Ecclesia pulsus, quia Astrologiæ incumberet. 12
Aquæ omnes potabiles, & salubres originem trahunt a fonte Paradisi. 27
Aquæ an fuerint supra cœlos, quæ ceciderunt tempore Diluuij. 167
Arbor vitæ cur sic vocabatur. 23.25
Arbor vitæ significabat immortalitatem promissam à Deo Adamo. ibid.
Arbor vitæ vna tantum in paradiso erat. 24
Arbor vitæ habuit vim conseruandi vitam ad tempus longissimum, non tamen in perpetuum secundum Scotum. ibi

Arborum

Arborum tria genera erant in paradiso. ibid.
Arboris vitæ effectus, an fuerit naturalis. 25
Arbor vitæ, quia non habebat virtutem infinitam non poterat infinito tempore homines conseruare. ibi.
Arboris vitæ fructus fabulose habitus fuit pro nectare, & ambrosia cibo Deorum. 26
Arbor scientiæ boni, & mali cur si appellata sit. ibid. 27
Arbor scientiæ boni, & mali qualis fuerit. ibid.
Arca cur sic appellata potius, quam nauis. 144
Arca ex qua materia facta sit. ibid.
Arca fabricata ad instar corporis humani. 145
Arca a quibus fabricata fuit, & quanto temporis spatio. 146
Arcæ descriptio secundum varios. 146. 147
Arcæ forma secundum varios. 149. 150. 151
Arcæ interpretationes allegoricæ. 152. & seq.
Argumentatio Beati Augustini contra rationem diuinandi. 14
Argumentatio Phauorini contra Astrologos. 15
Aristotelis, & aliorum errores de fundatione Ciuitatum. 99. & sequen.
Aristoteles numquam de Astrologia locutus est. 16
Artes diuinandi, quæ sint. 471
Assyriorum Reges a Nino, vsque ad Sardanapalum quot fuere. 209
Astra an sint animata. 10
Astra an constent natura ignea, & calida. 11
Astrologis non est tribuendum, quod Angelis non est concessum. 12
Astrologis non est credendum, quia in illis sæpe falli Dæmones contingit. ibid.
Astrologi ignorantes scientiæ philosophiæ deprahenduntur. 13
Astrologicæ artis antiquitas falsa esse deprahenditur. 12
Astrologorum prædictiones sunt tanquam tela aranea. 17
Astrologi omnia, quæ in mundo eueniunt ad influentiam cælorum adscribunt. ibid.
Astrologi quomodo vera respondent secundum Diuum Augustinum. 18

Aues ex qua materia sint creatæ. 6
Aues cur ex aqua factæ. ibid.
Aues quid significent moraliter. 36
Auicennæ argumentatio contra Astrologos. 16

B

Babylonis extructionis causa. 226
Babylon quam magna fuerit. 208
Basilisci descriptio. 67
Bdellium quid sit. 29
Belligerandi tres sunt iustæ causæ. 259
Benedictio paterna cur tantopere a filijs exoptetur. 381
Bona promissa filijs obsequentibus patri. 300
Bona temporalia, quæ promittebantur probis viris. 339

C

Cœli Empyrei descriptio secundum Theologos. 2
Cœli nomine quid significetur. 3
Cœli an sint interituri, & in meliorem statum commutandi. 8
Cœli superiores, vbi sunt astra secundum Diuum Augustinum non sunt ab igne attingendi, sed solum cœli aerei. 9
Cœlum Sydereum dissoluendum esse in consummatione seculi non est tenendum. ibid.
Cœlis, & elementis ablatis cætera secundum substantiam peribunt. ibid.
Cœli quot nam sint. 10
Cœlum tripliciter vocatur. ibid.
Cœli ab Angelis mouentur. ibid.
Cœli an sint animati. ibid.
Cœlum secundum Aristotelem est quinta essentia. 11
Cœlorum inclinationes pro lege habere, est nos nimis vilificare. 12
Cæcitas, quæ contigit Sodomitis qualis fuerit, & quomodo facta fuit. 308.309

Caim

Caim tria mala pronuntiantur propter fratricidium. 96
Caim mortis historia secundum Hebræos. 101
Chaldæorum opinio valde ridicula de inceptione Astrologiæ 18
Chaldæorum prædictæ opinionis Diui Augustini reprobatio. ibid.
Castitatis exempla memorabilia. 448
Cataractæ nomine quid significetur. 167
Cherubim positus ad custodiam Paradisi, an fuerit Angelus. 90
Ciceronis argumentatio contra Astrologos. 16
Ciceronis opinio de creatione hominis. 31
Circumcisionis vtilitates quænam sint. 292
Circumcisio cur sit instituta, & ad quid. 293
Circumcisio expressiorem figuram baptismi gessit columna nubis, & mari rubro. ibid.
Circumcisionis vsus cur negatus Christianis. 294
Circumcisionem fore æternam quomodo intelligendum sit. 295
Circumcisionis instrumentum quod erat. 297
Circumcisionis dolor cur grauior tertia die. 424
Claues quatuor positæ in manu Dei. 400
Collisio Iacob, & Esau in vtero matris, qualis fuerit. 356.357
Comedere carnem cum sanguine, quid significet. 183
Cognitio status innocentiæ qualis fuerit. 57
Comparatio inter obedientiam Christi, & inobedientiam Adæ. 77
Consilium Beati Augustini de fugienda arte diuinandi. 18
Contentionis inter Caim, & Abel causa quæ fuerit. 95
Corpus primi hominis quomodo erat indissolubile. 24
Corpus humanum constare ex materia cœlesti non fuit conueniens. 38
Creationis dies primus qualis fuerit. 4
Crimen quo accusati fuere fratres Ioseph apud patrem quodnam fuerit. 436
Crucis supplicium antiquissimum. 452

Demo-

D

DAemonis incubi, & succubi officium. 124
Dæmones an aliquod corpus habeant. 121
Dæmonum diffinitio. 120
Dæmonis illusio qualis sit. 76
Dæmonum sex sunt genera. 120
Dæmones mixti cum mulieribus, an possint generare. ibid.
Dæmones etiamsi corporei eßent non haberent vim generandi. 122
Dæmon in corpore assumpto congressus cum muliere, an possit generare per semen virile mulieri in fucum. 123.125
Dæmones quomodo possint generare. ibid.
Dæmones an libidinoso concubitu cum feminis delectari queant. 125
Dæmon quomodo agere potest, vt corpus assumptum ab eo sit tangibile. 126
Dæmones quomodo assumant corpora humana. 127
Decimæ cui Sacerdoti dandæ erant antiquitus. 391
Decreta multa extant contra Astrologos iudiciarios. 11
Delphini descriptio. 34
Deus cui dixit faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. 31
Deus cur punit peccata parentum in filijs. 193
Deum descendere ad videnda hæc inferiora quomodo intelligatur. 222
Deus quomodo loquatur Angelis. 223
Deus quomodo potuerit loqui cum Abrahamo. 235
Deus cur misit in mundum sex plagas vniuersales. 281
Deus solus ex se viuit, omnia ex illo vitam habent. 289
Deus cur precibus Abrahæ non pepercit Sodomitis. 306
Deus cur voluit infantes delere incendio Sodomorum. 311
Deus cur sit dictus Deus Abraham. 371
Deus cur passus sit Isaac deceptum iri. 378
Deus quot in locis de se locutus est in plurali. 31

Deus

Deus cur præter legem naturalem noluit primos homines obligare ad præceptum de non comedendo de ligno scientiæ boni, & mali. 43
Deus cur voluit primos homines esse in Paradiso nudos. 71
Deus quomodo locutus sit cum primis parentibus. 80
Deus cur voluit primos homines vestiri. 88
Deum ostendere faciem suam, quid significet. 97
Deo quomodo tribuatur pœnitentia, & qualis sit pęnitentia. & sequen. 132
Dei immutabilitas qualis sit. 133
Deus cur præcepit Noe plura de animalibus mundis introduci in Arcam, & cur septem tantum. 155
Deus cur tamdiu voluit manere super terram. 171
Deus sacrificijs oblectatur. 179
Dilectionis maioris Dei erga Iacob causæ, & signa. 360
Diabolus cur serpentis formam assumpserit. 70. 71
Diaboli certatio aduersus hominem. 95
Diei articulus, quid sit. 167
Diei Dominici pręconia. 4
Diei septimi, ac numeri septenarij significationes. 6
Diluuij historia optime declaratur a Moyse. 164
Diluuium quo mense incidit, & cur vno tempore sit factum. 165. *& sequen.*
Diluuij tres causæ fuere. 166
Diluuij expositio moralis Diui Ambrosii. 168
Diluuium an fuerit naturaliter factum. 171
Diluuium quanto tempore durauerit. ibid.
Dilnuium Deucalionis quo tempore incidit. 173
Diluuij diminutionis causæ. 174
Diluuium quanto tempore durauerit. 178
Dina qua ætate erat cum rapta fuit a Sichem. 422
Diluuium vniuersale, sicuti non est factum naturaliter, ita non naturaliter Paradisus seruatus est a Diluuio. 21
Discordia inter probos viros, & concordia, ac conspiratio inter malos, quam pernitiosa. 223. 224
Diuinatio per signum ominis falsa. 344

Diuinandi

Diuinandi per astra, an vera sit ratio. 83
Draco inuentus ab Alexandro. 8

E

EBrietatis mala qualia sint. 314
Enoch an scripserit aliquem librum. 115
Enoc cur a Deo translatus in Paradisum, & an fruatur Deo. 113
Enoch an mortuus fuerit. 111
Enoch, & Eliæ vita qualis sit. 112
Enoch tempore Diluuij, vbi fuerit. 21
Enoch, & Elias vbi translati sint. 22.91.116.117
Enochia Ciuitas qualiter ædificata fuerit. 99
Enos an primus cæperit inuocare nomen Domini. 104
Esau, & Iacob nomine, quid significetur. 361
Esau quæ peccata commisit vendendo primogenituram. 364
Esau pilosum esse, quid denotat. ibid.
Esau progenies antiquissima, & memorabilis. 430
Esus carnium, an licitum fuerit ante Diluuium. 181
Esus sanguinis cur prohibitus a Deo post Diluuium. 183
Ethnici an notitiam Diluuij Noetici habuerint. 172
Eua partim similis, partim dissimilis ab Adamo creata est. 46
Eua cur debuit fieri in adiutorium Adami. ibid.
Eua qualiter sit creata. 48
Eua serpentis aspectu, quomodo non exhorruerit. 66.67
Eua cur non obstupuerit videndo serpentem secum disputantem. ibidem
Eua an sciuerit serpenti non esse datam facultatem loquendi, ibidem
Euæ nomen, quid significet. 87
Euphrates varios habet fontes. 29
Eunuchi triplex acceptio. 441
Eunuchorum quis fuerit auctor. ibid.
Excessus quadruplex est. 277
Excellentia malorum hominum, quæ sit. 364

Ferti

F

Fertilitatis duplex causa. 457
Filij Dei, qui nam fuerint, an angeli boni, an mali, an homines. 118.119
Flagella inflicta à Deo Pharaoni quæ fuerint. 244
Fraus triplex declaratur. 381
Frugalitas victus priscorum qualis eßet. 363

G

Gehon qualis fluuius sit. 290
Generis humani in duas Ciuitates Dei, & Diaboli diuisio. 93
Gentes, quæ ritu circumcidebantur. 297
Gigantes, qui nam fuerint. 130.131
Gratia gratum faciens, & iustitia originalis an sint idem. 61.62
Gregorij præclara sententia de mundi creatione. 6

H

Habitationis hominum tria genera post diluuium. 217
Hæretici dicentes non esse bonum hominem esse sine coniugio damnantur. 45
Hebræi cur sic appellati. 259
Hebræi qualiter fuerint figura electorum christianorum. 271
Hebræi quanto tempore manserint in Aegypto. 278
Her quale peccatum fuerit. 444
Her & Onam quis fuerit prior. ibid.
Homerus quo tempore vixit. 245
Homicidæ duplex pœna statuitur, & cur non premiuntur in hoc sæculo. 182
Homo in statu innocentiæ quamdiu viuere posset. 24
Homo qualis sit creatus à Deo, & cur facto sit ad imaginem Dei. 32

Homo creatus est ad imaginem Dei propter sex proprietates. ibid.
Hominis creatio à D. Basilio valdè laudatur 30
Homo propter peccatum amisit dominium in duo genera animalium. 35
Homo in statu innocentiæ an dominatus fuisset solum brutis. ibid.
Homo non est creatus principaliter ad reparandas Angelorum ruinas. 37
Hominis creationis causa. 38
Hominis corpus an ab Angelis potuerit formari. 39.41
Hominis primi an sit formatum prius corpus, quam creata anima. 40.41
Hominis mortis causæ. 62
Hominum tres gradus ponuntur secundum Pererium. 103
Hominum cur nullus attigerit millesimum annum. 107
Homines quantum viuerent post diluuium. 129

I

Iacob quare dilectus à matre, & Esau à patre. 362.363
Iacob cur duos afferre hædos iussus sit cum sufficeret vnus. pag. 374
Iacob bona intentio exequendi maternum præceptum. 375
Iacob simulando se esse Esau an peccauerit. 376
Iacob quomodo verè vocatus si Esau. 377
Iacob cur missus sit in Mesopotamiam à patre solus omni bono spoliatus. 385
Iacob Scala Symbolum prouidentiæ. 387
Iacob scalæ expositio. 388
Iacob scalæ decem gradus. 389
Iacob vnde euenit pauor, & timor ex visione scalæ. ibid.
Iaco bosculando Rachelem an benefecerit. 392
Iacob quomodo non cognouit Liam ex tactu, aut voce. 396
Iacob quatuor vxores cur habuit; & an peccauerit illas accipiendo. 398
Iacob vi disse Deum facie ad faciem quomodo intelligitur. 416
Iacob an adulatus sit fratri suo Esau nimis illum laudando. 419

Iacob

Iacob nominis mutatio in Israel. 428
Iacob cur erexit titulum super sepulchrum Racbelis. ibid.
Iacob afflictionum numerus. 479
Iacob cur tantopere concupiuit sepeliri in terra Chanaan. 494
Isaac lusus cum Rebecca qualis fuerit. 368
Isaac benedicendo Iacob quatuor bonorum genera declarat. 380
Isaac benedictionis datæ Iacob expositio. ibid.
Isaac pauor pro benedictione datâ Iacob quid fuerit. 381
Isaac cur tantopere diligeretur ab Abraham. 436
Israel quomodo interpretatur 417
Iudæ qualiter tradita fuit potestas iudicandi. 445
Ignorantia qualis fuisset in posteris Adæ. 98
Imbres quomodo generentur. 5
Impia in vrbis serpentis ab illo pronunciata quatuor fuere. 76
Improbi cur lapsu hominum bonorum lætantur. 191
Impietatis sodamorum causa. 251
Innocentiæ statum septem res condecorabant. 54
Integritatis corruptio dicit tria secundum Bonau. 49.50
Inquisitio ad explorandum, quæ lingua omnium antiquissima fuit. 204
Inundationes aquarum quinque. 177
Inuidia, quam mala sit. 437
Iob cuius generis fuerit. 431.432
Iosephi opinio de creatione hominis. 31
Ioseph cur tantopere habebatur odio a fratribus. 436
Ioseph virtutes quales fuerint. 435
Ioseph secundus creatus est in Regno Aegypti, & cur. 458
Ioseph cur non sit agnitus a fratribus. 472
Ioseph insignis figura fuit Christi Domini. 466
Ioseph quare calumniatus sit fratrem suum Beniamin. 470
Ioseph cur vellet suos haberi pastores. 477
Iratorum hominum duplex genus. 383
Iride apparente, quid considerandum. 185
Iris qualiter generetur, & an sit naturale signum non futuri Diluuij. 185. & seq.
Iridis apparitio, quid significet. 186

Isaac cur orauit pro fœcunditate uxoris. 355
Isaac orationis virtus. ibid.
Isaac cur potius Gerarem, quam Aegyptum peteret tempore famis. 367
Iustitiæ originalis tria priuilegia. 61
Iustitia originalis quid erat in Adamo, & cur sic appellabatur. ibidem
Iustitia originalis in qua parte Adæ fuerit. ibid.

L

Laban dupliciter fraudauit Iacob. 395
Laban triplici iniustitia vsus est contra Iacob. 407
Lamech confessio, an fuerit bona. 103
Lamech an duos homines occiderit, vel vnum solum. 102
Lapidis erectio a Iacob quomodo facta fuit, & quid significet. 390
Lateribus cur vsi sunt in ædificatione Turris Babel. 217
Legis quot species. 43
Leuare manus, quid significet. 267
Lia cur ingressa sit ad Iacob, cuius sciebat se non esse uxorem. 396
Lia, & Rachel allegorice, quid significent. 397
Libidinis ardor, an fuisset in statu innocentiæ. 49
Limbus in qua parte terræ sit positus. 142
Lingua Hebræa honestior alijs. 93
Linguarum diuisio quo tempore accidit. 214
Linguarum quænam prima fuerit. 225
Linguarum confusio, & diuisio quomodo facta sit. 227
Lot an peccauerit offerendo filias Sodomitis. 308
Lot cur prohibitus est a Deo respicere retro. 309
Lot duplex peccatum contigit. 312
Lot filiæ, an ignoranter ipsum inebriauerint. ibid.
Lot an peccauerit in ebrietate sua, & eius filiæ, an peccauerint peccato incestus. 313.314
Lippitudinis oculorum causa. 394
Lucis descriptio secundum Diouysium. 4

Lusus Iacob cum Ismaele qualis fuerit. 319
Luna in capite Draconis Ioui cum est coniuncta quicquid petitur à Deo impetratur secundum Astrologos. 13
Lux prima in creatione, quid fuerit. 3
Luxuria vitium quatuor rebus alia vitia superat. 125

M

Mala cur tot cernuntur in mundo. 388
Mala successa propter peccatum adulterij. 317
Mala quot perueniant ad homines ex incuriosa oculorum custodia. 78
Mala a Longobardis nostris Regionibus illata. 140
Maledictio data serpenti, an referenda sit ad Diabolum, an ad serpentem. 68
Maledictio data Caim triplex fuit. 97
Malignus, & inuidus semper viro probo resistit. 369
Mansiunculæ nomine, quid significetur. 144
Mandragoræ virtus quæ sit. 401
Mandragoræ fructus, an habeat vim fetificandi. ibid.
Melchisedech an sit nomen proprium, an appellatiuum. 262
Melchisedech quis fuerit. 263
Melchisedech cur panem, & vinum protulerit Abrahamo. 266
Menstrui effectus quales sint. 84
Menstruorum cessatio causa est cessationis conceptionis. 303
Messiæ aduentus tempus designatur. 7
Misericordia Dei triplex. 187
Mons Moriæ, vbi sacrificare voluit Abraham Isaac. 385
Mores hominum ante Diluuium quales fuerint. 117
Mos antiquorum post adoptionem victoriæ. 262
Motus an sit cessaturus post diem iudicij. 10
Morientibus cur clauduntur oculi. 476
Moyses an viderit Deum. 114
Moyses cur nullam fecerit mentionem Angelorum in narrando creationem mundi. 7
Moyses cur prius nominat pisces in illis verbis, & præsit piscibus maris,

maris,&c.quam alia animalia. 34
Moyses cur non fecerit mentionem Dæmonis, qui tentauit primos parentes,sed solum serpentis. 71
Moyses cur plura de Iacob,quam de Isaac dixerit. 354
Mulier gestans fœtum in vtero quos dolores patiatur. 84
Mulier an sit facta ad imaginem Dei. 33
Mulier in statu innocentiæ,an subiecta fuisset potestati viri. 36
Mulieres maleficæ in Hispania. 47
Mulier cur tripliciter punitur propter eius peccatum. 83
Mulieris parturientis dolores quales sint. 85
Mulier quomodo sine dolore pareret in statu innocentiæ. ibid.
Mulieres carentes menstruis,an aptæ sint ad generationem. 302
Mundus an sit duraturus sex annorum millibus. 7
Mundi durationem explorare temerarium est. ibid.
Mundus corporeus non est corrumpendus secundum substantiam, sed solum secundum figuram. 7
Mundus quomodo post finem eius erit perfectus. ibid.

N

Natales dies tres ab Ecclesia celebrati. 453
Natura intelligens quadruplex. 65
Naturæ tres sunt gradus generales. 37
Naturale est homini, vt exemplis suæ artis loquatur. 379
Niniue Vrbs quamdiu stetit caput Imperij Assyriorum. 210
Nocendi cupiditas in homine inest, potestas a Deo. 70
Noe cur sic vocatus, quomodo quietem, & consolationem hominibus attulerit, eiusque præconia, & virtutes. 134.& seq. 170. 196
Noe continentia admirabili laudatur. 139
Noe cur ingressus est in Arcam septem diebus ante Diluuium. 165
Noe quomodo cognouit tempus Diluuij. 168
Noe cur noluit exire de Arca,nisi ex præcepto Dei. 178
Noe erexit Altare non iussus,nec monitus a Deo. 179
Noe an plures filios habuerit tribus. 288
Noe post Diluuium primus exercuit agriculturam. 189
Noe

Noe quomodo in ebrietatem lapsus sit. 190
Noe, & vinea eius expositio allegorica. 197
Nomen quibus ante ortum prænunciatum fuerit. 288
Nominum impositio quo die fiebat. 297
Nos aduenæ in hoc mundo, Dæmon ciuis huius mundi. 94

O

OBedientia valde laudata a Beato Augustino. 43
Occlusio fontium Abyssi quando facta fuerit. 175
Onyx vnde sic appellatur. 29
Opulentia festinata inuidiosa, & culpabilis est. 369
Osculorum sex genera. 393
Ostium Arcæ quo loco Arcæ factum fuerit. 149

P

PAnis triplex postulatur a Deo. 391
Paradisi nomine quid significetur secundum Pereriū. 19
Paradisus duplex. ibid.
Paradisi descriptio secundum Chrysostomum, Basilium, Damascenum. 20
Paradisi longitudo, & latitudo secundum Tostatum. 21
Paradisum primis hominibus cur Deus creauit. ibid.
Paradisus cur inueniri non possit. ibid.
Paradisi mystica interpretatio Diui Augustini. 23
Paradisus vbi positus fuerit secundum Pererium. 30
Pars maior, quæ data fuit Beniamin quomodo intelligenda. 467
Paulus Apostolus quomodo cognouit electionem, & reprobationem Iacob, & Esau. 361
Parentum primorum tres erant partes velandæ. 74
Parentes honorandi sunt, & cur. 192
Paupertas nutrix pacis, abundantia vero discordiarum. 249
Persecutio duplex. 323
Peccatorum clamantium ad Deum quatuor sunt genera. 96
Peccatum nefandum a quo originem habuit. 252

Peccata

Peccata filiorum Iacob in cæde Sichimitarum. 424
Peccatorum excusatio, quam sit turpis. 81
Peccandi quot gradus. 82
Pœnitentiæ tabula vnicum refugium est post peccatum. 88
Phœnix an fuerit in Arca. 161
Phison fluuius non alius est, quam Ganges. 28
Phison quid nobis significet. ibid.
Pharaonis vox quid significet. 248
Pharao an fuerit propheta. 456
Pisces quid significent moraliter. 36
Pisces cur non sint adducti ad Adamum. 55
Plantæ an fuerint omnes frugiferæ ante Diluuium. 51
Pluuia ignis super Sodomitas gentes, quomodo facta fuit. 310
Porphyrij animaduersio in Astrologos. 17
Primogeniti ante legem, an fuerint condecorati officio Sacerdotali 363
Promissio facta Abrahæ a Deo daturum se ei terram Chanaan in possessionem æternam, quomodo intelligenda sit. 254. 270
Protectionis diuinæ modi quot, & quales. 371
Ptolomæi sententia de prædictione futurorum ab Astrologis. 17
Puer cur octauo die circumcidi iubebatur. 296
Pytagoras salutatus a flumine hisce verbis, Salue Pytagora. 68

Q

Quies Dei die septimo cuius sit figura. 6

R

Rachel quare furata sit Idola patris sui. 409
Reges debellati ab Abrahamo, quomodo erant Reges sub Imperio Assyriorum constituti. 257
Reges debellati ab Abrahamo quinam fuerint. ibid.
Reproborum principium, & exitus qualis sit. 364
Restituti presbyteri in parocchia Calamensi casus. 47
Rixa inter pastores Abrahæ, & Lot cur accidit. 250

Sabao-

S

SAbæorum regio qualis fuerit. 204
Sacrificium triplex secundum legem faciendum erat. 275
Sacrificij Isaac cum sacrificio Iphigeniæ comparatio. 329
Salomon qualiter sapientior fuit omnibus hominibus. 56
Sampson quomodo figura fuit Christi Domini. 491
Sara cuius fuerit filia, ac soror. 231
Sara ablata bis Abrahæ quorum figura fuit. 316
Saræ risu, quid significaretur. 302
Sara cur Ismaelem è domo sua eiecerit. 319
Scientia rerum non fuisset ingenita in posteris Adæ, sed multa illis fuissent in adiumentum ad illam scientiam comparandã. 58
Sensus hominis perfectiores sunt sensibus aliorum animalium. 38
Sensus cuiuscumque excellentia ex duobus existimari potest. ibid.
Senatores Romani pelliti appellabantur. 87
Septuplum puniri, quid significet. 98
Serpentum quot sint genera. 83
Serpens cur dicitur maledictus esse. 69
Serpens, qui tentauit primos parentes, an fuerit vere serpens. 64
Serpens quomodo intelligatur fuisse callidior cunctis bestijs. 65. 66
Serpentis odium aduersus hominem. 66
Serpens, qui decepit Euam ex quo genere serpentum fuerit. 67
Sidera aguntur per Cælum, vt pisces per aquam. 10
Scelera commissa ante Diluuium, & tempore Diluuij. 139
Senum incommoda quænam sint. 374
Set præconia ponuntur. 104
Set cur appellatus sit Deus. 119
Sichem Ciuitas, vbi situata sit. 240
Signum positum in Caim quale fuerit. 98
Socrates maxime deditus mulieribus, has inclinationes animi sui magnitudine emendauit. 15
Somniorum causæ quænam sint. 438
Speluncæ duplicis significatio. 336
Spiritus, quem misit Dominus super terram quisnam fuerit. 175

Statutum

Statutum contra coeuntes cum iumentis. 69
Status eorum, qui erant in inferis ante aduentum Christi. 142
Stellæ inerrantes quot sint. 110
Superbiæ descriptio, & diffinitio. 78
Supplicia cur dantur hominibus in hac vita. 141
Supplicium Diluuij cur terræ datum. 140

T

Iared, Mathusalem, Noe longioris vitæ, quam Adam. 105
Tentatio quare permittitur à Deo. 78
Tentationes Dei, & Dæmonis, quales sint. 326
Terræ distantia ab orbe Lunæ. 20
Tigris fluuius vnde sic est appellatus. 29
Thamar, & Iudas an peccauerint, & qualiter. 444
Thamar cur damnata fuerit pœna combustionis. 445
Timor vnde veniat. 474
Torum alienum an sit affectandum. 243
Tribulationis effectus. 463
Tristega idem quod cœnacula. 147
Tunicæ pelliceæ qualiter factæ sint. 87

V

Vallis illustris vbi situata sit. 240
Vallis illustris cur sic appellata. 260
Vbertas, & sterilitas Aegypti, an fuerit facta naturaliter. 457
Venatoris vox quomodo accipiatur in Sacris literis. 362
Venatoris, & agriculturæ studium per se non est culpabile. ibid.
Viæ nomine quid significetur. 139
Vincula tria, quibus Sancti constringuntur, ne possint Deum offendere. 449
Vir iustus fortitudo Ciuitatis. 305
Visiones Iacob quæ fuerint. 413

Visus,

Visus, & tactus potiores aliis sensibus. 378
Vocatio facta hominibus triplex est. 236
Vxores plures vna, an licitum fuerit vnquam habere. 286. 287
Vxor qualis sit expetenda. 341

X

CHristi descensio ad inferos secundum animam. 141
Christus quos liberauerit ab inferis. 142
Christus Dominus cur dictus sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. 266

F I N I S.

Errores in excudendo opere facti sic sunt corrigendi.

Pag.	Error	Correctio
4	*admirans*	*admirabiles*
10	*Ambrosius lib.2.nequum 24.*	*Ambrosius in Exameron.*
ibid.	*fotma*	*forma*
ibid.	*Diodorus,Tarsensis,Procopius, Gazeus*	*Diodorus Tarsensis, Procopius Gazeus*
12	*Bincarensi*	*Bacarensi*
ibid.	*Cuius autem amentia*	*Qua autem amentia*
ibid.	*Summaula*	*Summula*
17	*Sancta*	*supra scripta*
20	*ventigine*	*vertigine*
25	*disposti*	*distoni*
26	*dicens*	*dicentem*
30	*refudante*	*resudante*
31	*vt ostenderet*	*ostendit*
ibid.	*preclaia*	*preclara*
38	*cates*	*ceteris*
39	*miserrimus*	*misserimus*
ibid.	*exprobatum*	*excerptum*
40	*dostea*	*postea*
41	*immorttlis*	*immortalis*
ibid.	*nullam*	*vllam*
ibid.	*factus*	*factum*
42	*subst inens*	*subsistens*
43	*hominem*	*homine*
45	*in fine capituli*	*capitulo*
47	*aera differi*	*aera deferri*
ibid.	*acutus*	*acubus*
ibid.	*adimitatus*	*admiratus*
60	*posteros eius*	*posteros eius generatum iri*
63	*sicpernaturalis*	*supernaturalis*
65	*Epidurum*	*Epidaurum*
66	*aduersus 37.*	*aduersus haresim 37.*
68	*Zespionis*	*Tespionis*
70	*Testio*	*tertio*
75	*furuos*	*furum*
77	*viles*	*miles*
81	*visitatum*	*vsitatum*

84	germinate	germinante
ibid.	stermisse	sternuisse
86	videt	ridet
95	tu tu	tu
98	vestri	nostri
100	Phoromei	Phoronei
ibid.	Diospolina	Diospolim
ibid.	Aristotile	Aristotiles
ibid.	vtroque	curaque
105	& vixit nongentos, & nonaginta annos	& vixit nongẽtos, & nonaginta annos, tota eius vita æstimari debet nongẽtorũ, & nonaginta annorũ.
107	partibus	patribus
119	pastores	posteros
123	petuleum	petulcum
124	parit	patitur
125	quam ipse reliquit in dubio	ipse reliquit in dubio
ibid.	Damon	Damonem
128	& qui fuerint ibi	& quĩ fuerint illi
ibid.	minime perducat	ad opus minimè perducat
130	nuncupai	nuncupati
134	vocatus sit. Sic ille	vocatus sit sic ille
148	lucra	lutra
153	rec ursus	reuersus
158	voment	vomant
ibid.	celebratis	celebrat
ibid.	viriditaijs	viriditatis
ibid.	quadrigenta	quadrigemina
ibid.	puniendo	putredo
ibid.	venenosi vig intiduo	venenosi
159	Draco Atlantici Montes Dracones solo contactu interficere	Draco Atlãtici montis solo contactu homines dicitur interficere
ibid.	Solianus	Solinus
ibid.	Lupis	Lupi
160	venetra	venatu
162	Scriptor	Scriptore
166	calpestribus	campestribus
ibid.	nitatur	nititur
168	historiarum	historia
169	quo	Quo
171	planctas	planetas
ibid.	pluquiarum	pluuiarum
178	Noe ex Arca decem menses Lunares	Noe ex Arca fluxisse decem menses Lunares
180	Etesia	Ctesia
184	aqua	aqua
190	fuerunt	fuisse

bgni-

ibid.	bgnificat	significat
ibid.	Genesim	Genesis
ibid.	pedula	pendula
196	galasus	galatas
193	regni	regini
204	lia	alia
212	imperij	impij
214	pegatos	pegasos
232	formosa	famosa
233	pirrum	purum
234	Qui quidem de ipso Abraham sic scriptum reliquerunt	Qui quidem Iosephus de ipso Abraham sic scriptum reliquit
243	Iaso Thesansalus	Iaso Thesalus
ibid.	indicem	iudicem
ibid.	influxit	inflixit
250	molestiam	modestiam
252	Thalorem	Talonem
259	Artupani	Artapani
264	Duminum	Dominum
271	filij	fidei
280	gentis	gestis
281	similuis	similiter
285	constitutionum	constantiam
286	proligamiam	poligamiam
287	Sara	serua
290	prostemendo super terram	prosternendo se super terram
294	fidere	fœdere
297	dala	data
301	cum essem inquit vobiscum, & potu vtor	cum essem inquit vobiscum, videbar quidem manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu vtor
302	carentiam	canitiem
313	& filias Lot peccasse coientes	& filias Lot non peccasse coeuntes
314	momenti	monentis
327	in hanc partem	in aliam partem
328	cum ei occidit	eum occidi
335	terrori	terroris
337	Sichera	Sichem
ibid.	differentibus	differentibus
343	scriptam	scriptum
ibid.	vnam	vanam
344	vrbe Dema	vrbe Roma
ibid.	Verios	Veios
ibid.	accedit	accidit
ibid.	Verios	Veios
349	differens	deferens
360	illum	illam

apparuit

366	apparuit quem e dominus	apparuit ei dominus
367	visu	iussu
ibid.	frutu	fructum
370	nostra vt dialectica	nostra est dialectica
372	magno	magnas
387	teuere	tenere
411	Edona	Edon
414	prosequi	persequi
ibid.	caudicabat	claudicabat
422	babitare	habitare
423	exclfamans	exclamans
426	panes	penes
428	Rachel	Rachelis
430	babere	habere
437	diuersicolori	diuersicoloribus
ibid.	contemotum	contemptum
439	vetecem	veterem
ibid.	fecit	fuit
440	credendui	credendus
ibid.	quam	quod
ibid.	ineatus	meatus
449	durescere	clarescere
450	admirabile fuisse illos	admirabiles fuisse illos
ibid.	allegorica	allegoria
453	Angeli Dei fuit	Angeli Dei
ibid.	annunciatum vniuerso mundo	annunciatum fuit vniuerso mundo
ibid.	Tum igitur ò homo	Tu igitur ò homo
461	sierent	fierent
470	timere	temerè
471	Hieromantia, & Acromantia	Acromantia

Præter hos errores facti sunt etiam alij impressorum incuria, tum in verbis, cum etiam in interpungendo periodos, & sententias, nam sæpe vbi debet apponi pũctum, ibi nihil appositum est, & vbi debet interpungi duobus punctis, ibi interpositum est punctum, & coma, quod maximam confusionem parit, quia nunquam debet apponi punctum, & coma, nisi vbi facta est contradictio in superiori sermone cum sequenti locutione, qui cum sint errores minoris momenti, eos arbitrio Lectoris corrigendos relinquimus.